Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANNO 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS; AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT. EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXVIII.

OECUMENIUS, TRICCÆ EPISCOPUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1893

BR
60
.M38
t. 118

Clichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, viâ dictâ Bac-d'Asnieres. 136.8.93.

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNUS 995.

ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΡΙΚΚΗΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

ŒCUMENII,

TRICCÆ IN THESSALIA EPISCOPI,

OPERA OMNIA

JUXTA EDITIONEM PARISIENSEM ANNI 1631, PRÆVIA EMENDATIONE DILIGENTISSIMA, TYPIS REPETITA.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE

Bibliothecæ Cleri Universæ

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS PRIOR.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1863

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNUS 995.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXVIII CONTINENTUR

OECUMENIUS TRICCÆ IN THESSALIA EPISCOPUS.

PROLEGOMENA. col. 9

Donati Veronensis Epistola dedicatoria ad Clementem VII Pontificem Maximum. 9

Joannis Hentenii, monachi Hieronymiani, qui Græca Latina fecit, Præfatio ad D. Georgium ab Austria, Episcopum Leodiensem, Bullonensem ducem, etc. 11

Ejusdem Præfatio ad Lectorem 19

OECUMENII SCRIPTA :

Commentaria in Acta apostolorum. 43

— in Epistolas Pauli. 307

— in Epistolas Catholicas. 455

ANNIBALIS
IOANNIS VITALIS

NOTITIA.

(Oudin, *De Script. eccles.*, t. II, p. 518.)

—

Œcumenius, ætatis etiam admodum incertæ scriptor Græcus (*a*), de quo altum silentium apud veteres non incongrue ad annum 990 ponitur, donec certam illius ætatem assequi liceat. Porro ut in fronte Commentariorum præmittitur, nomina auctorum ex quibus contexuit *Explanationem suam in Novum Testamentum*, hæc sunt: *Papias, Clemens, Methodius Dionysius, Irenæus, Origenes, Hippolytus, Athanasius, Eusebius, Basilius, Gregorius, Nyssenus, Acacius, Isidorus, Photius, Chrysostomus, Gregorius Nazianzenus, Severianus, Gennadius, Aretas, Andreas, Cæsariensis, Cyrillus, Theodoretus.* Cum igitur ex citatis auctoribus Andreas Cæsariensis, qui in mss. codd. inscribitur, anno circiter 842 scripserit, et Photius anno circiter 880, ut constat, floruerit, cum Aretas anno circiter 920 exstiterit, recte, meo qui lem calculo, scriptorem hunc Cavus quem sequimur, ad annum 990 collocasse videtur. Exstant ipsius *Enarrationes in Acta apostolorum, in Epistolas sancti Pauli omnes, et in omnes Canonicas*, quas sequitur *Commentarius Arethæ in Apocalypsim.* Edita *Commentaria Œcumenii et Arethæ* primum Græce typo prorsus insigni Veronæ in folio anno 1532. a Donato Veronensi, dicata Clementi papæ VII, quæ ibidem recusa anno 1562. Horum versionem in linguam Latinam aggressus est Lovanii anno 1545 Joannes Hentenius, Mechliniensis Belga, monachus Hieronymianus, quæ Parisiis anno 1547 in fol. prodiit. Denique Græce et Latine Parisiis 1631, 2 tomis in folio.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI NOSTRO

CLEMENTI VII PONTIFICI MAXIMO

DONATUS VERONENSIS.

(Ed. Veron. 1532.)

Quod in Chrysostomo animi primum habuit tuus hic tuique amantissimus atque observantissimus filius Gibertus, beatissime Pater, quodque deinde in Euthymio, ac postremo, in Damasceno quem proxime impressum Tuæ Sanctitati dicandum curavit: idem in hisce commentariis nunc habet: ut eos alii nulli mortalium, sed uni tibi tanquam singulari cuidam suo numini dicet. Hosce igitur ab eodem animo profectos tu vicissim eadem vultus serenitate, quo superiores illos, accipies: et juxta illos in amplissima ista omniumque toto orbe celeberrima Romina bibliotheca collocabis: ut ipsi quoque cum eam sibi sedem delectam animadverterint, cum illorum quasi amantissimorum fratrum consuetudine et aspectu, tum tui numinis præsentia, lætiores in perpetuum degant: et quicunque ad se accesserint, ejus doctrinæ cupidi quasi ipsi abunde referti sint, quamque se tradituros profitentur, eos a se talibus præceptis imbutos, quasi epulis quibusdam non modo saluberrimis, sed etiam suavissimis satiatos, ex isto tam amplo tamque illustri loco dimittant. Etenim cum omnis divinorum librorum series quos canonicos vocant, quibusque omnis sacra doctrina continetur, in duas divisa sit partes: quarum una, Vetus quod vocant Testamentum, altera novum amplexa est: ab initio quidem religionis nostræ in utraque lingua non defuerunt et celebri sanctitate et præstanti doctrina prædili, qui totum illud quasi cœlestis sapientiæ corpus, editis amplissimis eruditissimisque commentariis, nobis exponerent. Cæterum cum illorum quidem unusquisque bene sane omnia, ut homo tamen, non optime omnia exposuisset: studioique tam ex omnibus, quam ex singulis ne facile optima elegi possent, ipsa et scriptorum et librorum multitudine impedirentur, nec immerito quasi dubia quadam cœna apposita, quid potissimum sumerent, dubitarent: exstiterunt alii sancti doctique viri, qui etiam hanc difficultatem studiosis adimerent; qui videlicet non novas quasdam a se inventas interpretationes proferrent, sed ab illorum unoquoque, quo diximus, ad sacrorum librorum illustrationem optima quæque eligentes excerperent: et omnibus quæ ita hinc atque illinc excerpsissent, auctorum suorum nomina apponerent. Cui rei simile quiddam ii qui dialogos scribunt, facere videntur: per hos quidem illi significantes, nihil se in hoc verborum dedisse legentibus, sed unum duntaxat eligendi scribendique sibi laborem curamque sumpsisse: ut hoc pacto et studiosi quicunque hujus laboris futuri essent, quasi vades quosdam et fidejussores certissimos singularum expositionum, propria illa nomina haberent: et is qui illa ad utilitatem omnium collegisset, omni culpa non solum ambitionis, sed etiam fraudis invidiæque vacaret. Ac tantum quidem abest ut ullam sibi laudem ex hoc quæsisse videantur quicunque hujusmodi studio delectati sunt, ut vix eorum unum aut alte-

(*a*) Episcopum fuisse Œcumenium et sedem Triccæ in Thessalia tenuisse prodidit excerptor quidam anonymus apud D. Bern. de Montefalconis in *Bibliotheca Coisliniana*. pag. 277, quod aatea omnes fugerat. Edit. Patr.

385

rum invenias, præsertim apud Græcos, qui inscriptione aliqua suum nomen significandum putaverit. Itaque in hoc genere omnes propemodum sacros libros quique ad Novum, quique ad Vetus Instrumentum pertinent, Græce habemus expositos, nullo ejus præposito nomine qui tali labore sit functus, tametsi in his ipsis qui nunc in manibus sunt, et quos nunc impressos Tuæ Sanctitati dicamus, beatissime Pater, auctorem unum, Œcumenium deprehendimus, et item alterum, Aretham. Quod ipsum qua conjectura ducti affirmare ausi simus, melius commodiusque altera Græce præposita prælatiuncula indicandum duximus: ut si qui litterarum nostrarum ignari ad hoc opus legendum accesserint, habeant ipsi quoque in primo ingressu operis aliquid luminis, qualecunque id sit, quod sequantur. Ut vero hanc partem potissimum Gibertus, ex tanta copia imprimendam curaverit, ea ratione in primis ductus est: quod hoc unum nobis ad ejus partis divinorum librorum plenam interpretationem habendam, quam Novum Testamentum vocant, deesse cernebat. Nam divus Thomas, unus ex hisce junioribus theologis maxime celebris atque illustris, sive Græcos æmulatus, quos videbat in hoc tantum studii posuisse, sive suo quodam spiritu ductus, ne hoc quidem laboris genus inexpertum intactumve reliquit: sed in unum collatis plurimis ex illis sanctis viris qui nobis ab initio divinas litteras exposuerunt, nec modo nostris, verum etiam Græcis, quos in Latinum conversos habebat, in quatuor Evangelia opus elaboravit; quod etiam præter morem Græcorum suo nomine præposito ad ejus modi laborem illustrandum, *Catenam Auream* appellavit: hujus vero partis, quæ supererat, membra aut non attigit, aut suis propriis commentationibus exposuit. Itaque Gibertus, ne diutius studiosi sacrarum litterarum similis laboris etiam in hanc partem desiderio tenerentur, hanc primam omnium aggredi statuit: eo magis quod præter divi Pauli Epistolas, reliqua quæ hic habentur exposita, non solum ejusmodi Catenam nullam habebant apud nos, qua percipi eorum sensa tenerique possent, sed ne expositiones quidem omnino alicujus generis ullas. Multum etiam in hoc valuit Joannis Lascaris commendatio: qui vir ea doctrina et claritate his temporibus præstans, quam omnes norunt, Giberto auctor erat ut hæc potissimum pars ederetur. Nam hoc quoque in primis scire oportet, cum hujuscemodi expositionum Catena ex hac parte quam nunc damus, ea ratione interpositis nominibus quam Latine secutum divum Thomam videmus, in solas divi Pauli Epistolas apud Græcos circumferretur: Gibertum tamen illius viri beneficio et munere exemplar nactum miro librarii artificio sumptuque descriptum apprimeque vetustum in quo Pauli quidem Epistolæ ejusmodi nomina non interposita, ut in aliis, sed in margine ascripta habent: ipse vero expositionum contextus non secus continuatur ac si unicus esset scriptor qui suam quamdam novam commentationem in illud opus afferret. Denique Acta apostolica et Catholicæ quæ dicuntur Epistolæ atque item Apocalypsis nihil talium nominum neque ascriptum prorsus neque interpositum habent. Ex hoc autem exemplari, collatis tamen aliis quoque nonnullis alterius illius generis, quod diximus, hæc tam multa quæ nunc exeunt in lucem, expressa sunt.

ILLUSTRISS. PRINCIPI AC REVERENDISS. DOMINO

D. GEORGIO AB AUSTRIA, EPISCOPO LEODIENSI, DUCI BULLONENSI,

COMITI LOSSENSI AC MARCHIONI FRANCIMONTANO, ETC.

JOANNES BENTENIUS MECHLINIENSIS MONACHUS HIERONYMIANUS. S. D.

PRÆFATIO.

Haud injuria Plato libro *De repud.* a sacrosanctæ philosophiæ limine ablegat ceu profanos quosdam, atque ad eam capessendam minime idoneos, *princeps illustrissime*, qui angusto sunt animo ac sordido, rerumque humilium cupiditatibus mancipato. Haud enim quaquam fieri posse arbitratus est, ut quem animum sordida illa cura rerum humilium occuparit, eo ipso divinarum humanarumque rerum scientia comprehenderetur. Nec id immerito. Quonam enim modo animus humanis, imo et brutalibus affectionibus deditus, poterit, repente hinc avulsus, subito ad ea quæ plus quam διὰ διὰ πασῶν dissita sunt, totum se transferre? Quapropter recte quoque ait idem in *Phædone*, par omnino esse, ut qui ad sapientiæ studium se conferunt, prius quidem emoriantur, animumque ipsum ab omni corporis sensu cogitationeque avertant, et quasi in suum jus suamque libertatem vindicent. Alioqui enim quemadmodum habet Lysias Pythagoricus in epistola ad Hipparchum, is qui corruptis obscœnisque moribus speculationes ad divinos sermones immisceat, non secus agit quam si cœnoso puteo liquidissimam infundat aquam, quæ et cœnum conturbet, et suam ipsius contaminet puritatem. Quod si tantam munditiem ab eo exigebant qui ad humanam duntaxat ac naturalem accedit philosophiam, quanta, obsecro, requiretur ab eo qui supra-

mundana ac divina scrutari desiderat? Siquidem mundana quærentes toti his involvimur, nec in malevolam animam ingreditur unquam sapientia, nec habitat in corpore subdito peccatis [1]. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugit fictum, et aufert se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, et a superveniente iniquitate corripitur, quod expresse satis intelligendum dedit Christus Judæis, cum ait : *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam a vobis mutuo accipitis* [2]. Porro tanto major in vobis doctrina humana requiritur, quanto longius ab hac munditie separamur, sanctique illius Spiritus auxilio destituimur, qui sacris olim apostolis ac prophetis tanquam electis suis organis indivulse semper aderat, eorumque linguam ac calamum ad omnia dirigebat, juxta illud Christi promissum : *Spiritus veritatis ducet vos in omnem veritatem.*

Hæc idcirco dixerim, quod ante aliquot annos videns communicatos esse nobis a Græcis sacros hos ac utilissimos commentarios, plurimum demirabar neminem inter tot virorum doctissimorum agmina hanc sibi provi clam suscipere, ut vel communis potissimum utilitatis intuitu, vel mercedis a Domino exspectandæ gratia, aut si non ob aliud, certe vel sui nominis apud mortales celebritatem quærens, quæ in hoc videbatur esse maxima, Latinos nobis ipsos redderet. Verum tandem ad me rediens, rei difficultatem in causa esse cognovi, quæ singulos a laudatissimo opere retraheret : cui aut se pares esse diffiderent, aut labores plus quam Herculeos fugitantes, suos supponere humeros recusarent, placidam quietem ac otium negotio ultro suscepto præponentes. Ego vero, quanquam me his longe inferiorem esse perspicerem, ingenioque ac eruditione parum admodum posse præstare confiderem : delens tamen maximo hoc fructu tot annis Latinos immerito fraudari : multorum quoque pulsatus precibus, quibus obsistere impudentis potius fuisset quam verecundi, immensos sane in hoc subii labores : quo vel eruditiorum animos provocarem ac irritarem, ut vel sic exstimulati, omni procul otio rejecto, aut etiam privato negotio quo sua quisque quærit, ea tantum quærant quæ sunt Jesu Christi. Et piis cœptis satis favit Altissimus : ut, si non omnibus in locis omnium animis, imo nec meo subinde satisfecerim, rarius tamen procul a scopo me hallucinatum crediderim : atque danda est venia si quid in horum versione me fugerit, ut fugisse multo non dubito, cum variis undique constrictus fuerim angustiis. Vix enim credi queat quantum laboris vel id mihi addiderit, ut cætera omittam, quod Photius, vir sane et sensum indagator sagacissimis, et flosculorum rhetorices observator diligentissimus, plurimis in locis singula Pauli verba Græca eorumque contexturam veluti trutina ponderaret, cum tamen Paulum Latine reddentes, hujusmodi verborum ordinem simulque Græcam Phrasim immutare coactus fuissem, sic ut jam Photii scholia locum non haberent, proinde ambigerem frequenter, num præstaret eam commentariorum partem in totum relinquere, quam Latinis scabrose, nulloque fructu tradere, ut quæ solis serviret Græcis, nempe de anxia Græcarum vocum contextura ac significato. Tandem tamen omnia fideliter reddere decrevi : quanquam me non parum quoque remorarentur unici Græci exemplaris non raræ mendæ, sive librarius hic in culpa fuerit, sive typographus : quæ me plerumque divinare cogerent : feliciterne an secus, id, quomadmodum et cætera omnia, lectoris judicio relinquo. Et quanquam ob hæc me non lateat phrasim aliquando esse in nonnullis duriorem : malui tamen fidi interpretis quam elegantis paraphrastæ fungi officio, etiamsi hoc consequi potuissem, cum videam nonnullos, dum nimis politi in vertendo videri volunt ab auctorum etiam animi conceptu nonnunquam excidisse. Ego vero intra ipsa interpretis *septa me satis* inclusi : quod ut facerem, etiam ingenii tenuitas me coegit. Neque enim adeo excellenti præditus sum ingenio, ut, velut Phidias statuis non solum aptam membrorum tribuebat harmoniam, sed etiam dignitatem et amplitudinem, ita et ego versioni splendorem adjungere possim lumenque orationis. Ego itaque meo me pede metior : nec unquam aliud ago, quam, etsi non verborum mensuram annumerem, ut saltem Græcarum sententiarum pondus Latinis rependam : adeoque his qui tantum Latini sunt consului, ut ne verbum quidem Græcum, quoad fieri licuit, relinquerem : quod ubi servari nequivit, addidi continuo, quid illi Latine respondeat. Quanquam tamen id satis scio, nihil adeo fore ex omni parte beatum, ut moreatur omnium plausu exciri ; idque adeo non peto, ut etiam magis hoc suspectum haberem, si meus labor universis probaretur : cum sciam inter tam varia hominum ingenia, esse non pauca, quibus mea non probari malim quam probari. Siquidem non immerito Phocion, quem Demosthenes suarum orationum securim esse dicebat, qui et tantam animi constantiam semper referebat, ut nulli unquam visus sit nec ridere nec fleret cum die quadam dicens, videret pariter ab omnibus approbari sermonem, conversus ad amicos : Quid, inquit, num mali quidpiam dixi imprudens ? Quod si etiam aliquid portulerim laude dignum, id tamen mihi non ascribendum est, sed Domino, a quo est omnis donatio bona, omneque donum perfectum [4]. Quod non Christiani tantum noverunt, verum etiam ethnici, qui nescio quibus fictis a se diis referebant acceptum, quidquid a se perageretur boni. Et hinc est quod præclarus ille dux Pytho, Atheniensibus os res feliciter gestas ipsum admirantibus, ac prædicantibus, quod Cotyn regem interemisset, Diis, inquit habenda est gratia, quibus auctoribus hoc facinus gestum est ; nam ipse nil aliud quam manum et operam meam commodavi.

Quanta autem sit horum commentariorum utilitas, ne diam necessitas, facile quivis perspicere poterit, qui vel hoc unum consideraverit, quod in hos divini Instrumenti, nihil hactenus prodiit, quod satis animo facere posset. Siquidem in Acta solum habemus Chrysostomum, si tamen is

[1] Sap. I seq. [2] Ioan. v, 45. [3] Joan. xvi, 13. [4] Jacob. I seqq.

Chrysostomus est, qui etiam ubique id potius agere solet, ut homines a vitiis revocaret ad virtutes, quam ut auctoris mentem aperiret. Porro in eas quæ Catholicæ dicuntur, Epistolas, aut in Apocalypsim nullos omnino habemus commentarios lectu dignos, nisi quod ex his quæ nunc in lucem damus, nuper decerptum ac consarcinatum est. Pauli vero Epistolas etsi plures interpretari conati sint, adeo tamen illarum lectio salebrosa est ac plena anfractibus, lectorem sæpius suis longissimis periodis ac hyperbatis suspensum retinens, seseque inaccessam et inviam sensuum profunditate reddens, ut nisi quis eum, quo ille scripsit, spiritum ducem habeat, nunquam illæ satis a quoquam enarrentur.

Porro Paulinum cuivis adesse spiritum non facile credidero, maxime cum illos miserrime ac turpissime videam in his hallucinari, qui sese unos Pauli tenere mentem impudenter asserunt, nullos alios præter suum ipsorum animum consulere volentes commentarios, imo calumniantes potius illos ac subsannantes. Itaque præter hunc suum erroris spiritum nullam aliorum recipiunt enarrationem, sed omnia suo explicant arbitratu, aut depravant potius : quos suis Petrus depinxit coloribus, dum Paulinas Epistolas [4], non certe ut isti, clarissimas dicit ac facillimas, nullaque opus habere enarratione, sed nonnulla continere intellectu difficilia, quæ inducti, inquit, parumque firmi detorquent, sicut et cæteras Scripturas ad suam ipsorum perniciem. Siquidem divinas omnes Scripturas Deus arcano suo consilio noluit usquequaque pervias esse hominibus, ne facile adepti essent : sed ut multo labore subacta hominum ingenia, primumque ipsius implorato auxilio, tandem acceptum thesaurum tanto haberent chariorem, tantoque servarent cautius, quanto majori studio ac diligentia accepissent. Cæterum, quis horum sit auctor commentariorum manifestum est non eumdem esse primarium omnium auctorem, cum in Actis apostolicis simul et in Paulinis Epistolis plurima hic in compendium redacta sint, quæ fusius tractaverat Chrysostomus. Rursumque plurimorum aliorum sententiæ referuntur, nunc quidem positis in solo litteræ contextu nominibus, nunc vero additis etiam in margine : quæ et nos eodem modo ut in exemplari reperta sunt omnino reliquimus. Ad Apocalypsim autem certus præfigitur auctor (*a*), additis etiam in initio nominibus eorum a quibus ille nonnulla excerpserat. Præterea in omnibus his commentariis frequenter quoque ponuntur variorum auctorum sententiæ, suppresso illorum nomine, nescio an librariorum oscitantia. Varios tamen esse vel ex eo liquet, quod sæpius contrarium invenias ejus quod præcesserat. Utque unum verbi causa proferamus exemplum : cum prius in Apocalypsi dixerit Babylonem esse Constantinopolim, non mundum nec aliam quamvis civitatem, postmodum multis in locis dicit ac probat esse mundum, et nullam particularem civitatem. Cæterum, quanquam in prioribus libris nemo suum præfixerit nomen [6], ut est Græcis consuetudo, nunquam suo nomine evulgare quæ ipsi suo marte non elaborarunt, sed veluti centones quosdam ex variis collegerunt : evidentibus tamen propemodum conjecturis colligimus ŒEcumenium esse partim auctorem horum, partim collectorem qui tamen interdum, ubi suam post alios profert sententiam, suum quoque addidit nomen, ne quis illam aliis tribueret, quam ipse dignam non censebat quæ cum eorum sententiis conferretur. Plurima autem excerpsit ex Chrysostomo, cujus tamen nomen tunc solum addi curavit, cum ejus verba recenseret, non autem cum ipsius sententiam contractioribus verbis referret. Quod autem sit ŒEcumenius qui hæc omnia præter Apocalypsim nobis, ut nunc in lucem eduntur, tradiderit, his colligimus argumentis. Primum postremis commentariorum verbis Epistolæ ad Colossenses, proprio etiam nomine margini præfixo, scribit in hunc modum : Cum ab exemplari non integre invenissem beati Joannis scholia in Epistolam ad Colossenses, conscripsi illa ut potui. Si quid igitur in ipsis leve aut reprehensione dignum inventum fuerit, noverit is qui legit, meum esse hujusmodi lapsum. » Rursum quarto ad Ephesios capite habet hæc verba, addito in margine ŒEcumenii nomine : Ὅρα τι κἀγὼ ἐνόμισα· οὔτε γὰρ ἐχώρισα τὰ τοῦ μακαρίου νοῆσαι. Hoc est : « Animadverte quid et mihi visum sit : neque enim datum fuit quæ ipsius sancti sunt considerare. » Chrysostomum intelligens, propter quod et Joannis nomen in margine adjunctum erat. Satis itaque ostendit ŒEcumenius se collectorem esse commentariorum in omnes Epistolas, non tamen ullam alibi fecisse suipsius mentionem, eo quod in illis nactus esset integrum Chrysostomi exemplar. Rursum hujus enarratio ponitur frequentius post aliorum explicationes, reddento interdum causam eorum quæ præmissa erant, addendo etiam non raro, « Mihi quoque ita videtur posse dici. » Quid si et hoc modo dicatur, juxta hunc intellectum quem et divus Joannes suscipit : aut etiam Cyrilli seu Basilii aut cujusvis aliorum nomina citat. Porro hæc plurimis locis videre est, quorum nonnulla hic recensebimus. Ad Romanos quinto ad ea verba, *Peccatum non imputatur ubi non est lex* ; capite nono ad ea verba, *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen* ; primæ ad Corinthios VI, cum dicitur, *Qui scortatur, in corpus suum peccat* ; capite VII, *De virginibus præceptum Domini non habeo* ; capite XV, *Cum tradiderit regnum Deo et Patri*, et eodem, *Ut si Deus omnia in omnibus* ; ad Ephesios II, *Juxta principem potestatis aeris* ; capite IV, *A quo totum corpus quod coaptatur et compingitur* ; et eodem

[4] II Petr. III, 15.

(*a*) Arethas scilicet Cæsariensis, cujus commentarius in Apocalypsin exstat apud nos ad annum 910, tomo CVI, post eum quem scripsit Andreas item Cæsariensis, Arethæ magister. EDIT. PATROL.

Sed non occidat super iram vestram, ubi ait : « Quosdam audivi ita interpretantes ; » secundæ ad Thessalonicenses III, *Porro Dominus dirigat corda vestra ;* ad Hebræos X, *Umbram habens lex futurorum bonorum ;* capite XII, *Qui pro gaudio sibi proposito ;* aliis quoque locis innumeris. Cum igitur hinc luce manifestius sit Œcumenium Paulinarum Epistolarum collegisse commentarios, arbitramur idem ipsum fecisse in Acta apostolorum et in Catholicas Epistolas, quamquam nec ibi suum nomen addiderit : cum ejusdem omnino sint phrasis, nisi quod ibi pauciores habuerit quos imitaretur, quorum etiam nomina vix unquam in Græco exemplari addita invenimus, nec in litteræ contextu nec in margine. Hos autem nostros labores jure optimo vindicare sibi poterat, utque suo nomine in lucem ederentur postulare, illustrissimus princeps ac reverendissimus dominus D. Joannes a Lotharingia, S. R. E. tituli S. Onufrii cardinalis, doctorum virorum Mecœnas egregius, cui plurimum debent quicunque sacrarum Litterarum studiis addicti sunt : ut qui, statim ubi cognovisset me hujusmodi in commune Ecclesiæ bonum subiisse labores, cum illi ne de nomine quidem notus unquam fuissem, liberali tamen munere me donari jussit, ampliora etiam pollicens ubi liber typis excusus foret. Cui etiam libentissimo animo opus hoc dedicassem, nisi jam priusquam ad ipsum accedere daretur, non animo solum concepissem, verum etiam verbis T. R. D. manifestassem ob eam quam novit causam, ipsius auspiciis opus hoc me in lucem editurum : adeo ut nequaquam mihi fuerit integrum, aliud agere aut fidem non servare. Quod si etiam maxime facere voluissem, ne ipse quidem illustrissimus princeps, re cognita, ullo modo tulisset : ut qui nihil hujusmodi nominis celebrationes moretur, cum jam ad tantum splendorem accesserit, ut hinc nihil omnino suo nomini possit accrescere. Cujus cum affluentissimas opes, cum ingenium, corporis et animi decus, cum suavissimos mores ipse mecum revolvo, profecto is esse mihi videtur in quo fortunam cum natura, cumque ambabus virtutem, *tres* potentissimas rerum dominas, contendisse credem, cujus ipsarum potissimum beneficii gratia teneretur, aut quæ plenioribus ipsum muneribus manuque largiore cumularet. Cumularunt certe et quæque est officio suo functa, nec cui plus debeat facile discreveris. Non itaque præterita usus sum excusatione, quod ipsum eam nominis celebrationem exoptare putarem : sed ut meo interim nomini consulens, ostenderem me non temere hæc egisse, aut ingratitudinis notam ullo pacto debere agnoscere. Dabitur tamen alibi locus, ut spero, quo gratum me erga eum principem ostendam.

Nunc vero ad te venio, clarissime ac reverendissime Georgi, obsecrans ut nosce nostros labores, qui tuis auspiciis in lucem prodire conantur, læta atque exporrecta fronte suscipias. Id autem ut facere auderem, partim mihi persuasit tuorum morum uno omnium ore prædicata integritas, cum admirabili prudentia parique humanitate conjuncta, partim vero incredibilis quipam, quem non obscure præ se ferre visa est tua amplitudo, erga hujusmodi auctores amor : partim quoque talis erat singularis ac gratuitus tui in me favor, cognitaque tuæ erga me voluntatis propensio, ut nihil me tibi non debere ingenue faterer. Hoc etiam potissimum nomine, quod cum e tuis ortus sim ditionibus, singulique suum principem receus patriam ingredientem munusculo quopiam, quod obsequiosum testetur animum, excipere soleant, ego nequaquam vacuis manibus accedere *debui*. Quod si sera videatur gratulatio, non ob id reprehendi debet, cum dilata sit urgenti ac probata omnibus causa. Nemo enim probasset, opinor, si præcipitanter, ut Tuæ Amplitudini gratularer in tempore, fetum hunc seu abortum potius, immitarum abjecissem, aut a me abire permisissem. Porro quo nunc munere apud Tuam Celsitudinem majorem me gratiam initurum confiderem, non erat, quam si utillissimos hos, imo propemodum necessarios commentarios ei potissimum consecrarem, qui non modo singulari prælitus est pietate, sed præter omne genus doctrinæ tanta quoque dicendi facundia ac eloquentia, quanta vel ab ejus generis hominibus requiri potest maxima, qui omnem ætatem in litteris consumpserunt. Accedunt ad tantam præstantissimarum artium doctrinam et cæteræ virtutes dignæ magno principe : justitia in imperio, pacis tuendæ cura, magnitudo animi, pietas, studium juvandæ ac ornandæ religionis Christianæ, clementia ac bonitas eximia. Hoc principe duce quid poterit esse adversi, si cum virtute omnia secunda sunt ? Nemo in illo quidquam inconsultum metuat, prudentissimus est ; nemo insolentiam animi cogitet, modestissimus est ; nemo injuriam timeat, æquissimus est. Bene merentes sua confirmabit humanitate, languidos excitabit industria, improbos severitate compescet. Certe hujusmodi omnino requirebatur qui infelicissimis hisce temporibus celeberrimæ Ecclesiæ præficeretur, amplissimæque ditionis habenas ea prudentia eaque doctrina moderaretur, ovesque a truculentis pene luporum faucibus eriperet, nempe qui in variarum Ecclesiarum moderatione tam probatus esset. Siquidem tranquillo mari quilibet nautarum vectorumque gubernare potest : at ubi sæva fuerit orta tempestas, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro ac gubernatore opus est : et qui ante omnia duo hæc Platonis præcepta teneat, quæ Cicero dicit necessario adesse his oportere, qui omnino reipubl. profuturi sunt : primum ut civium utilitatem sic tueantur ut quidquid agunt ad eam referant, obliti commodorum suorum. Neque enim idem principem *decet* quod privatum. Atque hinc est quod Pelopidas uxori quæ ad bellum proficiscentem muliebriter rogabat servaret seipsum, Alii, inquit, ut isthuc faciant monendi sunt : nam princeps ac dux hortandus est potius ut servet cives. Alterum est ut totum corpus reipublicæ curent : ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant : nam id seditionis maximique dissidii ac invidentiæ causa esset. Verum neque ego is sum qui, ne dicam tibi, sed nec alii cuivis consilium dare possim, neque tu is es cui opus sit illud a quoquam expetere. Tu tibi in omnibus monitor

dandus es : tuis consiliis, diligentiæ ac industriæ relinquendus. An nos timeamus ulla te parte arctissimam æquitatis regulam transiturum ? facturum aliquid te tuisque majoribus ac regali tua prosapia indignum, aut a tuis moribus alienum ? neve ab honestissimis vitæ rationibus aberres ? Unde hic nobis metus aut quid de te non debemus nobis polliceri ? qui non modo veterum laudes splendoremque prioris ætatis, sed et ingenia laudantiam viresque superasti. Quapropter his relictis, quæ et ego frustra eloqui tentarem, et tu invitis aut obturatis potius auribus exciperes, Deum optimum maximumque precor, te nobis, imo patriæ ac communibus studiis diutissime servet incolumem.

Datum Lovanii, in collegio theologico, anno e partu virgineo 1545, pridie Kalendas Apriles.

—

CANDIDO LECTORI.

—

Rerum in hujus operis exordio præmonendus mihi es, candide Lector, eumdem quem in priori tomo ordinem nos servasse adnotandorum numerorum capitum, tam juxta Græcos quem hic auctor observavit, quam juxta Latinos quem nos quidpiam citantes aut aliud notantes semper sequimur, cum nullam facimus Græcorum capitum mentionem. Itaque initio statim cujusque faciei positus numerus, Latinorum est : qui vero majusculis litteris supra ipsos paginæ versus ascribitur, Græcorum. Rursum ubi Bibliorum locus quispiam fuerit in contextu citatus aut ad ipsum quoquo modo allusum, nec tamen in opposito margine additus est Latinus capitis numerus, ad eumdem qui paulo ante citatus es locum recurrito ; nolumus enim frustra idem ejusdem voluminis caput iterato ponere. Quinetiam cum variorum ejusdem voluminis capitum consecutive dicta citantur, posito semel duntaxat voluminis nomine, numeros capitum simul adjunximus eo quo illa citantur ordine. Præterea eamdem hic mihi dari veniam precor quam in Euthymio postulavi, quod voces quasdam non vitaverim a quibus abhorrent nonnulli nostro hoc politiori sæculo : nempe, *Salvator*, *salvare compassio*, *dispensatio* ac similes, ne si exactiores substitueremus quæ sacrarum Scripturarum studiosis non adeo tritæ essent, lectorem quoquo modo remorari videremur. Ad hæc cum Græcum exemplar singulorum argumenta capitum initio cujusque libri aut epistolæ recenseret, maluimus singula singulis capitibus præfigere, ne ad dignoscendum capitis argumentum, necesse tibi foret subinde ad libri initium recurrere. Quapropter etiam nonnunquam coacti sumus partes textus aliter quam in Græco essent exemplari dividere : cum ibi continuato textu, in margine duntaxat novi capitis numerus annotaretur. Nonnunquam etiam ne textus adeo mutilus aut minutatim concisus videretur, plures conjunximus periodos quæ in Græco exemplari divisæ erant, potissimum in Epistola ad Romanos et in Apocalypsi, qui libri in hoc a cæteris maxime dissidebant : ubi tamen divisas hujuscemodi sententias conjunximus, ad singularum enarrationem rursum eas aut ex integro aut in parte repetiimus. Nonnunquam vero hanc fecimus unionem eo quod permistim partes hujusmodi variarum periodorum non suo ordine explicabantur : quod adeo frequens erat, ut huic malo non ubique remedium præstiterimus : ideoque hic te admonemus, ut si quando sententiæ alicujus explicationem requiras, etiam præcedentis clausulæ enarrationem perlegas. Sæpius enim ubi quispiam citatur auctor et præsertim Photius, non eam duntaxat litteræ partem quæ proposita est declarat, sed ea etiam quæ subsequuntur. Ne id quoque temere a nobis factum existimes, quod nonnunquam Pauli, Lucæ aut Joannis litteram novo satis modo verterimus : id enim facere coacti sumus, ut scholiorum respectum haberemus : alioqui si reliquo secuti fuissemus interpretes, scholia in hujusmodi locis nulli servissent proposito. Hujus quoque te admonitum velim, quoties locus quispiam in his ex Veteri citatur Instrumento, hunc juxta versionem Septuaginta referri, utpote qui Græce scripserunt, hi autem collectores Græci tantum erant : qui etiam non raro sensum magis citant quam verba : aut, quod mihi magis videtur, ex memoria citant, quæ, utpote labilis, etiam doctissimos nonnunquam fallere solet. Denique, id etiam animadverte, quantum nostris temporibus hi serviant commentarii, qui plurimis in locis indicant brevibus quæ Pauli verba variis obsistant hæresibus illasque confodiant. Accipe itaque, lector candide, ac fruere felicibus auspiciis præda quam ex Græcorum bibliothecis tuis usibus primi adveximus : quanquam hujus pars, ut verum fatear, nempe in Epistolam ad Romanos, ante aliquot annos erepta fuerat, Joanne Lonicero interprete, verum mutila admodum, ut quæ ne tertiam quidem partem haberet eorum quæ nunc in eam Epistolam tibi damus : eaque, nescio cujus vitio, satis infeliciter Latinitate donata : neque enim interpretem temere accusare velim : quanquam is etiam in nuncupatoria Epistola satis idicat quam non magnifaciat ea quæ vertat, seseque maluisse in alio versari argumento. « Majori, inquit, delectatione in eo versatus essem, si in Scripturæ scopo, in fide, in Christi meritis, sanguine et morte, atque adeo in justificatione mansisset firmiter ac constanter ; » et post pauca : « Nonnunquam sane bonus hic vir dum Pauli mentem non assequitur, nec respondet per omnia sæculi analogiæ, operibus plus æquo tribuit, ut apparet theologum esse Græcum : quorum sane commentaria, cum Christum doceant et in Christi gloriam conscripta sint, nobis haud statim sunt contemnenda. Cæterum, Christiano potius volupe esse debet, videre et agnoscere quo dono veteres Christum prædicarint. Quanquam autem non parum multi repe-

riantur, qui citius hunc interpretem divi Hauli sint rejecturi quam lecturi : eorum tamen calumnia minime mihi probari potest. Cur enim non potius divi Apostoli præcepto obsequimur, *Omnia probate ; quod bonum est, tenete.* »

Hactenus Lonicerus de eo quem vertendum susceperat. Verum nonnulla in primis capitibus loca conferemus quæ ipsis nobiscum fuere in Græco exemplari communia, veluti ex ipsius versione liquet, quo et de his et de aliis locis innumeris, quibus non satis inter vos convenit, lector judicare valeat : et primum Græca ponemus, deinde nostram versionem, ac tertio Lonicerii verba. In primis super illa primi capitis verba, *Ad obediendum fidei,* ubi ait interpres : Καὶ γὰρ οὐ δεῖ πολυπραγμονεῖν γέννησις καὶ οὐσίαν Θεοῦ, ἀλλὰ μόνον ὑπακούειν, quod nos ita reddidimus : « Neque enim oportet Dei generationem vel substantiam curiose scrutari, sed tantum obedire, » ipse vero sic habet; « Etenim non oportet variis occupari rebus eum qui Filii Dei generationem et essentiam novisse velit, sed solummodo verbo obedire. » Eodem capite, super illud, *Invisibilia enim ipsius ex creatione mundi operibus intellecta conspiciuntur :* Græca : τὰ ἀόρατα γὰρ, φησὶν, οἷον ἄγγελοι καὶ αἱ ἄλλαι ἀσώματοι οὐσίαι. Ποῖα ταῦτα : Τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου εἰς γένεσιν παραχθέντα, nostra versio : « Siquidem invisibilia, ait, puta angeli cæteræque substantiæ incorporeæ Quænam sunt hæc incorporea ? Quæ ex creatione mundi ad esse perducta sunt. » Lonicerus : « Invisibilia enim, inquit. Qualianam hæc ? Quæ a condito mundo ad generationem rerum paracta sunt. » Statimque postmodum ubi Græca habent, τῶν παρεγμένων εἰς γένεσιν, nostra versio : « Et quæ ad esse producta sunt ; » Lonicerus : « Quæ generationis via producta sunt. » In fine capitis super ea verba. *Non solum faciunt, verum etiam assentiuntur perpetrantibus :* ubi Græcus Isidorus retulit quosdam aliter legere, ac contendere depravatos esse Græcos codices, tandemque subjungit : Ἐγὼ δὲ οὔτε ἡμαρτῆσθαι ἐν τούτῳ φήσας τὰ ἀποστολικὰ βιβλία, οὔτε καταδρομεῖν τῶν μὴ νενοηκότων φράσας, τοῖς ἐντευξομένοις ἐπιτρέψω τὴν ψῆφον. Φημὶ τοίνυν, ὅτι ἐμειδὴ τοῦ πλημμελεῖν τὸ ἐπαινεῖν τοὺς πλημμελοῦντας πολλῷ ἐργαλειώτερόν ἐστι καὶ μεῖζον εἰς κολάσεως λόγον, εἰκότως εἴρηται, Οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσιν, nostra versio : « Ego autem neque in hoc depravatos esse codices apostolicos asserens, neque cum his qui non intellexerunt contendere volens, lectoribus isthuc judicandum permittam. Dico ergo quod cum eos qui peccant collaudare longe operosius sit ac magis ad supplicii rationem momentum habeat quam peccare, merito dictum est, *Non solum ea faciunt, verum etiam assentiuntur perpetrantibus.* » Lonicerus : « Ego vero neque errasse existimans apostolicos libros, neque assentiens illis qui non assecuti sunt mentem Pauli, lectoribus isthuc judicandum permittam. Censeo igitur quod simul atque delinquentes commendare dum delinquunt sit multo molestius ac majus quam delinquere, merito hac castigationis ratione dictum est, *Non solum ea faciunt, verum etiam agentibus assentiuntur.* » Et quanquam in margine dicat se fideliter reddidisse quod Græcum exemplar habebat, ex ipsius tamen versione satis liquet eodem modo quo et nos Græca legisse ; verum, cum ea aliter intellexisset, quædam immutasse, alia vero addidisse. Item super illud septimi capitis. *Noni quod non habitet in me, hoc est, in carne mea, bonum,* Græca : Τὸ αὐτεξούσιον θέλει δεῖξαι, καὶ ὅτι ὁ ἄνθρωπος Κύριος τῆς ἐπ' ἄμφω τοῦ τε ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ ῥοπῆς. Φησὶν οὖν· Οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ τὸ ἀγαθόν· οὐκ ἀποκεκληρωμένον καὶ ἀνάγκῃ τινὶ παραμένον μοι ἔχω τὸ πράττειν τὰ ἀγαθὰ, ὥστε καὶ πρὸς βίαν ἀφέλκειν με τῶν κακῶν· τοῦτο γὰρ οἴκησις, ἡ εἰς ἀεὶ διαμονὴ, καὶ οἷον ἐγκάθισις Nostra versio : « Arbitrii libertatem vult ostendere, quodque homo dominus sit potentiæ ad utrumque tam bonum quam malum. Ait ergo : *Non habitat in me bonum :* non mihi sorte datum aut necessitate quadam apud me permanens habeo ut bona operer, ita ut vi quadam abstraheret me a malis. Nam ea dicitur habitatio, perpetua videlicet permanentia ac veluti residentia. » Lonicerus : « Libertatem vult ostendere, nempe quod homo non sit dominus ad boni malique momentum. Dicit itaque, *Non habitat in me bonum :* non est certum, neque necessario apud me permanet ut possim bona persequi : imo natura mea adeo corrupta est, ut vi quadam ad mala me pertrahat. Id enim est veluti habitatio assidua perduratio, et veluti consessio est ac residentia. » Ex horum deductione satis apparet non esset typographi vitio additum adverbium negandi *non*, initio hujus particulæ : et etiam ex eo quod in margine annotaverit : « Adversus liberum arbitrium. » Cum autem non satis caperet Græca, addidit, *non :* et infra, « Imo natura mea adeo corrupta est, » quod putaret id exigi propter verba sequentia ὥστε καὶ πρὸς βίαν ἀφέλκειν με τῶν κακῶν, quæ pereram intellecta vertit, aut vi quadam ad mala me pertrahat. » Hæc alii pravæ mentis potius esse dicerent quam ignorantiæ : tum propter ea quæ supra recitata sunt ex nuncupatoria ipsius Epistola, tum propter alia quædam ejusmodi : ut quod nonnulla reliquerit ad illa Pauli verba secundo capite : *His quidem qui secundum tolerantiam boni operis, etc.*, ubi Græca habent : Οὐ γὰρ μόνον ἡ πίστις ἀρκεῖ, ἀλλὰ καὶ ἔργων χρεία. ὑπομονὴν δὲ εἶπὼν, γενναίως ἔχειν διδάσκει πρὸς τοὺς πειρασμούς. Hoc est : Neque enim sola fides sufficit, sed et opera sunt necessaria. Cum autem dixit tolerantiam, docet ut adversus tentationes et afflictiones strenue se habeant. Ipse vero, relictis prioribus verbis de fide et operibus, suam versionem a sequentibus incipit, hoc modo : « Tolerantiam dicens, docet ut sese strenue adversum tentationes gerant. » Et mihi quidem facile persuadebit priora illa verba desiderata fuisse in suo exemplari, ut quod tertiam vixdum partem habuerit eorum quæ ex nostro vertimus : at vereor ne id aliis persuadere non possit, eo quod in proœmio dixerit, bonum hunc virum dum Pauli mentem non assequitur, nec respondet per omnia fidei analogiæ, operibus plus æquo tribuere. Ego tamen eo sum propensior animo, ut hæc illi contigisse credam, quod aliis rebus occupato, non vocaverit exactius hæc ponderare : nec tantum studii sacris Litteris ac re-

bus theologicis impendere potuerit, quam illi qui nullis aliis distracti studiis, toti his incumbunt. Cæterum priusquam ad ipsam accedam enarrationem, primum loca quædam subjiciam in quibus dissidebat nostrum exemplar ab his quæ vulgo circumferuntur Græcis exemplaribus: quod tamen non raro factum opinor librariorum aut typographorum incuria, quod nec editioni conformis esset ejusmodi lectio, nec bibliis Complutensibus, de quibus in Euthymio feci mentionem in epistola ad lectorem. Nonnun quam ergo cum apertum viderem in exemplari mendum, nulla facta aut hic aut circa eum locum rei mentione, restitui ut oportuit; aut ubi operæ pretium videbatur, id in margine annotari curavi, et circo ea loca hic non subjiciam. Porro non decrevimus annotare loca (quemadmodum nec in Evangelia fecimus) quibus et hoc nostrum et alia Græca exemplaria dissideant a vulgata editione Latina, quod id ex variis aliis interpretibus quisque petere possit. Subdemus quoque indicem sententiarum quæ in his commentariis memoria dignæ visæ sunt, quoniam plurimos id expetere videmus: numero designante folium, littera autem a, priorem columnæ partem (*b*) vero, posteriorem. Cæterum, antequam ad libri lectionem accedas, quæso errata quædam quæ aut typographorum aut nostros præterfugerunt oculos ad rectam lectionem revocato: in quorum annotatione primus numerus folium designat, secundus columnam, tertius autem versum: ubi vero duo solum numeri signantur, prior positi jam folii columnam ostendit, posterior autem versum. Quod si unicus assignetur numerus, is dictæ columnæ versum designabit. Vale.

ΤΟΙΣ ΦΙΛΕΛΛΗΣΙ

Αἱ τῇδε τῇ βιβλῳ περιεχόμεναι ἐξηγήσεις, οὕτω θαυμαστήν τινα βραχυλογίαν καὶ σαφήνειαν, καὶ δήλωσιν ἀναφαίνουσι τῶν ἀεὶ ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ ζητουμένων, ὥστε πείθεσθαί με ῥᾳδίως, ταύτας τῶν παλαιοτέρων ἐκείνων, ἀφ' ὧν εἰς ἓν ὥσπερεὶ σῶμα συνηθροίσθησαν, τοσούτῳ διαφέρειν, ὅσῳ τὸ μέλι τῶν ἀνθέων τιμιώτερον. Καὶ γὰρ καὶ ὁ τὰ τοιαῦτα συλλέξας, τὴν μέλιτταν μιμησάμενος, ἀφ' ἑκάστου τῶν πρὸ αὐτοῦ γραψαμένων, ὥσπερ ἐκείνη ἀπὸ τῶν πανταχοῦ βλαστησάντων ἀνθέων, τὰ κάλλιστα ἀποδρεψάμενος, ἐκ πολλῶν τούτων ὡσεὶ ῥόδων καὶ ὑμνούντων ἐν τῷ ἱερῷ τὸν Θεὸν, ἕνα χορὸν τοῦτον τὸν θαυμαστὸν συνεστήσατο. Ὅτι δὲ Οἰκουμένιός τις ὀνόματι ὁ τοιοῦτος, ἐντεῦθεν ἤδη δύναιτο ἄν τις μαθεῖν. Εὗρον γὰρ ἐν τῇ εἰς τὴν πρὸς Κολασσαεῖς Ἐπιστολὴν ἐξηγήσει κατὰ τὴν ἐσχάτην σελίδα τοιαύτην μαρτυρίαν· Ἐκ τοῦ ἀντιγράφου, φησὶ, μὴ εὑρὼν καλῶς τὰς παραγραφὰς τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς Ἐπιστολῆς, συνέγραψά αὐτὰς ὅπως ἠδυνάμην. Εἰ οὖν εὑρεθῇ τι ἐν αὐτοῖς ἢ κοῦφον ἢ ἐπιλήψιμον, ἴστω ὁ ἀναγινώσκων, ἐμὸν εἶναι τὸ τοιοῦτον πταῖσμα. Ταύτῃ δὲ τῇ μαρτυρίᾳ καὶ πᾶσα εἰς τὴν πρὸς Κολοσσαεῖς Ἐπιστολὴν ἑρμηνεία τελειοῦται. Ἔχει δέ γε αὕτη ὄνομα προτιθέμενον τὸ Οἰκουμενίου. Ὥστε ἐκ τούτου τεκμαίρεσθαι, μᾶλλον δὲ ἐναμφίβολον ἤδη ἔχειν, τοῦ Οἰκουμενίου τούτου, κἂν γοῦν εἰς τὰς Παύλου Ἐπιστολὰς, τὸν πόνον εἶναι. Οὗτος γὰρ ἀνὴρ πᾶσαν τὴν Χρυσοστόμου πραγματείαν, ὡς καὶ παντὶ τῷ ἀναγινώσκοντι ῥᾴδιον κατιδεῖν, εἰς βραχὺ συστειλάμενος, ταύτῃ καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων τὰς ἐξηγήσεις προσέθηκε, τὸ ὄνομα ἑκάστου τῇ ἐπιγραφῇ προμηνύσας, οἷον Κυρίλλου, Γενναδίου, Θεοδωρήτου, Γρηγορίου, Βασιλείου, Σευηριανοῦ, καὶ τῶν τοιούτων, ἐξαιρέτως δὲ Φωτίου τινὸς, ἀφ' οὗ ὅσαι μετεκομίσθησαν ἐξηγήσεις, τοῦ σκοποῦ, κατά γε ἐμὲ, μάλιστα πάντων τυγχάνουσιν. Ἴσθι μὲν οὖν ἔνθα ἂν μὴ εὕρῃς ὄνομα ἐπιγεγραμμένον μηδὲν, τὴν τοιαύτην ἑρμηνείαν εἶναι τοῦ Χρυσοστόμου εἰς ὀλίγα συνεσταλμένην ὑπὸ τούτου, ὡς εἴρηται. Ἔνθα δὲ καὶ τοῦ Χρυσοστόμου αὐτοῦ, ὅπερ σπανιάκις ἔστιν ἰδεῖν, τὸ ὄνομα εὕροις προτιθέμενον, μηδὲν ἐκεῖ τὸν ἄνδρα συστείλασθαι ἢ μεταβαλέσθαι ἐκ τῆς ἐξηγήσεως, ἀλλ' ἢ αὐτὰ τὰ τοῦ Χρυσοστόμου ῥήματα κατὰ λέξιν μόνον μεταγράψαι. Εἰ δέ που καὶ αὐτοῦ τοῦ Οἰκουμενίου τὸ ὄνομα ἴδοις τοῦ πᾶσαι τὴν συλλογὴν ταύτην ἐκπονήσαντος, μὴ θαυμάσῃς. Ἃ γὰρ αὐτὸς ἐπινοήσας καὶ ἐφευρὼν ἐτυγχάνε, καμὴ ἀφ' ἑτέρων τῶν πρὸ αὐτοῦ μαθών, τούτοις τὸ ἴδιον ὄνομα προτιθέναι προσήκειν ἡγήσατο, ἵνα μὴ σύγχυσίς τις τῷ ἀναγινώσκοντι γένηται, πάντα ὅσα ἀνεπίγραφα ἑνὸς, οἷον Χρυσοστόμου εἶναι νομίσαντι ἄο, καίπερ ὄντων τινῶν καὶ ἑτέρου, οἷον αὐτοῦ, εἰ μή γε αὐτὸς τὸ ἴδιον ὄνομα προγράψας ἐτύγχανε. Τὰ μὲν τοι εἰς τε τὰς πράξεις, εἴς τε τὰς Καθολικὰς λεγομένας Ἐπιστολὰς συγγραφέντα ἔχει ἀμφισβήτησίν τινα, πότερον τοῦ αὐτοῦ Οἰκουμενίου συγγράψαντος καὶ συλλίξαντός ἐστιν, ἢ οὔ. Ἀλλ' ἐγὼ τοῦ αὐτοῦ οὐχ ἧττον εἶναι καὶ ταῦτα νομίζω, πολλοῖς τεκμηρίοις ἑπόμενος, ἅτινα ἐν τῷ παρόντι οὐκ ἂν εἴποιμι, ἵνα μὴ ἐν σχήματι ἐπιστολῆς πέραν τοῦ δέοντος μακρολογήσω. Τὰ δὲ εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν τοῦ μακαρίου Ἰωάννου, συνετέθη μὲν ὑπὸ Ἀνδρέου τοῦ τῆς Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπισκόπου, ἀλλ' εἰς σύνοψιν καὶ βραχύτητα συνεπτύχθη τὸ ὕστερον ὑπὸ Ἀρέθα τινὸς τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπισκόπου, ὡς καὶ ἡ ἐπιγραφὴ μηνύει ῥητῶς, Ἀντίγραφον μὲν οὖν τι πᾶσαν τὴν τοιαύτην πραγματείαν περιέχον κτησάμενος Ἰωάννης Ματθαῖος ὁ Γίβερτος ὁ τῆς Οὐηρώνης ἐπίσκοπος, τοῦτό μοι παρέδωκε, κελεύσας ἐπανορθοῦν, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πταισμάτων, εἴ τινα εὕροιμι ἄν, ἐκκαθαίρειν ἀκριβῶς. Ὅπερ ἔγωγε λίαν ἀσμένως παραδεξάμενος, καὶ κελεύσαντι ἐκείνῳ ὑπακούσας, ὡς εἰκὸς, τὸ προσταχθὲν ἐξήνυσα κατὰ τὸ ἐμοὶ δυνατόν. Ἔπειτα τοῖς βιβλιογράφοις, οὓς ὁ αὐτὸς Γίβερτος οἰκοι ἔχει μεγίστοις ὑφ' ἑαυτοῦ δαπανήμασι τρεφομένους, ἐξέδωκα, ἵνα τῇ ἑαυτῶν τέχνῃ πολλαπλασιάσωσι. Δεῖ δὴ τῶν ἀναγινωσκόντων ἕκαστον πλείστην τῷ φιλανθρωποτάτῳ Θεῷ

χάριν ἔχειν. Ὅς τῶν συνταγμάτων τούτων τῶν οὕτω καλῶν καὶ τιμίων τῷ χρόνῳ ἤδη καὶ τῇ ἀμελείᾳ πάντελῶς ἀφανίζεσθαι κινδυνευότων, Σωτῆρα ἡμῖν τοῦτον τὸν μεγαλοπρεπέστατον ἄνδρα ἐχαρίσατο. Τῷ αὐτῷ δὲ πάλιν εὐχέσθω διηνεκῶς, πολλοὺς ἄλλους τοιούτους παρέξειν τῷ κόσμῳ. Ὡς τούτου γενομένου πᾶσαν τὴν Ἑλληνικὴν καὶ Ῥωμαϊκὴν παιδείαν τὸ παλαιὸν κάλλος, μᾶλλον δὲ τὴν ζωὴν ἐν βραχεῖ ἀναληψομένην ἐλπιζέτω. Ἔρρωσθε.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ
ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΤΩΝ ΠΡΑΞΕΩΝ.

—

ARGUMENTUM LIBRI ACTORUM.

—

Ἔστιν ὁ διηγούμενος τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων, Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής. Ἀντιοχεὺς γὰρ οὗτος ὑπάρχων τὸ γένος, ἰατρὸς δὲ τὴν ἐπιστήμην, συναπεδήμει τοῖς ἀποστόλοις, καὶ μάλιστα τῷ Παύλῳ, καὶ εἰδώς ἀκριβῶς γράφει. Διηγεῖται δὲ ὡς ἀγγέλων ὑπολαβόντων ἀνελήφθη ὁ Κύριος. Καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔκχυσιν γενομένην ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἐπί τε τοὺς ἀποστόλους, καὶ πάντας τοὺς τότε παρόντας. Τήν τε κατάστεσιν τοῦ Ματθία, ἀντὶ Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ τὴν κατάστασιν τῶν ἑπτὰ διακόνων. Καὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ Παύλου, καὶ ὅσα ἔπαθεν, καὶ ὅσα οἱ ἀποστολοι διὰ προσευχῆς καὶ τῆς εἰς αὐτὸν τὸν Χριστὸν πίστεως ἐθαυματούργησαν.

Τῶν δὲ ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα· Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος, Θωμᾶς καὶ Ματθαῖος ὁ τελώνης, Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἁλφαίου καὶ Σίμων ὁ Κανναῖος, καὶ Ἰούδας Ἰακώβου, καὶ Ματθίας ὁ συγκαταψηφισθεὶς μετὰ τῶν ἑνδεκα ἀντὶ τοῦ προδότου. Τῶν δὲ ἐγκαταστάθέντων διακόνων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα· Στέφανος, Φίλιππος, Πρόχωρος, Νικάνωρ, Τίμων, Παρμενᾶς, καὶ Νικόλαος, Μετὰ ταῦτα ἐκλήθη καὶ Παῦλος σκεῦος ἐκλογῆς.

Τούτων δὲ τῶν ἀποστόλων σημεῖα ἃ ἐποίησαν ἐστὶ ταῦτα·

α'. Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἐθεράπευσαν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου τὸν ἐκ γενετῆς χωλὸν, τὸν ἐν τῇ Ὡραίᾳ πύλῃ καθήμενον·

Filium Dei vocat nunc angelum, quemadmodum et alibi hominem. Ipse namque est magni consilii angelus. Ideo quoque paulo post ostendit eum beato Mosi dicentem : « Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, et Isaac, et Jacob [74]. » In flamma autem ignis rubi manifestatur. Siquidem in specie quoque ignis et in monte Sina Deus demonstratur, dando legem. Quæ igitur ratio est ? Sacra Scriptura divinam naturam igni assimilat propter omnipotentiam. et quod omnia consumat : hominem vero lignis et herbis. Dicit enim alibi : « Deus ignis consumens est [75], » et rursum : « Homo, sicut fenum dies ejus [76]. » Sed quemadmodum ignis est spinis intolerabilis, sic et divinitas humanitati. Attamen in Christo simul concurrit factaque est tolerabilis, velut quidpiam operiens purum accessum propriæ naturæ ignis, ut in eo suscipi posset, quemadmodum et in spinis ignis. Quod autem carnem suo interitu reddat meliorem, ænigmatice manifestare potest ignis in rubo, qui lignum omnino servabat incorruptum. Capax enim effecta est divinitatis humanitas : et hoc mysterium in Christo factum est.

Τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἄγγελον νῦν καλεῖ, καθάπερ καὶ ἄνθρωπον ἀλλαχοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. Διὸ καὶ μετ' ὀλίγον δείκνυσιν αὐτὸν λέγοντα τῷ μακαρίῳ Μωϋσεῖ· « Ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ. » Ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου δὲ διαδείκνυται. Ἐν εἴδει γὰρ πυρὸς καὶ ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ ὁ Θεὸς διαφαίνεται τὸν νόμον διδούς. Τίς οὖν ὁ λόγος ; Πυρὶ τὴν θείαν παρεικάζει φύσιν τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, διὰ τὸ παναλκὲς, ξύλοις τε καὶ πόαις τὸν ἄνθρωπον. Φησὶ γάρ που· « Ὁ Θεὸς πῦρ καταναλίσκον ἐστί. » Καὶ πάλιν, « Ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ. » Ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶν οὐ φορητὸν ἀκάνθαις τὸ πῦρ, οὕτω καὶ θεότης ἀνθρωπότητι. Ἦλθεν ἐν Χριστῷ συνέβη καὶ γέγονεν οἱστὴ, οἱονεὶ περιστέλλον τι τὴν ἄκρατον τοῦ τῆς ἰδίας φύσεως πυρὸς προσβολὴν, ἵνα γένηται χωρητὸν, καθάπερ καὶ ἀκάνθαις τὸ πῦρ. Ὅτι δὲ τὴν σάρκα τὴν ἑαυτοῦ φθορᾶς ἀπετέλει κρείττονα, διαδείξειεν ἂν αἰνιγματωδῶς τὸ ἐπὶ τῇ βάτῳ πῦρ, ἀδιαλώβητον παντελῶς τηρῆσαν τὸ ξύλον. Κεχώρηκε γὰρ θεότης ἐν ἀνθρωπότητι. Καὶ τοῦτο γέγονεν ἐν Χριστῷ τὸ μυστήριον.

VII, 32-36. « Tremebundus vero Moses non « audebat attendere. Dixit autem ei Dominus : « Solve calceamentum pedum tuorum : locus « enim in quo stas, terra sancta est. Videns vidi « afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, et « gemitum eorum audivi, descendique ut libera- « rem eos Et nunc veni ac mittam te in Ægyptum. « Hunc Mosen quem negaverunt, dicentes : Quis te « constituit principem ac judicem ? hunc, inquam, « Deus principem ac liberatorem misit per ma- « num angeli, qui apparuerat ei in rubo. Hic eduxit « eos edens prodigia 69 et signa in Ægypto et « in mari Rubro, ac in deserto annis quadraginta. »

« Ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωϋσῆς, οὐκ ἐτόλμα « κατανοῆσαι. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Κύριος· Λῦσον τὸ ὑπό- « δημα τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ ἕστηκας, « γῆ ἁγία ἐστίν. Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ « μου, τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν « ἤκουσα, καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς. Καὶ νῦν « δεῦρο, καὶ ἀποστελῶ σε εἰς Αἴγυπτον. Τοῦτον τὸν « Μωϋσῆν, ὃν ἠρνήσαντο εἰπόντες, Τίς σε κατέστη- « σεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν ; τοῦτον ὁ Θεὸς ἄρχοντα « καὶ λυτρωτὴν ἀπέστειλεν ἐν χειρὶ ἀγγέλου, τοῦ « ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ. Οὗτος ἐξήγαγεν αὐ- « τοὺς, ποιήσας τέρατα καὶ σημεῖα ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, « καὶ ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσ- « σαράκοντα. »

Quanquam non iisdem dictionibus apparent positæ in Exodo voces [77], eodem tamen sensu positæ sunt. Neque enim multum differunt ἔντρομος et ἔμφοβος, id est tremebundus et expavefactus. Hæc autem dicunt de visu circa rubum tremendo et timendo quod ipse maneret incorruptus. Similiter et in narratione circa montem Sina Deo enim dixit Moses : « Expavefactus sum et tremebundus [78], » alternatis ac geminatis usus dictionibus. Stupefactus itaque visu beatus Moses addebat consequenter illud, dicens alibi apud seipsum, « Aggressus videbo visionem hanc magnam, quid sit quod non exuratur rubus [79]. » Sed prohibuit eum statim Dominus, dicens : Ne appropinques huc, pedisque calceamentum solvi jubet. Ecce

Εἰ καὶ μὴ αὐταῖς λέξεσι φαίνεται ἐν τῇ Ἐξόδῳ κειμένη ἡ φωνὴ, ἀλλ' οὐν ἰσοδύναμος κεῖται. Οὐ πολὺ γὰρ διοίσει τὸ ἔντρομος τοῦ ἔμφοβος γενόμενος. Λέγεται δὲ ταῦτα περὶ τοῦ κατὰ τὴν βάτον ὁράματος, μενούσης τῆς αὐτῆς διαφορᾶς τοῦ φοβεροῦ καὶ ἐμφόβου, καὶ ἐν τῇ διηγήσει τῇ περὶ τοῦ Σινᾶ ὄρους. Ἐπ' αὐτοῦ γὰρ εἶπε Μωϋσῆς· « Ἔμφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος, » ἐκ παραλλήλου ταῖς λέξεσι χρησάμενος. Κατατεθηπὼς τοίνυν τὴν ὄψιν ὁ μακάριος Μωσῆς προσετίθει λοιπὸν, ἐκεῖνό που λέγων ἐν ἑαυτῷ· « Παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τοῦτο τὸ μέγα, τί ὅτι οὐ κατακαίεται ἡ βάτος. » ἀλλ' εἴργει λέγων εὐθὺς ὁ Κύριος, Μὴ ἐγγίσῃς ὧδε. Καὶ τοῦ ποδὸς ἀπολύειν προστάττεται τὸ ὑπόδημα. Ἰδοὺ δν πρὸ μικροῦ ἄγγελον εἶπεν, νῦν δείκνυσιν αὐτὸν Κύριον ὄντα καὶ Θεόν

[74] Isa. IX, 6. [75] Deut. IV, 24 ; Hebr. XII, 29. [76] Psal. CII, 15. [77] Exod. III, 1 seqq. [78] Exod. XIX, 1 ; Hebr. XII, 21. [79] Exod. III, 3.

Αὐτὸς γὰρ ἐστιν ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος καὶ Θεοῦ Υἱός. Τί οὖν ἐστι τὸ δηλούμενον διὰ τοῦ ὑποδήματος αἴνιγμα; Ἀναγκαῖον εἰπεῖν, νεκρότητος καὶ φθορᾶς τὸ ὑπόδημα εἶναι σημεῖον. Εἴπερ ἐστὶ πᾶν ὑπόδημα ζώου λείψανον τεθνεῶτος ἤδη. Δεῖ τοίνυν πάσης νεκρᾶς καὶ σαρκικῆς φαντασίας ὥσπερ ὑποδημάτων τινῶν λῦσαι τὸν ἐπὶ τῶν θείων θεωρημάτων ἀναβῆναι πειρώμενον νοῦν, καὶ τὸ κατὰ Χριστὸν νοῆσαι μυστήριον. Ἀπρόσιτος τοίνυν ἐν τῷ νομῳ καὶ τῇ παιδαγωγικῇ λατρείᾳ ὁ Χριστὸς (νόμου γὰρ πρόσωπον ὁ Μωϋσῆς), εἰ μή που τὸν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας προαποτρίψοιντο μολυσμὸν, καὶ τὴν ἐν τύποις ἔτι καὶ σκιαῖς προαπώθοιντο λατρείαν. Εἰ δὲ βουληθεῖεν ἀπολύσασθαι τὸ προδηλωθὲν ὑπόδημα, ἐγγιοῦσι τότε Χριστῷ, τὴν ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ λατρείαν προσιέμενοι.

A quem paulo ante dixit angelum, nunc eum Dominum esse ostendit ac Deum. Ipse enim est magni consilii Angelus ac Dei Filius. Quod ergo ænigma per calceamentum significatur? Necesse est, ut dicatur calceamentum esse mortificationis signum ac corruptionis. Certe omne calceamentum mortui jam animalis reliquum est. Oportet igitur mentem eam, quæ conatur ad divinas ascendere contemplationes, Christique intelligere mysterium, omni mortua ac carnali solvi imaginatione. Non ergo per legem cultumque ministerialem ad Christum possunt accedere (Moses namque legis personam gerebat), nisi inquinationem, quæ a peccato contracta est, cultumque, qui adhuc in figuris et umbris est, antea repulerint. Si autem prædicto B calceamento absolvi velint, tunc appropinquant Christo, cultum qui in Spiritu et veritate est comprobantes.

« Οὗτός ἐστιν ὁ Μωϋσῆς ὁ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσ-
« ραήλ· Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς
« ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. »

Τοῦτο ἐπήγαγεν ὁ μακάριος Στέφανος, αἰνιττομενος αὐτοῖς τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον, καὶ δεικνὺς ὅτι Καὶ ὁ Μωσῆς περὶ αὐτοῦ ὑμῖν λελάληκε. Προαναφωνεῖ γὰρ πάλιν τὴν τοῦ ἰδίου γεννήματος ἐνανθρώπησιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως, καὶ ὅτι δεύτερος ἐφ' ἡμᾶς νομοθέτης ἀναδειχθήσεται, λαλήσας μὲν πάλιν τοῖς ἀρχαιοτέροις αὐτὸς δι' ἀγγέλων τὸν νόμον, ἐν δὲ τοῖς τελευταίοις καιροῖς αὐτουργὸς εἰς ἡμᾶς ἀναδεδειγμένος, καὶ καινῆς διαθήκης χρηματίσας ἄγγελος, ὁ μεγάλης βουλῆς τῆς τοῦ C Πατρὸς ἄγγελος. Καὶ τοῦτό ἐστι δηλοῦν τὸ, « Ὡς ἐμὲ, » τουτέστι νομοθέτην. Προφήτην δὲ κάλεῖ τὸν τῶν προφητῶν Κύριον διὰ τὸ ἀνθρώπινον. « Ὡς ἐμὲ, » ἐξουθενημένον ὑφ' ὧν ἔδει τιμηθῆναι. Ἑκάτερος νόμον ἔθωκε, σημεῖα πρότερον ποιήσας· ἀλλ' οὐδὲ οὕτως αὐτῶν οὐδετέρου ἠθέλησαν ὑπακοῦσαι.

VII, 37. « Hic est Moses, qui dixit filiis Israel: « Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester « de fratribus vestris, similem mei. »

Hoc subjunxit beatus Stephanus indicans eis quod in Christo peractum erat mysterium, ac ostendens quod Moses quoque de ipso locutus esset illis. Rursum enim 70 Deus ac Pater per sapientissimum Mosen proprii Filii incarnationem prædicit, ut qui alter legislator ad nos designandus esset: qui quidem veteribus quoque per angelos legem locutus esset: novissimis autem temporibus auctor ipse ad nos designatus, qui novum testamentum tanquam angelus ipse sanciret, magni consilii Patris angelus sive nuntius: et hoc per id significatum est quod dicitur, « Similem mei, » hoc est legislatorem. Vocat autem prophetam Dominum prophetarum propter humanitatem: « similem mei, » contemptum ab his a quibus debuit honorari. Uterque legem dedit, signis primum editis: sed ne sic quidem alicui ipsorum obtemperare voluerunt.

« Αὐτοῦ ἀκούσεσθε. Οὗτός ἐστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ
« ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ μετὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ λά-
« λοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ, καὶ τῶν πατέρων
« ἡμῶν. Ὃς ἐδέξατο λόγον ζῶντα δοῦναι ἡμῖν. ὯΙ
« οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν,
« ἀλλ' ἀπώσαντο καὶ ἐστράφησαν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν
« εἰς Αἴγυπτον, εἰπόντες τῷ Ἀαρών· Ποίησον ἡμῖν
« θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν. Ὁ γὰρ Μωσῆς D
« οὗτος, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ
« οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ. Καὶ ἐμοσχοποίησαν ἐν
« ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ
« εἰδώλῳ, καὶ εὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν
« αὐτῶν. Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς
« λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καθὼς γέγρα-
« πται ἐν βίβλῳ τῶν προφητῶν· Μὴ σφάγια καὶ
« θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ
« ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ; »

Σκόπει ὅτι πρῶτον αὐτοὺς εἰσάγει θυσίας ἀνενεγκόντας, καὶ τότε τοῖς εἰδώλοις. Ἐπεὶ πρὸ τούτου οὐδαμοῦ θυσίας ὄνομα, ἀλλὰ προστάγματα ζῶντα, καὶ

VII, 37-42. « Ipsum audietis. Hic est, qui fuit « in congregatione in deserto in monte Sina, cum « angelo ei loquente in monte Sina, et cum patri- « bus nostris, qui accepit verbum vivens dare « nobis, cui noluerunt obedientes esse patres « nostri: sed repulerunt et conversi sunt corde « suo in Ægyptum, dicentes ad Aaron: Fac nobis « deos, qui præcedant nos: Moses enim hic, qui « eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid ac- « ciderit ei. Et fecerunt vitulum in diebus illis, et « obtulerunt hostiam idolo, ac lætabantur super « operibus manuum suarum. Convertit se autem « Deus et tradidit eos, ut colerent militiam cœli, « sicut scriptum est in libro Prophetarum: Nun- « quid victimas et hostias obtulistis mihi quadra- « ginta annis in deserto, domus Israel? »

Considera quod primum inducit eos offerentes hostias, et tunc quod eas idolis obtulerunt. Nam antea nusquam invenitur θυσίας nomen, sed præ-

cepta erant de vivis et rationalibus animalibus. Testimonium autem inducit non utcumque, sed quod ostendat nullam esse hostiarum necessitatem, in eo quod ait: Nunquid victimas et hostias, etc., ac si dicat: Dicere non potestis quod eum Deo sacrificaretis, etiam illis offerebatis, sed illis primum immolastis. Et hæc quidem in deserto ubi longissima fuit mora vestra. Vide autem integram concionem, quam fortiter et absque odio in tota illorum accusatione perseveret, tantum non dicens: Et si templum dixerim dissolvendum, et 71 instituta hostiasque immutanda, nihil novi dixi. Moses siquidem, in quo plurimum gloriari videmini, annis quadraginta neque hostias obtulit, neque templum erexit, sed neque David, neque quispiam aliorum in medio positorum, idque cum jam sorte data ac divisa vobis esset terra. Sed et prophetæ tanquam de rebus non necessariis, ita de his pronuntiant. Quo autem pacto Mosen nunc vos ulcisci fingitis, quem repulerunt et patres vestri et vos? Utque uno verbo dicam, tota concione videre est quam sapienter simul et modeste et acute illorum accusatio dissolvatur.

A λόγια ζῶντα. Παράγει δὲ τὴν μαρτυρίαν οὐχ ἁτλῶς, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ εἶναι χρείαν τῶν θυσιῶν δεικνὺς, ἐν τῷ λέγειν. Μὴ σφάγια, καὶ ἐξῆς, ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἔχετε εἰπεῖν ὅτι ἀπὸ τοῦ θύειν τῷ Θεῷ κἀκείνοις ἐθύετε, ἀλλ' ἐκείνοις πρότερον ἐθύσατε, καὶ ταῦτα, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔνθα ὑμῶν προειστήκειν μάλιστα. Ὅρα δὲ πᾶσαν τὴν δημηγορίαν, πῶς ἰσχυρῶς καὶ ἀνεπαχθῶς ἵσταται πρὸς ὅλην αὐτῶν τὴν κατηγορίαν, μονονουχὶ λέγων, ὅτι Καὶ εἶπον τόν τε ναὸν λυθήσεσθαι, καὶ τὰ ἔθη καὶ τὰς θυσίας ἀλλαγήσεσθαι, οὐδὲν εἰμι ξένον εἰρηκώς. Μωσῆς γὰρ, ἐφ' ᾧ μέγα φρονεῖν δοκεῖτε, ἔτη τεσσαράκοντα οὔτε θυσίας προσήνεγκεν, οὔτε ναὸν ἀνέστησεν. Ἀλλ' οὐδὲ Δαυὶδ, οὐδέ τις ἄλλων ἐν τῷ μέσῳ, καίτοι κατακληροδοτουμένης ὑμῖν τῆς γῆς. Ἀλλὰ καὶ οἱ προφῆται ὡς μὴ ὄντα ἀναγκαῖα ταῦτα
B οὕτω περὶ αὐτῶν ἀποφαίνονται. Μωσῆν δὲ νῦν πῶς σχηματίζεσθε διεκδικεῖν, ὃν ἀπώσαντο καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς; καὶ ἁπλῶς διὰ πάσης ἔστιν ἰδεῖν τῆς δημηγορίας, σοφῶς τε ἅμα καὶ ἐπιεικῶς καὶ δριμέως τὴν κατηγορίαν αὐτῶν διαλυομένην.

VII, 43. « Et suscepistis tabernaculum Moloch, « et sidus Dei vestri Rephpham, figuras quas feci- « stis, ut adoraretis eas. Et transferam vos trans « Babylonem. »

« Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ. καὶ τὸ « ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεφφὰν, τοὺς τόπους οὓς « ἐποιήσατε, προσκυνεῖν αὐτοῖς. Καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς « ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. »

Moloch, sive Molchom dicitur. Erat autem hoc simulacrum Moabitarum, habens lapidem transparentem ac pretiosum in modum luciferi extrema frontis parte. Rephpham vero species est tenebrarum. Nam cum ascendisset Moses in montem, conflaverunt vitulum et provoluti sunt ad cultus astrorum, factoque tabernaculo statuerunt simulacrum, quod appellarunt Moloch. Est autem Moloch, si quis interpretetur, rex eorum, Rephpha vero tenebræ, aut excæcatio. Susccpistis itaque tabernaculum Moloch, hoc est regis vestri; quis autem ille est? Astrum Dei vestri Rephpham quod etiam fuit vobis ad excæcationem. Obtenebrata sunt enim corda vestra. Quoniam autem Moabitarum insaniam explevistis, quæ Damasci vicina regio est, propterea proficiscimini trans Damascum, hoc est, in Babylonem. Et licet propheta dixerit. « Trans Damascum » (nam ita habet translatio Septuaginta), beatus tamen Stephanus ait, « Trans Babylonem, » sequens editionem Hebræorum, vel quod terminus Damascenorum Syrorumque regionis sit Babylon.

Μολὸχ, ἤτοι Μολχόμ. Εἴδωλον δὲ τοῦτο Μωαβιτῶν, λίθον ἔχον διαφανῆ καὶ ἐξαίρετον εἰς ἐωσφόρου τύπον ἐπὶ μετώπου ἄκρου. Ῥεφφὰν δέ ἐστιν εἶδος σκοτασμοῦ. Ἀνελθόντος γὰρ εἰς τὸ ὄρος Μωσέως, μεμοσχοποιήκασί τε καὶ ταῖς τῶν ἄστρων προσεκυλίσθησαν λατρείαις καὶ σκηνοποιησάμενοι ἔστησαν εἴδωλον, ὃ κεκλήκασι Μολόχ. Ἑρμηνεύεται δὲ τὸ μὲν Μολὸχ, βασιλεὺς αὐτῶν, Ῥεφφὰ δὲ σκοτασμὸς, ἢ τύφλωσις. Ἀνελάβετε τοίνυν τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, τουτέστι τοῦ βασιλέως ὑμῶν. Τίς δὲ οὗτος; Τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεφφὰ, ὃ καὶ γέγονεν ὑμῖν εἰς τύφλωσιν. Ἐσκοτίσθησαν γὰρ αἱ καρδίαι ὑμῶν. Ἐπειδὴ δὲ τὴν τῶν Μωαβιτῶν μανίαν πεπληρώκατε, ἥτις ἐστὶ γείτων Δαμασκοῦ, διὰ τοῦτο πορεύεσθε Δαμασκοῦ ἐπέκεινα, τουτέστιν, εἰς Βαβυλῶνα. Εἰ δὲ καὶ ὁ προφήτης « ἐπέκεινα Δαμασκοῦ » εἰρήκει (οὕτω γὰρ ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα ἔκδοσις ἔχει), ἀλλ' ὁ μακάριος Στέφανος « ἐπέκεινα Βαβυλῶνος » φησὶν, ἀκολουθήσας τῇ Ἑβραίων ἐκδόσει. Ἢ ὅτι τέρμα τῆς Δαμασκηνῶν καὶ Σύρων χώρας ἡ Βαβυλὼν τυγχάνει.

C

D

VII, 44-46. « Tabernaculum testimonii fuit pa- « tribus nostris in deserto, sicut ordinaverat illis « loquens ad Mosen, ut faceret illud secundum « formam quam viderat. Quod etiam induxerunt « patres nostri, qui successerunt cum Jesu in « possessionem gentium, quas expulit Deus a « facie patrum nostrorum, usque ad 72 dies Da- « vid, qui nactus est gratiam coram Deo, et petiit « ut inveniret tabernaculum Deo Jacob. »

« Ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου ἦν τοῖς πατράσιν ἡμῶν « ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθὼς διετάξατο ὁ λαλῶν τῷ Μωσῇ, « ποιῆσαι αὐτὴν κατὰ τὸν τύπον, ὃν ἑωράκει Ἣν « καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν μετὰ « Ἰησοῦ ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, ὧν ἔξωσεν ὁ « Θεὸς ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν, ἕως τῶν « ἡμερῶν Δαυὶδ· ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, « Καὶ ἠτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. »

Tabernaculum testimonii, hoc est jussorum Dei, quod tabernaculum Mosi in monto Sina a

Σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, τουτέστι τῶν προσταγμάτων τοῦ Θεοῦ· ἡ ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ τῷ Μωσεῖ παρα-

δειχθεῖσα ὑπὸ Θεοῦ, ἐλέγετο διὰ τὸ ὑπὸ Θεοῦ διατεταχθαι αὐτὴν, ἵνα μάρτυρα τὸν Θεὸν ἔχωσιν, ὅτι ἐν τῷ ὄρει ἡ ὑπογραφὴ ταύτης γέγονε, καὶ αὐτὸς αὐτὴν διετάξατο τῷ Μωσεῖ.

« Σολομὼν δὲ ᾠκοδόμησεν αὐτῷ οἶκον. Ἀλλ' οὐχ « ὁ Ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, καθὼς « ὁ προφήτης λέγει· Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ « ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι ; λέγει Κύριος, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου ; οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα ; »

Τῷ τετρακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ ἔτει τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, ἤρξατο ὁ Σολομὼν οἰκοδομεῖν ἐν Ἱερουσαλὴμ τὸν ναὸν, ὡς ἡ τρίτη τῶν Βασιλειῶν διδάσκει βίβλος. Διὰ τοῦτο δὲ μετὰ τοσοῦτον χρόνον τῆς ἐπανόδου τῆς ἀπ' Αἰγύπτου τοῦ Ἰσραὴλ ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη, ἵνα τῇ εἰς τὰ ὄρη περιπλανήσει ἀποκαμόντες, τὸν ἕνα τόπον τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀγαπήσωσιν, ὃν ὁ Θεὸς ἐποίησε τίμιον. Οὗτοι δὲ βραδεῖς ὄντες εἰς σύνεσιν, καὶ τῶν περὶ Θεοῦ λόγων ἀνεπιστήμονες, καὶ Θεοῦ πόλιν οἰηθέντες εἶναι τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἐν αὐτῇ δὴ καὶ μόνῃ κατοικεῖν αὐτὸν ἔλεγον. Σμικρὰ τοιγαροῦν δοξάζοντας ἐλέγχει ὁ Θεὸς καί φησι· Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι θρόνον ἔχοντι τὸν οὐρανὸν, καὶ ὑποπόδιον τὴν γῆν ; Ἔδει γὰρ τοῖς συνεστάλθαι καὶ περιωρίσθαι τόποις τὴν αὐτοῦ φύσιν ὑπειληφόσι καταδεῖξαι σαφῶς, ὅτι τε εἴη πανταχοῦ, καὶ χωρεῖ μὲν αὐτὸν οὐδὲν, ἥκει δὲ μᾶλλον διὰ πάντων αὐτός, καὶ πλήρης μὲν ὁ οὐρανὸς αὐτοῦ, μεστὴ δὲ ἡ γῆ,

« Σκληροτράχηλοι καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ « τοῖς ὠσίν »

Τίνος ἕνεκεν μέχρι τούτου πρᾴως δημηγορήσας, ἐνταῦθα τραχέως τῷ λόγῳ κέχρηται ; Ὅτι ἐώρα αὐτοὺς μὴ προσέχοντας τοῖς λογομένοις·

« Ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε. »

Οὐκ εἶπε, τῷ Θεῷ ἀντιπίπτετε, ἀλλὰ, τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ. Οὕτως οὐδεμίαν οἶδε διαφορὰν, ἐπεὶ καὶ τὸ Πνεῦμα Θεὸς, κἂν μὴ δοκῇ τοῖς ἀθέοις. Ὑμεῖς τοίνυν ἀεὶ, φησὶν, ἀντιπίπτετε τῷ Θεῷ. Ὅτε γὰρ ἐδούλετο θυσίας εἶναι, τὸν ἐθύετε αὐτῷ, ὅτε δὲ οὐ βούλεται, θύετε. Ὅτε εἱστήκει ὁ ναὸς, εἰδώλα ἐθεραπεύετε. Ὅτε βούλεται χωρὶς ναοῦ θεραπεύεσθαι, τὸ ἐναντίον ποιεῖτε, ὅμοια τοῖς πατράσιν ὑμῶν διαπραττόμενοι.

« Ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς. »

Δείκνυσι τὸ κακὸν ἄνωθεν εἰς αὐτοὺς κατιόν, Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίει, Ἐπειδὴ μεγάλα ἀεὶ ἐπὶ τοῖς πατράσιν ηὔχουν.

« Τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες « ὑμῶν ; »

Ταῦτα λέγοντα τὸν μακάριον Στέφανον ἀληθεύειν αὐτὸν οἴδαμεν, Πνεύματι ἁγίῳ φθεγγόμενον. Ἀποδεῖξαι δὲ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, πῶς μέμφε-

Deo demonstratum est. Propterea autem dictum est ipsum a Deo constitutum esse, ut Deum testem haberent, quod ejus delineatio in monte fuerit, et ipse illud Mosi descripserat.

VII, 47 50. « Solomon autem ædificavit ei do- « mum. Sed Excelsissimus ille non in manufactis « templis habitat, quemadmodum ait Propheta : « Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum « pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi « dicit Dominus, aut quis locus requietionis meæ « erit ? nonne manus mea fecit hæc omnia ? »

Quadringentesimo octogesimo anno egressionis filiorum Israel ex Ægypto cœpit Solomon ædificare in Jerusalem templum, veluti docet tertius liber Regum [80]. Propterea autem tanto post tempore ab ascensu Israel ex Ægypto ædificatum est templum, ut postquam in montibus circumerrando laborassent, unum locum, qui esset in Jerusalem, diligerent, quem Deus in honore habuisset. Hi vero cum intellectu tardi essent, Deique sermonum imperiti, existimantes Jerusalem Dei civitatem esse, in ipsa solum habitare dicebant. Eos itaque convincit Deus quod perparce glorificarent eum, et ait : Qualem domum mihi ædificabitis, qui cœlum habeam in thronum, terram vero in scabellum pedum ? Ipsis enim qui naturam ejus suspicabantur contractam esse, locisque conclusam aperte demonstrare oportuit quod ubique esset nihilque ejus capax esset, quin potius ipse per omnes transit, eoque plenum est cœlum, plena est et terra.

VII, 51. « Duri cervice et incircumcisi corde « auribus. »

Quam ob causam, cum hactenus mansuete concionatus esset, aspero nunc utitur sermone ? Quia videbat illos animo non advertere his quæ dicebantur.

« Vos semper Spiritui sancto resistitis. »

73 Non dixit, Deo resistitis, sed, Spiritui sancto, adeo nullam inter hæc novit differentiam : quandoquidem etiam Spiritus est Deus [81], quanquam iis non videatur qui Deum non colunt. Vos itaque semper, inquit, Deo resistitis. Nam quando hostias offerri volebat, vos illi non sacrificabatis : quando autem non vult, sacrificatis. Quando consistebat templum, simulacra venerabamini : quando vult sine templo coli, contrarium facitis, similia patribus vestris operantes.

« Sicut patres vestri, ita et vos. »

Ostendit malum superne ad eos descendere. Ita et Christus ostendebat : quoniam plurimum semper de patribus gloriabantur.

VII, 52. « Quem prophetarum non occiderunt « patres vestri ? »

Novimus beatum Stephanum cum hæc assereret vere dicere, ut qui per Spiritum sanctum loqueretur. Demonstrat autem a veteri instrumento, quo

[80] III Reg. VI, seqq. [81] Joan. IV.

jure patres accuset illorum, qui in Jesum non credebant, quod persecuti sint prophetas et occiderint : neque enim posset facere ab his qui feruntur Novi Testamenti libris. Si ergo, inquit, illos occidistis, qui de ejus adventu prænuntiabant, quid mirum si et ego qui prænuntiatum prædico, a vobis interimar ? Non ignorabat autem quod ab eis esset occidendus, cum plenus esset Spiritu sancto, ideoque absque metu usus est loquendi libertate.

A ται τοῖς πατράσι τῶν εἰς τὸν Ἰησοῦν ἀπιστούντων ὡς διώξωσι τοὺς προφήτας καὶ ἀποκτείνωσιν, οὐ δυνατὸν ἀπὸ τῶν φερομένων βιβλίων τῆς καινῆς διαθήκης. Εἰ τοίνυν, φησὶ, τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως αὐτοῦ ἀνείλετε, οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ ἐμὲ κηρύττοντα τὸν προκαταγγελθέντα, ὑφ' ὑμῶν ἀναιρεθῆναι. Οὐκ ἠγνόει δὲ τεθνηξόμενος ὑπ' αὐτῶν, πλήρης ὢν Πνεύματος ἁγίου. Διὸ καὶ ἀνυποστόλως κέχρηται παῤῥησίᾳ.

VII, 52, 53. « Et occiderunt eos, qui prænun-
« tiabant de adventu justi illius, cujus vos nunc
« proditores et occisores fuistis, qui accepistis le-
« gem ad dispositiones angelorum, et non ser-
« vastis. »

« Καὶ ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ
« τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου, οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται
« καὶ φονεῖς γεγένησθε. Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον
« εἰς διαταγὰς ἀγγέλων καὶ οὐκ ἐφυλάξατε. »

Justi inquit, ostendens quod si ille justus erat, valde iniqui erant qui illum occiderunt. Justum autem illum vocat, quod neque illi negare poterant. Quanquam enim admodum præfracti ac contumaces erant, in nullo tamen eum injustitiæ accusabant : quomodo enim hoc facerent, cum ne domum quidem haberet ? Justum autem vocat Jesum, volens eos attrahere. Ipsius vero proditores et occisores dicit, quod eorum essent participes, qui ipsum crucifixerant, idque cum legem, inquit, accepissent ordinationes habentem, quæ facerent eos qui ipsam opere complerent angelis similem servare politiam. Hoc namque quod ait : **74** « Qui accepistis legem ad dispositiones angelorum. » Quidam vero etiam hoc aiunt illum dicere, quod per angelos statuta esset, et Mosi tradita per angelum, qui ipsi in rubo apparuit. Εἰς διαταγὰς. id est, in vel ad dispositiones, hoc est, secundum dispositiones, quemadmodum illi statuerant, Mosi apparentes in rubo et in monte.

B Τοῦ δικαίου φησὶ, δεικνὺς ὅτι ἐκεῖνος δίκαιος, λίαν ἄδικοι οἱ ἐκεῖνον ἀνηρηκότες. Δίκαιον δὲ αὐτὸν καλεῖ, ὃ οὐδὲ ἐκεῖνον ἠδύναντο ἀρνήσασθαι. Οὐδαμοῦ γὰρ καί τοι λίαν ὄντες αὐθάδεις, ἐν οὐδενὶ αὐτὸν ἀδικίας ἠτιάσαντο. Πῶς γὰρ τὸν μηδὲ στέγην ἔχοντα ; Δίκαιον δὲ τὸν Ἰησοῦν ἐκάλει, ἑπισπάσασθαι αὐτοὺς βουλόμενος. Προδότας δὲ αὐτοῦ καὶ φονεῖς τούτους καλεῖ, ὡς κοινωνοὺς ὄντας τοῖς σταυρώσασιν αὐτὸν, καί τοι φησὶ νόμον λαβόντας διατάξεις ἔχοντα. αἵτινες ἰσάγγελον ἐποίουν πολιτείαν ἔχειν τοὺς τελοῦντας αὐτόν. Τοῦτο γάρ ἐστιν, « οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων. » Τινὲς δὲ καὶ τοῦτο λέγειν φασὶ, τὸν ὑπ' ἀγγέλων διαταχθέντα καὶ ἐγχειρισθέντα δι' ἀγγέλου τῷ Μωϋσεῖ, τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ. Εἰς διαταγὰς, ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὰς διαταγὰς, καθὼς ἐκεῖνοι διετάξαντο τῷ Μωσεῖ, ὀφθέντες C ἐν τῇ βάτῳ καὶ ἐν τῷ ὄρει.

VII, 54, 55. « Audientes autem hæc dissecaban-
« tur cordibus suis, et stridebant dentibus suis in
« eum. Cum autem esset plenus Spiritu sancto,
« intentis in cœlum oculis, vidit gloriam Dei. »

« Ἀκούοντες δὲ ταῦτα διεπρίοντο ταις καρδίαις
« αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας αὐτων ἐπ' αὐτόν.
« Ὑπάρχων δὲ πλήρης Πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας
« εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν Θεοῦ. »

Si eum occidere volebant, quomodo non statim occidebant ? Quia verisimilem sceleri occasionem prætexere volebant. Nam injuria adversus ipsos non erat rationabilis prætextus ad interemptionem sed ad ejectionem aut ad flagellationem fortassis, ad occisionem vero causa sufficiens non erat. Alioqui etiam neque ipsius contumelia erat, sed prophetæ adversus illos accusatio, nec videri volebant interimere illum ob proprias injurias, D quemadmodum neque Christum. Etenim contenti non erant homicidium perpetrare, sed et gloriæ ejus nocere conabantur. Siquidem metuebant, ne celebris magis redderetur, si ob injuriam ipsis illatam interimeretur.

Εἰ ἐβούλοντο ἀνελεῖν, πῶς οὐκ ἀνείλον τότε εὐθέως ; Ὅτι προφασιν εὔλογον ἤθελον περιθεῖναι τῷ τολμήματι. Ἡ γὰρ εἰς αὐτοὺς ὕβρις οὐκ ἦν εὔλογος πρόφασις πρὸς ἀναίρεσιν, ἀλλ' ἀπελάσαι μὲν ἡ μαστίξαι ἴσως, ἀνελεῖν δὲ οὐκ εὔλογος αἰτία. Ἄλλως δὲ οὐδὲ ἦν ἡ ὕβρις αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ προφήτου κατ' αὐτῶν κατηγορία. Καὶ οὐκ ἤθελον δοκεῖν διὰ τὰ εἰς αὐτοὺς αὐτὸν ἀνελεῖν. ὥσπερ οὐδὲ τὸν Χριστόν. Οὐ γὰρ ἠροῦντο εἰς τὴν μιαιφονίαν, ἀλλ' ἔσπευδον καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ βλάψαι. Ἐδεδίεσαν γὰρ μὴ ἀναιρούμενος διὰ τὴν εἰς αὐτοὺς ὕβριν, αἰδεσιμώτερος γένηται.

« Et Jesum stantem a dextris Dei, et ait : Ecce
« video cœlos apertos, et Filium hominis stantem
« a dextris Dei. »

« Καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ
« εἶπεν· Ἰδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους.
« καὶ Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ
« Θεοῦ. »

Stantem et non sedentem vidit Jesum beatus Stephanus, ut suam exhibeat Christus protectionem : et magnam suo athletæ tribuat alacritatem.

Ἑστῶτα καὶ οὐχὶ καθήμενον ὁ μακάριος Στέφανος ὁρᾷ τὸν Ἰησοῦν, ἵνα δείξῃ τὴν ἀντίληψιν τὴν εἰς αὐτὸν, καὶ πολλὴν τῷ ἀθλητῇ τὴν προθυμίαν παρά-

σκη, τὸ τοῦ βοηθοῦντος ἐπιδείκνυται σχῆμα. Ἄλλως τε δὲ, ἐφειδὴ τὸ καθίσαι φορτικὸν ἦν αὐτοῖς, ἵστασθαι αὐτὸν εἶπε τέως, τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ αἰνιξάμενος· ὅτι δὲ οὐχ ἵσταται, ἀλλὰ κάθηται, καὶ ὁ Παῦλος ἔδειξεν, εἰπὼν ὅτι συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ.

A auxiliantis enim habitus ostenditur. Præterea vero quoniam grave eis fuisset audire quod sederet, stare interim dixit, designans ipsius resurrectionem. Quod autem non stet, sed sedeat, etiam Paulus ostendit, dicens, quod simul resuscitavit simulque sedere fecit inter cœlestes ad dextram suam.

« Κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ, συνέσχον τὰ ὦτα « αὐτῶν, καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν. Καὶ « ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν. »

VII, 56, 57. « Exclamantes autem voce magna, « Continuerunt aures suas, et impetum fecerunt « unanimiter in eum. Et ejectum eum extra civi- « tatem lapidabant. »

Συνέσχον, οἱ κατὰ τοῦ ἁγίου ψευδομαρτυρήσαντες.

Continuerunt, qui adversus sanctum tulerunt falsum testimonium.

« Καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια παρὰ τοὺς « πόδας νεανίου, καλουμένου Σαύλου. Καὶ ἐλιθοβό- « λουν τὸν Στέφανον, ἐπικαλούμενον καὶ λέγοντα. »

VII, 57, 58. « Et testos deposuerunt vestimenta « 75 ad pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. « Et lapidabant Stephanum, invocantem ac dicen- « tem. »

B

Μαρτυρας λέγει, οὓς ὑπέβαλον καταψευδομαρτυρῆσαι αὐτοῦ. Καὶ δείκνυσι τοὺς δοκοῦντας μάρτυρας, ὅτι πλέον ἦσαν παρεσκευασμένοι πρὸς τὸν φόνον, εἴγε καὶ τὰ ἱμάτια ἀπετίθεντο πρὸς τὸ εἶναι εὐσταλεῖς καὶ κοῦφοι εἰς τὸ βάλλειν τοῖς λίθοις. Φησὶ δὲ ὅτι καὶ ὁ μέλλων ὕστερον κῆρυξ εἶναι τῆς οἰκουμένης, καὶ αὐτὸς συνέπραττε τότε τῷ φόνῳ, δεικνὺς ὅτι θεία τις καὶ παραδοξος καὶ οὐ κατὰ ἄνθρωπον γέγονεν αὐτοῦ ἡ μετὰ ταῦτα μεταβολή. Τὸ δὲ, Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου, δεικνύοντος ἦν καὶ διδάσκοντος ὅτι οὐκ ἀπόλλυται.

Testes dicit quos subornaverant ut adversus illum ferrent falsum testimonium, ostenditque eos, qui testes videbantur, promptiores ad cædem fuisse quandoquidem etiam vestes deposuerunt quo expeditiores essent ac leviores ad jaciendos lapides Id autem ait. quoniam is etiam, qui universi orbis prædicator futurus erat, ipse quoque ad cædem cooperabatur: ostendens quod divina quædam et admiranda supraque hominem fuerit ejus conversio. Quod vero ait, « Domine Jesu, accipe spiritum meum, » demonstrantis erat ac docentis quod non periret.

« Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου.

« Domine Jesu, accipe spiritum meum. »

Ἐντεῦθεν δείκνυται μηκέτι εἰς ᾅδου τὰς τῶν δικαίων ἀπιέναι ψυχὰς νῶν σωμάτων ἀπαλλαττομένας, καθὰ καὶ πρώην, πέμπεσθαι δὲ μᾶλλον εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος διὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ.

C

Hinc ostenditur justorum animas a corporibus liberatas nequaquam in infernum descendere quemadmodum et antea, sed transmitti potius in manus Dei viventis per omnium nostrum Salvatorem Christum.

« Θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ. Κύριε, « μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Καὶ τοῦτο « εἰπὼν ἐκοιμήθη. Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναι- « ρέσει αὐτοῦ.

VII, 59. « Positis autem genibus clamavit voce « magna : Domine, ne statuas illis hoc peccatum. « Cumque hoc dixisset, obdormivit. Saulus autem « consentiebat in necem ejus. »

Ὅτι δὲ προσευξαμένου αὐτοῦ μὴ στῆσαι αὐτοῖς εἰς ἁμαρτίαν τὸν ἑαυτοῦ θάνατον, εἰ ἀφέθη αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία, ζητῆσαι ἄξιον. Καὶ φαμεν, εἰ μετενόησαν, ἀφεῖθη. Καὶ γὰρ ὁ μυρίαις αὐτὸν βάλλων χερσὶ, καὶ διώξας τὴν Ἐκκλησίαν Παῦλος, τῆς Ἐκκλησίας προστάτης ἐγένετο.

Cum autem ipse precatus sit, ne sua mors illis in peccatum statueretur, dignum est ut inquiramus utrum peccatum fuerit illis remissum. Et dicimus quod his, qui resipuerunt, remissum est. Siquidem Paulus, qui illum innumeris petiit manibus et persecutus est Ecclesiam, factus est defensor Ecclesiæ.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

CAPUT IX.

D

Περὶ διωγμοῦ τῆς Ἐκκλησίας καὶ ταφῆς Στεφάνου, ἐν ᾧ περὶ Φιλίππου τοῦ ἀποστόλου, πολλοὺς ἰασαμένου ἐπὶ τῆς Σαμαρείας

De persecutione Ecclesiæ, et sepultura Stephani : in quo etiam agitur de Philippo apostolo, qui multos in Sumaria curabat.

« Ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας « ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις. Πάντες « τε διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας τῆς Ἰουδαίας καὶ « Σαμαρείας, πλὴν τῶν ἀποστόλων. Συνεκόμισαν δὲ « τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, καὶ ἐποιήσαντο κοπε- « τὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ. Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν Ἐκ- « κλησίαν, κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος, σύρων τε « ἄνδρας καὶ γυναῖκας, παρεδίδου εἰς φυλακήν. Οἱ μὲν « οὖν διασπαρέντες διῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὸν λό- « γον.

VIII, 1-4. « Facta est autem in illo die persecutio « magna adversus Ecclesiam, quæ erat Hierosoly- « mis, omnesque dispersi 76 sunt per regiones « Judææ et Samariæ, præter apostolos. Curaverunt « autem Stephanum una viri religiosi, ac fecerunt « planctum magnum super eum. Saulus vero de- « vastabat Ecclesiam, per singulas domos intrans, « trahensque viros ac mulieres, tradebat in custo- « diam. Illi itaque dispersi peragrabant annun- « tes verbum Dei. »

Vide quomodo Deus inimicorum adversus Christum insidias ad bonum finem deducat. Dispersi namque multo plures irretiebant evangelica sagena quam ante persecutionem. Apostoli vero non sunt dispersi, sed Hierosolymis erant. Ubi enim potissima erat oppugnatio, ibi primos ac præcipuos milites in acie stare oportebat, cæterisque proponi in exemplum fortitudinis et audaciæ. Verum si religiosi erant, qui Stephanum sepelierunt, quomodo planctum fecerunt? Aut quia nondum perfecti erant, aut quod planxerint tanto præfecto, tanto patrocinio, tanta doctrina, tantisque signis privati et quod mitem illum ac benignum conspiciebant mortuum, lapidibusque oppressum.

A Ὅρα πῶς ὁ Θεὸς τὰς ἐπιβουλὰς τῶν ἐχθρῶν εἰς χρηστὸν ἄγει τέλος. Διασπαρέντες γὰρ πολὺ πλείους ἐσαγήνευσαν, ἢ πρὶν διωχθῆναι. Οἱ δὲ ἀπόστολοι οὐ διεσπάρησαν, ἀλλ' ἦσαν ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἔνθα γὰρ πλείων ὁ πόλεμος, ἐκεῖ παρατάττεσθαι τοὺς πρωταγωνιστὰς ἔδει, καὶ προκεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ἀνδρείας καὶ θάρσους ὑπόδειγμα. Εἶτα δὲ εὐλαβεῖς οἱ θάψαντες τὸν Στέφανον, πῶς ἐποιήσαντο κοπετόν; Ἢ ὅτι οὔπω ἦσαν τέλειοι, ἢ ὅτι ἐκόψαντο, προστασίας τοσαύτης, διδασκαλίας τοιαύτης, σημείων τοιούτων ἀποστερούμενοι, καὶ ὁρῶντες πρᾶον ἐκεῖνον καὶ ἥμερον νεκρὸν, λιθόλευστον κείμενον.

VIII, 4-9. « Philippus autem digressus in civita-
« tem Samariæ prædicabat illis Christum. Intende-
« bant autem turbæ his, quæ a Philippo dicebantur, unanimiter audientes ac videntes signa quæ
« edebat. Spiritus enim immundi ex multis, qui ab
« ipsis tenebantur, clamantes magna voce exibant.
« Multi autem paralytici et claudi curati sunt.
« Factumque est gaudium magnum in illa civi-
« tate. »

B « Φίλιππος δὲ κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας
« ἐκήρυσσεν αὐτοῖς τὸν Χριστόν. Προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι
« τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τοῦ Φιλίππου, ὁμοθυμαδὸν ἐν
« τῷ ἀκούειν αὐτοὺς, καὶ βλέπειν τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει.
« Πολλῶν γὰρ τῶν ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρτα,
« βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ, ἐξήρχετο. Πολλοὶ δὲ παρα-
« λελυμένοι καὶ χωλοὶ ἐθεραπεύθησαν. Καὶ ἐγένετο
« χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ. »

Non est hic Philippus apostolus, qui inter duodecim numeratus est, sed unus ex septem, qui cum Stephano delectus fuerat ad gubernationem viduarum. Id autem verum esse hinc manifestum est. Solis enim apostolis Hierosolymæ derelictis, cæterorum vero discipulorum aliis alibi dispersis, prout jam dictum est, omnes circa Judææ ac Samariæ regiones dispersi sunt, præter apostolos. Inter hos ergo dispersos erat iste Philippus, qui C et Simonem instruxit in Samaria. Et cum eunuchum juxta divinum baptizasset oraculum, 77 a Domini Spiritu repositus est Azoti, venitque Cæsaream, quæ ipsi patria erat. Cum enim in persecutione, quæ fuerat tempore Stephani, tentatus fuisset, ac timuisset ne et ipse similium particeps fieret periculorum, domum rursum petiit. Præterea si unus erat apostolorum, cum in Samaria baptizaret, habebat utique auctoritatem doni Spiritus: et nequaquam Petrus ac Joannes ab Hierosolymis ad eos descendentes, Spiritus gratiam illis tribuissent. Hic itaque tantum baptizat utpote discipulus, gratiam vero perficiunt apostoli, quibus talis doni auctoritas concessa erat.

Οὐχ ὁ ἀπόστολος Φίλιππος, ὁ ἐν τοῖς δώδεκα καταλεγόμενος, οὗτός ἐστιν, ἀλλ' εἷς τῶν ἑπτὰ, ὁ μετὰ Στεφάνου ἐπιλεγεὶς πρὸς τὴν τῶν χηρῶν οἰκονομίαν. Ὅτι δὲ ἀληθές ἐστιν, ἐντεῦθεν δῆλον. Τῶν γὰρ ἀποστόλων μόνων ἐν Ἱεροσολύμοις παραλειφθέντων, τῶν δὲ λοιπῶν μαθητῶν ἀλλων ἀλλαχόσε διασπαρέντων, κατὰ τὸ εἰρημένον ἤδη, πάντες δὲ διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας, πλὴν τῶν ἀποστόλων. Ἐν τοῖς διασπαρεῖσιν ἦν καὶ οὗτος ὁ Φίλιππος, ὃς καὶ τὸν Σίμωνα κατήχησεν ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ κατὰ θεῖον χρησμὸν τὸν Εὐνοῦχον βαπτίσας, ὑπὸ Πνεύματος Κυρίου εἰς Ἄζωτον εὑρέθη, πρὸς δὲ Καισάρειαν ὥρμησε τὴν αὐτὸν ἐνεγκοῦσαν. Τῆς γὰρ ἐπὶ Στεφάνου λύπης πειρασθεὶς, καὶ δείσας μὴ τῶν ὁμοίων μετάσχῃ, ἐταλινόστησεν οἴκαδε. Ἄλλως τε, εἰ ὁ βαπτίσας ἐν Σαμαρείᾳ εἷς τῶν ἀποστόλων ἦν, εἶχεν ἂν τὴν αὐθεντίαν τῆς τοῦ Πνεύματος δόσεως, καὶ οὐκ ἂν Πέτρος καὶ Ἰωάννης καταβάντες ἀπὸ Ἱεροσολύμων πρὸς αὐτοὺς τὴν τοῦ Πνεύματος παρέσχοντο χάριν. Οὗτος οὖν βαπτίζει μόνον, ὡς μαθητὴς, τελειοῦσι δὲ τὴν χάριν οἱ ἀπόστολοι, οἷς ἡ τῆς τοιαύτης δόσεως αὐθεντεία ἐδίδοτο.

CAPUT X.

De Simone mago, qui cum pluribus aliis credidit, et baptizatus est: in quo etiam agitur de Petri et Joannis ad eos legatione, et invocatione sancti Spiritus super eos, qui baptizati erant.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ Σίμωνος τοῦ Μάγου, πιστεύσαντος καὶ βαπτισθέντος σὺν ἑτέροις πλείοσιν· ἐν ᾧ περὶ τῆς Πέτρου καὶ Ἰωάννου πρὸς αὐτοῦ ἀποστολῆς, καὶ ἐπίκλησις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπὶ τοὺς βαπτισθέντας.

VIII, 9 15. « Vir autem quidam nomine Simon, qui
« antea in ea civitate exercebat artem magicam ac
« dementaverat gentem Samariæ, dicens se esse
« quempiam magnum, cui auscultabant omnes a
« minimo usque ad maximum, dicentes: Iste est
« virtus Dei, quæ vocatur magna. Auscultabant au-
« tem ei propterea quod multo tempore magicis
« artibus dementasset eos. Verum cum credidissent

« Ἀνὴρ δέ τις ὀνόματι Σίμων προϋπῆρχεν ἐν τῇ
« πόλει, μαγεύων καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμα-
« ρείας, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν, ᾧ προσεῖχον
« ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, λέγοντες· Οὗτός ἐστιν ἡ
« δύναμις τοῦ Θεοῦ, ἡ μεγάλη. Προσεῖχον δὲ αὐτῷ,
« διὰ τὸ ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς μαγείαις ἐξεστηκέναι αὐ-
« τούς. Ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ Φιλίππῳ εὐαγγελιζο-
« μένῳ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ὀνό-

« ματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐβαπτίζοντο ἄνδρες τε A « καὶ γυναῖκες. Ὁ δὲ Σίμων καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε, « καὶ βαπτισθεὶς ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ, « θεωρῶν τε δυνάμεις καὶ σημεῖα γινόμενα, ἐξίστα- « το. Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπόστολοι, « ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀπ- « έστειλαν πρὸς αὐτοὺς τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, οἵ- « τινες καταβάντες, προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, ὅπως « λάβωσι Πνεῦμα ἅγιον. »

Σημειωτέον ὅτι οὐ δεῖ πλησιάζειν μάγοις. Εἰ δὲ τις ἀπατηθεὶς ἐπλησίασεν, ἀφιστάσθω ταχέως. Ἡ γὰρ ἐπιμονὴ ἡ ἐν αὐτοῖς εἰς ἔκστασιν ἄγει φρενῶν, ὥστε μὴ συνιέναι διακρῖναι. Οὗτος τοίνυν ὁ Σίμων ὑποκορισάμενος τοὺς ἀποστόλους μάγος ὑπάρχων, καὶ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ὑπὸ Φιλίππου τοῦ B ἑνὸς τῶν ἑπτὰ, βαπτισθεὶς μετὰ πολλῶν, οὐ μέν τοι ἐδέξατο διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Τί οὖν ; οἱ βαπτισθέντες ὑπὸ Φιλίππου οὐκ ἔλαβον Πνεῦμα ἅγιον ; Πνεῦμα μὲν ἅγιον ἔλαβον τὸ τῆς ἀφέσεως, τὸ δὲ τῶν σημείων οὐκ ἔλαβον. Ὅθεν ὁ Σίμων ἰδὼν ὅτι δίδοται διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν, προσῆλθε τοῖς ἀποστόλοις ἀποτολμήσας αὐτῷ ἐμπορεύσασθαι. Πρὶν γὰρ ἰδεῖν ἑτέρους λαμβάνοντας τὸ τῶν σημείων Πνεῦμα οὐκ ἐθάρρει αἰτῆσαι. Πῶς δὲ τὸν τοιοῦτον ὁ Φίλιππος ἐβαπτισεν ; Ὡς καὶ τὸν Ἰούδαν Χριστὸν ἐξελέξατο. Πῶς δὲ αὐτὸν οὐκ ἀνεῖλον ὡς τὸν Ἀνανίαν ; Ὅτι καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ εἰς ἀνηρέθη ὁ τὰ ξύλα συλλέξας, εἰς σωφρονισμὸν ἑτέρων, οὐδεὶς δὲ ἕτερος τοῦτο πέπονθεν. Ἔστι δὲ συνιδεῖν ὅτι ἐν τῇ δόσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀσθητόν τι ἐγίνετο παράδοξον. Καὶ γὰρ C ὁ Σίμων οὐκ ἂν προσῆλθεν αἰτῶν, εἰ μὴ τοῦτο ἐθεάσατο. Πῶς δὲ μὴ ἰδὼν τοὺς ἀποστόλους χρημάτων τοῦτο πράττοντας, ἐτόλμησε χρήματα προσενεγκεῖν ; Ὅτι οὐκ ἦν ἀγνοίας, ἀλλὰ πειράζοντος. Διὸ καὶ ὁ Πέτρος, Ἡ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα, δεικνὺς, ὅτι οὐδὲ τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ σκευωρηθέντα ἔλαθεν αὐτόν. Ὅρα δὲ τὴν ἀναισχυντίαν τοῦ Σίμωνος. Δέον γὰρ αὐτὸν αἰτῆσαι Πνεῦμα λαβεῖν ἅγιον, ἐπειδὴ οὐκ ἔμελεν αὐτῷ τούτου, ἵνα δοθῇ ἑτέροις αἰτεῖ. Ἤθελε γὰρ καὶ Φιλίππου δόξαι λαμπρότερος, Ὁ γὰρ Φίλιππος εἷς ὢν τῶν ἑπτὰ, διάκονος ὤν, οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν διὰ τῆς χειροθεσίας αὐτοῦ, διδόναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθὲς, καὶ τὸ τῶν σημείων Πνεῦμα οὐκ ἔλαβεν, ὅρα πῶς φησιν, ὅτι θεωρῶν δυνάμεις τε καὶ σημεῖα γινόμενα, ἐξίστατο, καὶ προσ- D ἦλθε τοῦτο αἰτῶν.

« Philippo evangelizanti de regno Dei et de nomine « Jesu Christi, baptizabantur viri simul ac mulieres. « Simon autem et ipse credidit, cumque baptizatus « esset, adhærebat Philippo, et videns virtutes ac « signa quæ fiebant, stupens admirabatur. Cum au- « tem audissent apostoli qui erant Hierosolymis, « quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt « ad eos Petrum ac Joannem. **78** Qui cum descen- « dissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiri- « tum sanctum. »

Hoc loco indicandum est non oportere ad magos accedere : quod si deceptus ad eos accesserit, quantocius separetur : perseverantis namque in his rebus stuporem mentis adducit, ne possit quis intelligere ad dijudicandum. Hic itaque Simon cum magus esset apostolisque blandiretur, et sicut cæteri a Philippo, qui unus ex septem erat, inter multos baptizatus esset, non tamen per impositionem manuum apostolorum Spiritum sanctum accipit. Quid ergo ? An a Philippo baptizati non acceperant Spiritum sanctum ? Spiritum sanctum acceperant quidem, quoad peccatorum remissionem, sed non acceperant quantum ad signorum editionem. Unde intuitus Simon quod per manuum impositionem daretur, accessit ad apostolos sumpta audacia, ut illum sibi mercaretur. Antequam enim alios videret Spiritum ad edenda signa accipientes, non audebat petere. Quomodo autem talem baptizavit Philippus ? Eodem modo, quo et Christus Judam elegit. Quomodo vero ipsum non occidit Petrus ut Ananiam ? Quoniam in veteri quoque Testamento unus interemptus est, qui ligna Sabbato collegerat [82], ad correctionem cæterorum, cum nullus alius hoc passus sit. Licet autem intelligere quod in datione Spiritus sancti sensibile quidpiam admirandum contingebat, neque enim alioqui Simon ad petendum accessisset, nisi hoc conspexisset. Quomodo autem cum id non vidisset apostolos pecuniarum gratia facientes, ausus est offerre pecunias ? Quia non errantis erat, sed tentantis. Propterea etiam Petrus, « Cor tuum, inquit, non est rectum : » ostendens quod neque illa laterent ipsum quæ in ejus mente tractabantur. Vide autem Simonis impudentiam. Cum enim ipsum petere oportuerit, ut Spiritum acciperet : quoniam id illi studio non erat, petit ut aliis daret. Volebat enim Philippo quoque videri clarior. Nam Philippus unus ex septem, cum diaconus esset, potestatem non habebat, ut ad manuum suarum impositionem daret Spiritum sanctum. Quod autem hoc verum sit, quod Spiritum ad edenda signa non acceperit, vide quomodo dicat quod videns virtutes ac signa quæ fiebant stupens admirabatur, et hoc petiturus accessit.

« Οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς, « μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ « Χριστοῦ Ἰησοῦ. Τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐ- « τοὺς, καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα ἅγιον. »

78 VIII, 16, 17. « Nondum enim in quemquam « illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantum erant « in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant ma- « nus super illos, et accipiebant Spiritum san- « ctum. »

Πρόδηλον ὅτι οἱ ὑπὸ Φιλίππου ἐν Σαμαρείᾳ βαπτι- Manifestum est eos, qui a Philippo in Samaria

[82] Num. xv, 32.

baptizati erant non accepisse Spiritum sanctum, eo quod donum hujusmodi non haberet : quandoquidem, ut diximus, hic unus ex septem erat. Nam hi virtutem quidem ad edenda signa acceperant, non autem ut cæteris quoque darent hujusmodi Spiritum : hoc enim apostolis servatum erat. Præterea Philippus in eos, qui a se baptizati erant Spiritum illabi non fecit, honorans videlicet apostolos. Neque enim tanquam abjectus et indignus (quando etiam de ipso proditum est quod signa ediderit in sanitatibus morborum, ejectionibusque dæmonum), sed quod non oraverit, ut hoc illis contingeret, nondum videlicet aptis ad Spiritus susceptionem : quando et Simon qui ab eo baptizatus erat, quæ carnis sunt adhuc sapiens, petebat ab apostolis dono pecuniarum accipere potestatem, ut cuicunque vellet, manuum impositione daret Spiritum sanctum.

VIII, 18, 19. « Intuitus autem Simon quod per « impositionem manuum apostolorum daretur eis « Spiritus sanctus, obtulit eis pecunias, dicens : « Date et mihi potestatem istam, ut cuicunque im« posuero manus, accipiat Spiritum sanctum. »

Scelestus hic Simon non fidei gratia, pecunias offerens, hoc sibi contingere cupiebat : sed quo sibi quæstus ac occasio pecuniarum hoc fieret. Accessit enim, ut accepta hujusmodi gratia diteseeret per signa : quemadmodum antea imaginaria solum operans dæmonum auxilio, sive tentans apostolos hoc faciebat, volens accusationem capessere. Ideo etiam audit : « Non est tibi pars in sermone isto, cor enim tuum non est rectum coram Deo. Resipisce igitur si forte remittatur ibi peccatum [83]. » Præviderat namque Petrus eum ad pœnitentiam non convertendum, propterea dicit, « Si forte remittatur. » Illud siquidem quod addit, « Orate vos, » non pœnitentiæ est aut conversionis, sed defunctoriæ tantum purgationis prætextu dicebat : ubi enim lacrymæ sunt et confessio ? Hoc autem demonstrat rem esse correctu difficilem multaque pœnitentia opus habere, si qui in eamdem rem divinam offendant, in quam offendit et Simon, qui existimabat Spiritum sanctum pecuniæ obsecundare ad efficaciam operationis habendam.

CAPUT IV.

Quod non argento neque simulatoribus, sed sanctis per fidem Spiritus sancti commutatio datur : in quo etiam ponuntur quæ sunt de simulatione ac objurgatione Simonis.

VIII, 19-25. « Petrus autem dixit ad eum : Pe« cunia tua tecum sit in perditionem, quoniam « donum Dei existimasti pecuniis parari. Non est « tibi pars neque sors in sermone isto : cor enim « tuum non est rectum coram Deo. Resipisce igitur « ab hoc vitio, et roga Deum si forte remittatur « tibi cogitatio cordis tui. Nam in felle amaritudi« nis et collatione iniquitatis video te esse. Re-

[83] Act. VIII, 21, 22.

σθέντες οὐκ ἦσαν λαβόντες Πνεῦμα ἅγιον, διὰ τὸ μὴ ἔχειν χάρισμα τοιοῦτον· ἐπειδὴ οὗτος, ὡς ἔφημεν, εἷς των ἑπτὰ ἦν. Οὗτοι γὰρ δυνάμεις μὲν ἔλαβον ποιεῖν σημεῖα, οὐχὶ δὲ καὶ Πνεῦμα διδόναι ἑτέροις· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ τῶν ἀποστόλων ἐξαίρετον. Ἄλλως τε δὲ οὐ κατήγαγε τὸ Πνεῦμα ὁ Φίλιππος ἐπὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ βαπτισθέντας, ἤτοι τιμῶν τοὺς ἀποστόλους. Οὐ γὰρ ὡς εὐτελὴς καὶ ἀνάξιος (ὁπότε καὶ αὐτὸς ἀνεγράφη σημεῖα πεποιηκὼς ἐν ἰάσεσι νόσων, καὶ ἐκβολαῖς δαιμόνων), ἀλλ' ὅτι οὐκ ἠξίωτο τοῦτο αὐτοῖς ὑπάρξαι, ὡς ἀκμὴν μὴ οὔσιν ἐπιτηδείοις πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος ὑποδοχὴν, ὁπότε καὶ ὁ Σίμων βαπτισθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ἀκμὴν τὰ τῆς σαρκὸς φρονῶν ἤτει τοὺς ἀποστόλους διὰ χρημάτων δόσεως λαβεῖν ἐξουσίαν, ᾧ ἐὰν ἐθέλῃ διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως δοῦναι Πνεῦμα ἅγιον.

« Θεασάμενος δὲ ὁ Σίμων, ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως « τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων δίδοται τὸ Πνεῦμα τὸ « ἅγιον, προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα, λέγων· Δότε « κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα ᾧ ἐὰν ἐπιθῶ τὰς « χεῖρας, λαμβάνῃ Πνεῦμα ἅγιον. »

Ὁ μιαρὸς οὗτος Σίμων, οὐ πίστεως ἕνεκεν προσφέρων τὰ χρήματα, ἤτει τοῦτο γενέσθαι αὐτῷ, ἀλλ' ὥστε πορισμὸν αὐτῷ χρημάτων καὶ ἀφορμὴν γενέσθαι τοῦτο Προσῆλθε γὰρ ὥστε, δεξάμενος τοιαύτην χάριν, πλουτῆσαι διὰ τῶν σημείων, κατὰ πρώην φαντασίαν ἐνεργῶν διὰ τῶν δαιμόνων, ἤτοι πειράζων τοὺς ἀποστόλους τοῦτο ἐποίει, βουλόμενος κατηγορίαν περιβαλεῖν. Διὸ καὶ ἀκούει· « Οὐκ ἔστι σοι μερὶς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ· ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Μετανόησον οὖν, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι τὸ ἁμάρτημα. » Προῄδει γὰρ αὐτὸν ὁ Πέτρος μὴ πρὸς μετάνοιαν ἐπιστρέψοντα. Διὰ τοῦτό φησιν, « Εἰ ἀφεθήσεταί σοι. » Τὸ γὰρ, « Δεήθητε ὑμεῖς, » οὐ μετανοίας καὶ ἐπιστροφῆς, ἀλλὰ μόνον ἀφοσιώσεως ἕνεκα ἔφη· ἐπεὶ, ποῦ τὰ δάκρυα καὶ ἡ ἐξομολόγησις ; Τοῦτο δὲ δεικνύντος ἐστιν ὡς δυσκατόρθωτον τὸ πρᾶγμα, καὶ πολλῆς δεόμενον μετανοίας, τοῖς εἰς αὐτὸ τὸ θεῖον ἐξαμαρτάνουσιν, εἰς ὃ καὶ Σίμων ἐξήμαρτεν, ἀργυρίου ὑπακούειν εἰς τὰς ἐνεργείας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἡγησάμενος.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὅτι οὐκ ἀργυρίου οὐδὲ ὑποκριταῖς, ἀλλὰ ἁγίοις διὰ πίστεως ἡ μετοχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δίδοται· ἐν ᾧ τὰ περὶ ὑποκρίσεως καὶ ἐπιπλήξεως Σίμωνος.

« Πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν· Τὸ ἀργύριόν σου σὺν « σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνό« μισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι. Οὐκ ἔστι σοι μερὶς « οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ· ἡ γὰρ καρδία σου « οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ Μετανόησον « οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης ; καὶ δεήθητι τοῦ « Θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας « σου. Εἰς γὰρ χολὴν πικρίας, καὶ σύνδεσμον ἀδικίας

« ὁρῶ σε ὄντα. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων, εἶπε· Δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ, ὧν εἰρήκατε. Οἱ μὲν οὖν διαμαρτυράμενοι καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, ὑπέστρεφαν εἰς Ἱερουσαλήμ, πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο. »

« Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοί. » Οὐκ ἔστι ταῦτα ἀρωμένου, ἀλλὰ παιδεύοντος, ὡς ἄν τις εἴποι· Τὸ ἀργύριόν σου συναπόλοιτό σοι μετὰ τῆς προαιρέσεως. Οὐ κολάζει δὲ νῦν τὸν Σίμωνα ὁ Πέτρος καθὰ καὶ πρώην τὸν Ἀνανίαν, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἀνάγκης ἡ πίστις, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ τῆς μετανοίας εἰσαγάγῃ. Ἀρκεῖ γὰρ πρὸς διόρθωσιν τὸ ἐλέγξαι, καὶ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ εἰπεῖν. καὶ τὸ, ἐκεῖνον ὁμολογῆσαι, ὅτι ἐάλω. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, Δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ, τοῦτό ἐστιν ὁμολογοῦντος, εἰ καὶ μὴ ἀπὸ ὀρθῆς καὶ σφοδρᾶς διαθέσεως ἐλέγετο·

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πιστοῖς εὐοδοῖ τὴν σωτηρίαν ὁ Θεὸς, ὄχλον ἐκ τῆς κατὰ τὸν εὐνοῦχον ὑποθέσεως.

« Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἐλάλησε πρὸς Φίλιππον, λέγων· Ἀνάστηθι, καὶ πορεύου κατὰ μεσημβρίαν ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν, αὕτη ἐστὶν ἔρημος. Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη. Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ, εὐνοῦχος, δυνάστης Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς Γάζης αὐτῆς, ἐληλύθει προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ· ἦν τε ὑποστρέφων καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ, καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν. Εἶπε δὲ τὸ Πνεῦμα τῷ Φιλίππῳ· Πρόσελθε καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ. Προσδραμὼν δὲ ὁ Φίλιππος ἤκουσεν αὐτοῦ ἀναγινώσκοντος τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, καὶ εἶπεν· Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις ; Ὁ δὲ εἶπε, Πῶς γὰρ ἄν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με ; Παρεκάλεσέ τε τὸν Φίλιππον ἀναβάντα καθίσαι σὺν αὐτῷ. Ἡ δὲ περιοχὴ τῆς Γραφῆς ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη »

Διὰ τί μὴ τῷ εὐνούχῳ φαίνεται ὁ ἄγγελος καὶ ἄγει αὐτὸν πρὸς Φίλιππον ; Ὅτι ἴσως οὐκ ἂν ἐπείσθη, ἀλλ' ἐξεπλάγη μᾶλλον. Οὐ γὰρ ἦν ὡς ὁ Κορνήλιος οὗτος. « Κατὰ μεσημβρίαν. » Οὐκ ἄν ἀπὸ Ἱεροσολύμων πρὸς μεσημβρίαν ἀπῆει, ἀλλὰ πρὸς ἄρκτον· ἀπὸ δὲ Σαμαρείας, ἔνθα Φίλιππος ὁ τῶν ἑπτὰ διέτριβε καὶ ἐδίδασκε τότε, πρὸς μεσημβρίαν ἐστὶν ἡ ὁδός. Τὸ δὲ, « Αὕτη ἐστὶν ἔρημος, » εἶπεν, ὥστε μὴ φοβηθῆναι τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐπιστασίαν. Γυναῖκες δὲ ἦρχον ἐκείνης τῆς Αἰθιοπίας, ὧν καὶ ἡ Κανδάκη κατὰ διαδοχὴν μία, ἧς ὁ εὐνοῦχος ὑπῆρχε ταμίας τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν. Ἰστέον δὲ ὅτι Κανδάκην Αἰθίοπες πᾶσαν τὴν τοῦ βασιλέως μητέρα καλοῦσιν, ἐπειδὴ πατέρα Αἰθίοπες οὐκ ἀναφέρουσιν, ἀλλ' ὡς ὄντας υἱοὺς ἡλίου παραδιδόασιν· ἑκάστου δὲ τὴν μητέρα καλοῦσι Κανδάκην.

« Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἠνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ

« spondens autem Simon dixit : Orate vos pro me « apud Dominum, ne quid veniat in me horum, « quæ dixistis. Et illi quidem testificati ac locuti « verbum Dei, reversi sunt Jeresolymam, multis- « que vicis Samaritanorum prædicabant Evange- « lium. »

« Pecunia tua tecum. » Non sunt hæc exsecrantis, sed corripientis, veluti si quis dicat : Pecunia tua simul tibi pereat cum hujusmodi voluntate. Non punit autem nunc Simonem Petrus quemadmodum prius Ananiam, ut ostendat fidem non esse necessitatis sive coactionis : sed ut ad ea potius inducat quæ pœnitentiæ sunt. Ad correctionem enim sufficit arguisse, et ea quæ in corde erant dixisse ac illum confessum esse quod deprehensus esset. **81** Siquidem dicere, Orate vos pro me, confitentis est: quanquam hoc non a recto vehementique affectu diceretur.

CAPUT XII.

Quod sanctorum ac fidelium communi saluti Deus prosperum tribuat successum, sumpto argumento ex his, quæ circa ennuchum contigerunt.

Εἶτα εἰς Συρακούσας. Εἶτα εἰς Ῥήγιον. Κἀκεῖθεν εἰς Ποτιόλους. Κἀκεῖθεν πεζὸς ἀνῆλθεν εἰς Ῥώμην, ἀπαντησάντων αὐτῷ τῶν ἀδελφῶν, εἰς Ἀππίου φόρον καὶ Τρεῖς Ταβέρνας, καὶ λοιπὸν εἰσελθὼν εἰς Ῥώμην, καὶ διδάξας χρόνον, ὕκανὸν, ὕστερον ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ἐμαρτύρησεν, αὐτόθι τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος. Ῥωμαῖοι δὲ περικαλλέσιν οἴκοις καὶ βασιλείοις τὰ λείψανα τούτου καθείρξαντες, ἐπίτειον αὐτῷ μνήμης ἡμέραν πανηγυρίζουσι, τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ἰουλίων αὐτοῦ τὸ μαρτύριον ἑορτάζοντες. Πολλὰς δὲ καὶ πρὸ τούτου ἤδη παραινέσεις ὑπὲρ τε βίου καὶ ἀρετῆς, ὁ μακάριος ἐποιήσατο, καὶ πολλὰ περὶ τῶν πρακτέων τοῖς ἀνθρώποις εἰσηγήσατο. Ἔτι δὲ καὶ ὅλως διὰ τῆς ὑφῆς τῶν δεκατεσσάρων ἐπιστολῶν τούτων, τὴν ὅλην ἀνθρώποις διέγραψε πολιτείαν. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην ἐν βραχεῖ καὶ τὸν χρόνον ἐπισημειώσασθαι τοῦ κηρύγματος Παύλου, ἐκ τῶν χρονικῶν κανόνων Εὐσεβίου τοῦ Παμφιλου τὴν ἀνακεφαλαίωσιν ποιούμενος. Ἔνθα δὴ τὴν βίβλον μετὰ χεῖρας εἰλήφως, καὶ ταύτην ἀναπτύξας, εὑρίσκω τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος γεγενημένον, καὶ τὴν τριήμερον δὲ εὐθὺς ἀνάστασιν, καὶ πάλιν τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ. Καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς ὀλίγας, εἶδον ἐκεῖ τοὺς ἀποστόλους προχειριζομένους εἰς διακονίαν τὸν αὐτοφερώνυμον Στέφανον, καί τοὺς ἀμφ' αὐτόν. Καὶ μετέπειτα σαάσιν Ἰουδαίων πάλιν καταλαμβάνω, καθὼς ἤδη προείπομεν, καὶ τὸν Στέφανον ἀγωνιζόμενον ἐκεῖπε, καὶ τὸν Παῦλον συνευδοκοῦντα πάνυ τῷ φόνῳ. Ὃς μικρὸν ὕστερον τοῖς ἄρχουσι τῶν Ἰουδαίων παραστὰς, ἐπιστολὰς ἐκομίζετο πρὸς τοὺς ἐν Δαμασκῷ Ἰουδαίους κατὰ τῶν μαθητῶν. Κατὰ δὲ μέσην τὴν ὁδὸν, ἡ κλῆσις αὐτῷ γεγένηται παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς μικρῷ προσαναλωθῆναι τὸ ἔτος ἐκεῖνο. Ἐπιλαβομένου δῆτα τοῦ ἐννεακαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος, κατάρξασθαι τὸν Παῦλον τοῦ κηρύγματος, φησὶν ἡ ἱστορία· καὶ τὴν ἅπασαν οἰκουμένην διαβραμεῖν, εὐαγγελιζόμενον τὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν, μέχρι τρισκαιδεκάτου ἔτους Κλαυδίου Καίσαρος, ἡγεμονεύοντες τότε τῆς Ἰουδαίας Φήλικος· ἐφ' οὗ κατηγορηθεὶς ὑπὸ Ἰουδαίων, τὴν ἀπολογίαν ἐποιήσατο Παῦλος. Ὃς δὴ τὸν ἀπόστολον εἰς τὸ κατὰ Καισάρειαν δεσμωτήριον καθεῖρξεν ἐπὶ δυσὶν ἔτεσι. Μεθ' ὃν διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν Πόρκιος Φῆστος, εὐθὺς ἀνακρίνειν ὥρμησε τὸν Ἀπόστολον, τοῖς Ἰουδαίοις μεγίστην χάριν ἐν τούτῳ κατατιθέμενος. Τότε οὖν ὁ μακάριος νομίσας οὐκ ἄλλως ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς ἐπιβουλῆς, ἢ Καίσαρα ἐπικαλεσάμενος, ἑστὼς ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπεκαλεῖτο Καίσαρα, καὶ εἰς Ῥώμην ἐκπέμπεται, πρὸς Καίσαρα Νέρωνα. Συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Ἀρίσταρχος, ὃν καὶ εἰκότως συναιχμάλωτόν που τῶν ἐπιστολῶν ἀποκαλεῖ, καὶ Λουκᾶς ὁ τὰς Ἡράξεις τῶν ἀποστόλων γραφῇ παραδοὺς. Κἀκεῖσε οὖν ὁ Παῦλος ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων διετίαν ὅλην ἐφυλάττετο. Ταῦτα γὰρ καὶ μέχρι τούτων ἱστορεῖ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὸ βιβλίον συγγραψάμενος, καὶ τὰ καθεξῆς ἥκιστα τότε γινώ-

A **193** Dehinc Syracusas, inde Rhegium: et hinc Puteolos, unde pedes ascendit Romam, occurrentibus illi fratribus ad Appii forum ac Tres Tabernas, et postea Romam ingressus multoque tempore docens, tandem in ipsa urbe Roma martyrio vitam finivit, cum ibidem bonum certamen certasset. Romani vero inclusis ejus reliquiis pulchris ac argenteis thecis, annum ei memoriæ diem colunt, III Kalendas Julii martyrium ejus celebrantes. Multis autem antea divus Paulus cum de vita tum de virtute adhortatus erat, multaque de his quæ agenda sunt, homines docuerat. Præterea autem et per harum quatuordecim epistolarum contextum omnino præscripsit hominibus universam conversationem. Necessarium autem duxi, ut
B paucis verbis tempus prædicationis Pauli significarem ex canonibus temporum Eusebii Pamphili in compendium redactis, ubi certe libro in manus sumpto eoque aperto passionem inveni Salvatoris nostri et Domini Jesu Christi decimo octavo Tiberii Cæsaris anno accidisse, statimque tertio postmodum die resurrectionem, ac rursum Christi in cœlos assumptionem. Præterea inveni ibidem apostolos post paucos aliquot dies in ministerium delegisse Stephanum, qui proprium sibi nomen ferebat: ac deinde Judæorum seditionem rursum deprehendo, sicut jam prædiximus, passumque in ea Stephanum, ac Paulum in mortem ejus consentientem. Qui paulo post ad Judæorum principes accedens, litteras accepit ad Judæos, qui Damasci
C degebant, adversum discipulos. Juxta medium autem itineris facta est ipsius a Deo vocatio, paulo ante finem illius anni. Certe cum cœptus esset decimus nonus Tiberii Cæsaris annus, Paulum inchoasse prædicationem scribit historia: ac universum percurrisse orbem disseminando Christi cultum, usque ad tertium decimum Claudi Cæsaris annum, præside Judææ Felice: sub quo a Judæis accusatus pro se respondit Paulus, qui sane apostolum in carcere **194** duobus annis inclusit Cæsareæ. Post quem suscepto Portius Festus principatu statim apostolum judicare aggressus est, ut maximam hoc facto gratiam apud Judæos iniret. Tunc ergo arbitratus beatus Paulus quod alio modo insidias declinare non posset nisi Cæsarem appellaret, stans ad tribunal Cæsarem appellavit, et Romam ad Cæ-
D sarem Neronem dimittitur. Erat autem simul cum eo et Aristarchus (quem etiam merito concaptivum quodam epistolarum loco appellat), et similiter Lucas, qui Acta apostolorum scripturæ tradidit. Ibi ergo Paulus sub Romanorum custodia totum biennium asservatus est. Nam hæc et usque ad ista scribit Lucas in Actis apostolorum, qui circa illud tempus librum conscripsit, cumque tunc ea quæ futura essent minime cognosceret, nequaquam martyrium ejus ascripsit. Illo enim ibidem relicto Lucas et Aristarchus redierunt. Eusebius autem sequentia tempora diligenter perquirens, scripsit nobis secundo ecclesiasticæ Historiæ libro hujus

etiam martyrium, ostendens et Paulum in quiete permansisse, et Dei verbum nullo prohibente disseminasse. Siquidem habet historia, quod ubi tunc sub Nerone respondisset Paulus eta Cæsare fuisset absolutus, ad prædicationis ministerium rursus emissum fuisse, aliisque decem annis Evangelii verbum disseminasse. Cum autem ad extremum insaniæ Nero pervenisset, primum quidem interfecit Agrippinam propriam matrem, præterea et patris sororem, Octaviam quoque suam uxorem, aliosque innumeros genere ipsum contingentes : deinde et universalem movit adversum Christianos persecutionem, et ita apostolorum cædes pervenit. Statim enim accersitum Paulum stitit tribunali. Rursum autem ei Lucas conjunctus est : ubi certe contigit Paulum anno tricesimo sexto a Salvatore passo, tertio decimo autem imperii Neronis, martyrio vitam finisse, capite videlicet gladio amputato. Sunt igitur ab anno Tiberii Cæsaris decimo nono, quo Evangelium cœpit prædicare, usque ad annum ejus vicesimum secundum, anni quatuor, et Caii similiter anni quatuor : rursum vero et Claudii anni paulo minus quatuordecim, quem insecutus Nero tertio decimo sui **195** principatus anno apostolum interemit. Hæc autem de prima sua responsione scribit ipse Paulus apostolus Timotheo : « In prima mea responsione nullus mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt : non illis imputetur : Dominus autem adfuit mihi et confirmavit me, ut per me prædicatio certiori fide comprobaretur, audirentque omnes gentes : et liberatus sum de ore leonis[1], » hoc nomine Neronem significans. De secunda vero, in qua et martyrio suam finivit vitam, ait : « Ministerium tuum bonum certius adimple. Ego enim jam delibor, et tempus meæ dissolutionis instat. » Et quia Lucas rursum erat cum eo, post pauca epistolæ verba : « Salutat te, inquit, Lucas, qui mecum est. » Totius igitur prioris prædicationis apostoli tempus est unius et viginti annorum præter alios duos annos quos apud Cæsaream in carcere transegit. His rursum addantur duo primi anni postquam Romam pervenarat, decemque ultimi : ita ut fuerint omnes anni ab ejus vocatione usque ad ipsius mortem triginta quinque.

σκων οὐδὲ τὸ μαρτύριον αὐτοῦ ἐγκατέθετο τῇ βίβλῳ. Καταλιπόντες γὰρ αὐτὸν ἐκεῖσε Λουκᾶς τε καὶ Ἀρίσταρχος, ἦλθον. Εὐσέβιος δὲ τοὺς μετέπειτα χρόνους ἀκριβῶς περιεργασάμενος, ἱστόρησεν ἡμῖν ἐν τῷ δευτέρῳ τόμῳ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τούτου καὶ τὸ μαρτύριον, καὶ τὸν Παῦλον ἄνετον διατρίψαι, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀκωλύτως κηρύξαι ἐπισημηνάμενος. Τότε μὲν οὖν ἐπὶ Νέρωνος ἀπολογησάμενον τὸν Παῦλον, αὖθις ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν λόγος ἔχει στείλασθαι ὑπὸ Καίσαρος ἀπολυθέντα, εὐαγγελίσασθαι ἐφ' ἑτέροις δέκα ἔτεσιν. Εἰς ἄκρον δὲ μανίας ὁ Νέρων ἀφικόμενος, ἀνεῖλε μὲν Ἀγριππίνην πρῶτα τὴν ἰδίαν μητέρα, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ πατρὸς, καὶ Ὀκταυίαν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἄλλους μυρίους τῷ γένει προσήκοντας. Μετέπειτα δὲ καθολικὸν ἐκίνησε διωγμὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ οὕτως ἐπὶ τὰς τῶν ἀποστόλων ἦλθε σφαγάς. Μεταστειλάμενος γὰρ τὸν Παῦλον αὖθις τῷ βήματι παριστᾷ. Συνῆλθε δὲ πάλιν ὁ Λουκᾶς αὐτῷ. Ἔνθα δὴ συνέδη τὸν Παῦλον, τριακοστῷ ἕκτῳ ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους, τρισκαιδεκάτῳ δὲ Νέρωνος μαρτυρῆσαι, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντα. Ἔστι τοίνυν ἀπὸ τοῦ ἐννεακαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος, ἐξ οὗ κηρύσσειν τὸ Εὐαγγέλιον ἤρξατο, ἕως τοῦ εἰκοστοῦ δευτέρου ἔτους, ἔτη τέσσαρα· καὶ τὰ Γαΐου δὲ ὡσαύτως, ἔτη τέσσαρα. Αὖθις δὲ καὶ τὰ Κλαυδίου ἔτη, μικρὸν ἐλάττω, δεκατέσσαρα. Ὃν διαδεξάμενος Νέρων, τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς, τὸν Ἀπόστολον ἀνεῖλεν. Γράφει γοῦν ὁ αὐτὸς ἀπόστολος Παῦλος Τιμοθέῳ, περὶ μὲν τῆς πρώτης αὐτοῦ ἀπολογίας τάδε· « Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον. Μὴ αὐτοῖς λογισθείη. Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσωσι πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος· » τοῦτον λέγων εἶναι τὸν Νέρωνα. Περὶ δὲ τῆς δευτέρας ἐν ᾗ καὶ τελειοῦται τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ, φησί· » Τὴν καλὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκε. « Καὶ ὅτι Λουκᾶς ἦν πάλιν σὺν αὐτῷ, μετ' ὀλίγα ἐπιστολῆς, » Ἀσπάζεταί σε, γράφει, ὁ Λουκᾶς ὁ σὺν ἐμοί. » Ἔστιν οὖν ὁ πᾶς χρόνος τοῦ κηρύγματος Παύλου, εἴκοσι καὶ ἓν ἔτος. Καὶ ἕτερα δύο ἔτη, ἃ διετέλεσεν ἐν τῷ κατὰ Καισάρειαν δεσμωτηρίῳ. Πρὸς δὲ τούτοις πάλιν, τὰ ἐν Ῥώμῃ πρότερα δύο ἔτη, καὶ τὰ τελευταῖα δὲ ἔτη δέκα· ὥστε εἶναι πάντα τὰ ἔτη ἀπὸ τῆς κλήσεως αὐτοῦ μέχρι τῆς τελειώσεως αὐτοῦ, τριάκοντα καὶ πέντε.

MARTYRIUM PAULI APOSTOLI.

Sub Nerone Romanorum imperatore, martyrio vitam ibidem finivit Paulus apostolus, capite gladio amputato, anno a salutari passione tricesimo sexto postquam Romæ bonum certaverat certamen, quinto die mensis Panemi, qui dies apud Romanos dicitur tertius Kalendarum Julii, quo complevit divus Apostolus suum martyrium, sexagesimo nono anno adventus Salvatoris nostri Jesu Christi.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ.

Ἐπὶ Νέρωνος τοῦ Καίσαρος Ῥωμαίων, ἐμαρτύρησεν αὐτόθι Παῦλος ὁ ἀποστολος, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἕκτῳ ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους, τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος ἐν Ῥώμῃ, πέμπτῃ ἡμέρᾳ Πανέμου μηνὸς, ἥτις λέγεται παρὰ Ῥωμαίοις, τῇ πρὸ τριῶν Καλανδῶν Ἰουλίων, καθ' ἣν ἐτελειώθη ὁ ἅγιος Ἀπόστολος τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ, ἑξηκοστῷ καὶ ἐννάτῳ ἔτει τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας.

[1] II Tim. IV, 16, 17.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Ἡ δὲ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴ περιέχει τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν παρασκευήν, μάλιστα τοῖς ἐκ φύσεως λογισμοῖς ἐλεγχθεῖσαν, καὶ διὰ τοῦτο προτάττεται ἄλλαις ἁπάσαις, ὡς δὴ πρὸς αὐτοὺς γεγραμμένη τοὺς ἤδη τὰ θεῖα προμυηθέντας. Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Κορίνθου, μήπω μὲν ἑωρακὼς Ῥωμαίους, ἀκούων δὲ περὶ αὐτῶν, καὶ ἐπιποθῶν αὐτοὺς ἰδεῖν. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεσθαί φησι τὴν πίστιν αὐτῶν, καταγγελλομένην ὁρῶν παντα-
χοῦ. Ἔπειτα σημαίνει πολλάκις ἑαυτὸν προθέμενον ἐλθεῖν, διὰ τὸν εἰς αὐτοὺς πόθον, τέως μὴ δεδυνῆ-
σθαι. Καὶ λοιπὸν διδασκαλικὴν τὴν ἐπιστολὴν ποιεῖται, περὶ κλήσεως ἐθνῶν. Καὶ ὅτι ἡ περιτομὴ ἕως καιροῦ ἦν, καὶ νῦν πέπαυται. Καὶ ὅτι διὰ τοῦ Χρι-
στοῦ λέλυται τὸ παράπτωμα τοῦ Ἀδὰμ, καὶ ἡ σκιὰ B τοῦ νόμου παρῆλθε. Τὴν μὲν οὖν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν ἀκολούθως κατασκευάζει οὕτως, ἀποδεικνὺς πᾶσιν ἀνθρώποις ἔμφυτον εἶναι τὸν νόμον, καὶ πάντας ἀδιδάκτῳ τε τῇ φύσει, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς κτίσεως δύνασθαι γινώσκειν τὸν Θεόν. Διὸ καὶ εἰκότως αἰ-
τιᾶται πρῶτον Ἕλληνας, ὡς μὲν τοῦ Θεοῦ φανερώ-
σαντος αὐτοῖς ἐκ τῶν ποιημάτων τοῦ κόσμου τὴν περὶ ἑαυτοῦ γνῶσιν καὶ τῆς ἀϊδίου δυνάμεως αὐτοῦ, ἥτις ἐστὶν ὁ λόγος αὐτοῦ, ἐν ᾧ καὶ δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν, αὐτοὺς δὲ, μὴ ἐγνωκέναι μὲν ἐκ τῶν κτισμάτων εἶναι Θεὸν τὸν τούτων Δημιουργὸν, τὰ δὲ ποιήματα θεοποιήσαντας, καὶ τῇ κτίσει μᾶλλον ἢ αὐτῷ λατρεύσαντας. Αἰτιᾶται δὲ καὶ Ἰουδαίους, ὡς μὴ φυλάξαντας τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ πᾶλλον διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου, τὸν Θεὸν ἀτιμάσαντας. Καὶ οὕτως ἀμφότερα τὰ μέγιστα Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας C συγκλείει καὶ ἐλέγχει ἐπὶ παρανομίᾳ, ἵνα δείξῃ ὅτι ὅσοι γενόμενοι οἱ πάντες, ἐπίσης ὡς ὑπεύθυνοι, τοῦ λυτρουμένου δέονται. Τῆς δὲ χάριτος καὶ λυτρώσεως ἐπίσης τοῖς Ἰουδαίοις γενομένης καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη, εἰκότως καὶ ἡ κλῆσις γέγονε τῶν ἐθνῶν. Τῆς δὲ κλήσεως τῶν ἐθνῶν γενομένης, ἐξ ἀνάγκης πέπαυ-
ται ἡ περιτομὴ, καὶ ἡ ἐν τῷ νόμῳ σκιά. Ὁ γὰρ Ἄβραμ, φησὶν, οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλὰ πρὸ τῆς περι-
τομῆς δικαιωθεὶς, μετωνομάσθη μὲν Ἀβραὰμ, ὅτι πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν ἔμελλεν εἶναι, κατὰ τὴν ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστιν. Ἔλαβε δὲ μετὰ τὸ δικαιωθῆναι καὶ τὴν περιτομὴν ἐν σαρκὶ, ἵνα σημεῖον ᾖ τοῖς κατὰ σάρκα γεννωμένοις ἐξ αὐτοῦ, παύσεσθαί ποτε τὴν περιτομὴν, ὅταν τὰ ἔθνη γένηται τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, ἀρξάμενα πολιτεύεσθαι κατὰ τὴν πίστιν D τοῦ Ἀβραὰμ, ἐν ᾗ ἐδικαιώθη ὅτε ἦν ἐν ἀκροβυστίᾳ. Τούτων γὰρ χάριν μετωνομάσθη Ἀβραὰμ.

Ἀνάγκη δὲ, ἐλθόντων τῶν σημαινομένων, παύσασθαι τὸ σημαῖνον. Εἰ μὲν οὖν τὰ ἔθνη ἀναγκάζουσι περιτέμνεσθαι, παυέτωσαν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ καλείσθω Ἄβραμ. Εἰ δὲ Ἀβραὰμ παρὰ Θεοῦ μετωνομάσθη, οὐ δεῖ περιτέμνεσθαι τὰ ἔθνη, ἀλλ' οὐδὲ αὐτοὺς ἔτι τοὺς κατὰ σάρκα Ἰου-
δαίους, ἵνα ᾖ τὸ ὄνομα βέβαιον, καὶ πατὴρ ἐθνῶν πολλῶν καλῆται. Καὶ γὰρ οὐ χρείαν ἔχει λοιπόν τις περιτέμνεσθαι, ἀρκούμενος τῇ πίστει τοῦ Ἀβραὰμ, οὐδὲ τῆς ἄλλης δὲ τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς. Οὐ γὰρ ἐκ

ARGUMENTUM EPISTOLÆ AD ROMANOS.

Epistola ad Romanos complectitur instructionem ad Christum, et maxime per naturalium rationum demonstrationem : **196** ideoque cæteris præposita est, tanquam certe ad eos scripta qui ad divinum cultum jam habebant principium. Hanc autem a Corintho mittit, cum necdum Romanos vidisset, sed de ipsis audisset, eosque videndi cupidus esset. Et primum quidem ait sibi gratam esse illorum fidem quam ubique locorum divulgari videt. Deinde significat quod frequenter proposuerit ad ipsos venire, accensus eorum desiderio, adhuc tamen non potuerit. Et deinceps eruditionis plenam conscribit epistolam, de vocatione gentium quodque circumcisio solum ad tempus posita erat, tunc autem cessaverat, et quod per Christum erat deletum Adæ peccatum, umbraque legis transierat. Vocationem itaque gentium consequenter ita confirmat, ostendens cunctis hominibus consitam esse legem, omnesque et natura rudes esse, et tamen ab ipsis creaturis posse Deum cognoscere. Propterea merito arguit, primum quidem Græcos, quod cum illis Deus ex creaturis mundi, sui ipsius cognitionem manifestasset, suamque virtutem æternam, quæ est Verbum ejus, in quo et per quem omnia creavit, illi tamen a creaturis non cognoverant Deum, qui ista formaverat sed ipsas creaturas deos fecerant, ac coluerant, creaturam potius quam Creatorem. Arguit autem et Judæos ut qui legem non servassent, sed per legis transgressionem Deum inhonorassent : et ita utrosque tum Judæos tum Græcos maxime convicit ac transgressionis accusat : ut ostendat quod quicunque nati sunt, omnes ex æquo egeant Redemptore, utpote obnoxii : gratia vero et redemptione Judæis ac gentibus ex æquo facta, merito etiam gentium facta sit vocatio : facta autem gentium vocatione, necessario cessavit circumcisio ac umbra quæ in lege erat. Abram enim non in circumcisione, inquit, sed ante circumcisionem justificatus, nominis transmutatione dictus est Abraham, quod pater multarum gentium futurus esset, secundum fidem quam in præputio habuerat. Sumpsit autem postquam justificatus est circumcisionem in carne, ut signum esset his qui secundum carnem ab eo propagarentur. Cessaturum autem tunc dicit circumcisionem, cum gentes filii fuerint Abrahæ, quorum jam cœperat conversatio in fide **197** Abraham, in qua justificatus est cum esset in præputio : ideo enim transmutato nomine dictus est Abraham.

Necesse est autem succedentibus significatis cessare signum. Si ergo gentds necesse est circumcidi, cesset et nomen Abraham, voceturque Abram : si vero Abraham a Deo nominis mutatione dictus est, non opus est gente circumcidi : imo neque deinceps eos qui Judæi sunt secundum carnem : ut sit nomen firmum et pater multarum gentium nuncupetur. Etenim non necesse est, ut quis deinceps circumcidatur, cum illis sufficiat fides Abrahæ : nec ut observet aliam legis umbram. Non enim ex hi-

sed ex fide justificatur quispiam, quemadmodum et Abraham. His ita confirmatis, ostendit rursum quod aliter fieri nequeat redemptio aut gratia Israeli vel gentibus, nisi solvatur vetus Adæ peccatum, quod ad omnes dimanavit. Per alium autem non posse deleri dicit nisi per Christum Deum, per quem etiam a principio facta est maledictio : neque enim posset alius solvere peccatum. Deinde scribit quod hoc aliter non fiat nisi Filius Dei corpus induat, ac fiat homo : ut cum illud pro omnibus obtulerit, omnes a morte liberet : et sicut per eum hominem peccatum in mundum introivit, ita et per unum hominem gratia succedat. Tandem more probi œconomi Judæos quidem consolatur, dicens : « Non estis legis transgressores si in Christum credideritis ; » eos vero qui a gentibus crediderunt, admonet ne extollantur adversus Israelem, sed agnoscant quod ut rami super radicem, ita et ipsi super illos inserti sint. Post hæc autem ubi monitoriis verbis eos de moribus edocuit, epistolam concludit.

A τούτων, ἀλλ' ἐκ πίστεως δικαιοῦταί τις, καθάπερ καὶ ὁ Ἀβραάμ. Ταῦτα οὕτως κατασκευάσας, ἀποδείκνυσι πάλιν ὅτι ἄλλως οὐκ ἂν γένοιτο λύτρωσις καὶ χάρις τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοῖς ἔθνεσιν, εἰ μὴ λυθῇ ἡ ἀρχαία ἁμαρτία τοῦ Ἀδάμ, ἡ εἰς πάντας γενομένη. Δι' ἄλλου δὲ ταύτην μὴ δύνασθαι ἐξαλειφθῆναί φησιν, ἀλλ' ἢ διὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ καὶ ἐξ ἀρχῆς κατάρα γέγονεν. Οὐ γὰρ δυνατὸν ἦν, ἄλλον λῦσαι τὸ παράπτωμα. Εἶτα γράφει ὅτι ἄλλως τοῦτο οὐ μὴ γένηται, εἰ μὴ σῶμα φορέσῃ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ γένηται ἄνθρωπος, ἵνα τοῦτο προσενέγκας ὑπὲρ πάντων, τοὺς πάντας ἐλευθερώσῃ ἀπὸ τοῦ θανάτου. Καὶ ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν, οὕτως καὶ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ χάρις γένηται. Καὶ λοιπὸν ὡς καλὸς οἰκονόμος, τοὺς μὲν B Ἰουδαίους παραμυθεῖται, ὅτι « Οὐ παραβάται γίνεσθε τοῦ νόμου, ἐὰν εἰς τὸν Χριστὸν πιστεύσητε. » Τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν παρεγγυᾷ, μὴ ἐπαίρεσθαι κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γινώσκειν ὅτι ὡς κλάδος ἐπὶ τὴν ῥίζαν, οὕτως ἐπ' ἐκείνους ἐνεκεντρίσθησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα παραινετικοὺς λόγους εἰς τὰ ἤθη διδάξας, τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

---

198 *EPISTOLÆ AD ROMANOS CAPITULA*

1. *Evangelica doctrina de his qui extra Christi gratiam vivunt, et de his qui in gratia : ac de spe spiritualique conversatione.*
2. *De judicio, quod fertur adversus gentes, non servantes ea quæ a natura sunt.*
3. *De judicio, quod fertur adversus Israelitas legalia non servantes.*
4. *De Israelitarum prærogativa, qui promissionem consecuti sunt.*
5. *De gratia qua sola homines justificantur, nullum discernendo genus, sed Dei dono juxta Abrahæ typum æqualiter honorantur.*
6. *De reposita spe.*
7. *Quomodo nos introduxerit ad salutem Jesus Christus factus homo pro terrigena Adam, qui ab initio ceciderat.*
8. *De bonorum operum actione, quæ fidem debent comitari.*
9. *Repetitio de vita, quæ est in charitate.*
10. *De condemnatione, quæ propter peccatum erat sub lege.*
11. *De affectibus humanæ naturæ, quæ impossibilem reddunt conformitatem ad legem.*

199 12. *De permutatione naturalium affectuum per conformationem ad spiritum.*
13. *Repetitio de gloria, quæ sanctis reposita est.*
14. *De amore qui Christo debetur.*
15. *De casu adjectorum Israelitarum, ac verorum revocatione, qui cum gentibus introducti sunt.*

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

α'. Εὐαγγελικὴ διδασκαλία περί γε τῶν ἔξω χάριτος Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐν χάριτι, καὶ περὶ ἐλπίδος καὶ πολιτείας πνευματικῆς.

β'. Περὶ κρίσεως τῆς κατὰ ἐθνῶν, τῶν οὐ φυλασσόντων τὰ φυσικά. D

γ'. Περὶ κρίσεως τῆς κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, τοῦ μὴ φυλάσσοντος τὰ νόμιμα.

δ'. Περὶ ὑπεροχῆς Ἰσραὴλ, τοῦ τυγχάνοντος τῆς ἐπαγγελίας

ε'. Περὶ χάριτος, δι' ἧς ἄνθρωποι μόνον δικαιοῦνται, οὐ κατὰ γένος διακεκριμένως, ἀλλὰ κατὰ Θεοῦ δόσιν ἰσοτίμως κατὰ τὸν Ἀβραὰμ τύπον.

ς'. Περὶ τῆς ἀποκειμένης ἐλπίδος.

ζ'. Περὶ εἰσαγωγῆς τοῦ πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀντὶ τοῦ πεσόντος ἐξ ἀρχῆς γηγενοῦς Ἀδάμ.

η'. Περὶ τῆς ὀφειλομένης ἐπὶ τῇ πίστει πράξεως ἀγαθῆς.

θ'. Ἐπανάληψις περὶ τῆς ἐν χάριτι ζωῆς.

ι'. Περὶ τῆς ὑπὸ νόμου κατακρίσεως διὰ τὴν ἁμαρτίαν. D

ια'. Περὶ τῶν ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει παθῶν, ἀδύνατον ποιούντων τὴν πρὸς νόμον συμφωνίαν.

ιβ'. Περὶ ἀποδόσεως τῶν φυσικῶν παθημάτων, διὰ τῆς πρὸς τὸ πνεῦμα συμφωνίας.

ιγ'. Ἐπανάληψις περὶ τῆς ἀποκειμένης τοῖς ἁγίοις δόξης.

ιδ'. Περὶ τῆς ὀφειλομένης ἀγάπης Χριστοῦ.

ιε'. Περὶ ἐκπτώσεως Ἰσραὴλ τοῦ ἀποβληθέντος, καὶ κλήσεως τοῦ ἀληθοῦς, τοῦ εἰσαχθέντος μετὰ ἐθνῶν.

ις'. Ὅτε κατὰ ἀπιστίαν ἡ ἔκπτωσις διὰ τῆς εἰς ἄγνοιαν καταλήψεως καὶ τοῦ μὴ ἁρμόζοντος αὐτοῖς κηρύγματος.

ιζ'. Περὶ τοῦ σκοποῦ καθ' ὃν ἐξεβλήθησαν, ὥστε δεύτερον ἐπανελθεῖν ζήλῳ τῶν τιμηθέντων ἐθνῶν συναχθέντων.

ιη'. Παραίνεσις περὶ ἀρετῆς τῆς πρὸς Θεὸν καὶ ἀνθρώπους.

ιθ'. Περὶ μιμήσεως τῆς Χριστοῦ ἀνεξικακίας.

κ'. Περὶ λειτουργίας αὐτοῦ, τῆς ἐν ἀνατολῇ καὶ δύσει.

A 16. *Quando juxta incredulitatem fuit casus Judæorum per scientiam erroneam, et prædicationem quæ illis non conveniebat.*

17. *De scopo secundum quem ejecti sunt, ut postmodum reverteretur imitatione gentium honoratarum, hoc est fidelium, quæ in fide convenerunt.*

18. *Adhortatio ad virtutem, quæ erga Deum est et homines.*

19. *De imitatione clementiæ Christi.*

20. *De ministerio ipsius Pauli in partibus Orientis et Occidentis.*

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Ηρὶν ἐπιδημῆσαι Παῦλον ἐν τῇ Ῥώμῃ, παρηγγελμένοι ἦσαν οἱ Ἰουδαῖοι, μὴ παραδέξασθαι τὸ περὶ τοῦ Χριστοῦ κήρυγμα. Οὐκ αὐτοὶ δὲ μόνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ πανταχοῦ γῆς. Πόθεν δῆλον ταῦτο ; Εὕρομεν ἐν τοῖς τῶν παλαιῶν συγγράμμασιν, ὡς οἱ τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντες ἱερεῖς καὶ γραμματεῖς καὶ πρεσβύτεροι, γράμματα διαχαράξαντες, εἰς πάντα διεπέμψαντο τὰ ἔθνη, τοῖς ἁπανταχοῦ Ἰουδαίοις, διαβάλλοντες τὴν τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν, ὡς ἀλλοτρίαν τοῦ Θεοῦ. Παρήγγελλόν τε δι' ἐπιστολῶν, μὴ παραδέξασθαι αὐτήν. Τοῦτο δὴ αὐτὸ σημαίναι ἔοικε καὶ ἡ λέγουσα προφητεία Ἡσαΐου· « Οὐαὶ γῆς, πλοίων πτέρυγες, ἐπέκεινα ποταμῶν Αἰθιοπίας, ὁ ἀποστέλλων ἐν θαλάσσῃ ὅμηρα, καὶ ἐπιστολὰς βυβλίνας ἐπάνω τοῦ ὕδατος. » Δι' ὧν σθμαίνει, ὡς καὶ πέραν τῆς Αἰθιόπων χώρας, καὶ τῶν ἐσχατιῶν τῆς γῆς, ὁ τῆς πονηρίας ἦχος τῶν τὴν Ἰουδαίαν οἰκούντων, διά τινων ὥσπερ ἱπταμένων πλοίων προῆλθεν. Οἵ τε ἀποστολοι αὐτῶν, ἐπιστολὰς βυβλίνας ἐπικομιζόμενοι, ὑπεράνω τε τῶν ὑδάτων ναυτιλλόμενοι καί τὴν θάλασσαν πλέοντες, πανταχοῦ γῆς διέτρεχον, τὸν περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διαβάλλοντες λόγον. Ἀποστόλους δὲ εἰς ἔτι καὶ νῦν ἔθος ἐστὶν Ἰουδαίοις ὀνομάζειν, τοὺς ἐγκύκλια γράμματα παρὰ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν ἐπικομιζομένους. Τὸ δὲ ἑξῆς τῆς προφητείας, περὶ τῶν μαθητῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰρῆσθαι. Οὓς διὰ τὸ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαθῶν εὐαγγελιστὰς εἶναι, ἀγγέλους κούφους ὠνόμασε, πρὸς ἀντιδιαστολὴν ὧν ἐδήλωσεν Ἰουδαϊκῶν ἀποστόλων.

[1] Isa. XVIII, 1, 2.

200 SCHOLIUM.

B Priusquam Paulus Romam accederet, admoniti erant Judæi, ne prædicationem de Christo susciperent : nec soli ipsi, sed et omnes qui ubique locorum agebant. Verum unde id manifestum est? Invenimus in veterum commentariis quod sacerdotes et scribæ ac seniores qui Hierosolyma inhabitabant, exaratas litteras ad omnes nationes transmiserant Judæis, ubicunque terrarum dispersi essent, Christi doctrinam calumniantes, tanquam a Deo alienam, atque epistolis admonebant, ne illam susciperent. Hoc ipsum certe videtur Isaiæ prophetia significare quæ sic habebat : « Væ terræ, navium alæ, trans flumina Æthiopiæ, (ὁ ἀποστελλων) qui mittit per mare obsides ac litteras papyraceas super aquam[1]. » His significat quod ultra C Æthiopum quoque regiones et novissimos terræ fines, sonus malitiæ eorum qui Judæam inhabitabant per quædam veluti alata navigia processerit : et illorum apostoli litteras papyraceas deferentes, super aquas navigantes, mareque transeuntes ubique terrarum discurrebant, sermonem qui de Salvatore nostro erat calumniantes. Porro ad hoc usque tempus moris est Judæis apostolos appellare illos, qui quotidiana epistolia ab ipsorum magistratibus deferunt. Quod autem in prophetia sequitur, de discipulis Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi dicitur, quos eo quod omnibus hominibus bonorum evangelizatores sive nuntii sint, angelos leves appellavit, ad eorum distinctionem quos Judaicos apostolos significaverat.

ΠΑΥΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ
ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ

—

PAULI EPISTOLA AD ROMANOS.

—

201 CAPUT PRIMUM.

Evangelica doctrina de his qui extra Christi gratiam vivunt, et de his qui in gratia : et de spe spirituali que conversatione

I, 1. *Paulus servus Jesu Christi.*

Simul cum eo quod sequitur : « Paulus apostolus omnibus qui estis Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis et pax, » tantumdem est ac si dicatur : Quidam cuidam salutem. Interim autem conspicuum facit et evangelicum sermonem et suum Evangelium quidem non quoad tempus novum esse, sed per prophetas pronuntiatum, nunc autem manifestatum astruens. Meminit autem Davidis ad quem facta est promissio, seipsum vero dicit hujus præconem designatum esse, ne temere post Petri doctrinam ad præcipiendum venisse videatur, sed divinum potius explere præceptum. Proprium autem nomen veteri more præponit veluti cum dicitur, « Claudius Lysias maxime strenuo præsidi Felici salutem[3], » aut nomen Paulus præposuit, ne os quidem aperire volens, quin beneficii Domini meminisset : ac si dicat : Paulus, qui et ipsam vocationem a Domini beneficentia et liberalitate **202** habet : Paulus, qui omnia sumit a Christo, vocationem, gratiam, conversationem. Aut absentibus scribens suum nomen merito præposuit. Propterea autem mutato nomine e Saulo dictus est Paulus, ne vel in hoc apostolis aut ipso etiam coryphæo Petro inferior esse videretur, aut minus aliquid habere. « Servus. » Multi sunt servitutis modi : unus creationis, alius fidei, tertius apostolatus, quartus conversationis. Omnes autem habuit Paulus. Porro solitus est proprio nomini adjungere « Apostolus, » nunc autem præposuit « Servus, » Romanos ad pietatem ac modestiam inducens. Nam adeo magnifice de se sentiebant, ut quos videretur suo decreto deos crearent. Unde (sicut fertur) cum ipsis indicasset qui in Judææ partibus præsidem agebat de Christo : quod Jesum quemdam ibidem natum, admirandorum patratorem operum a mortuis surrexisse dicerent, Deumque prædicarent : decreto repulisse aiunt, quod id præter ipsorum voluntatem ausus fuisset. Fuit autem divinæ dispen-

[3] Act. XXIII, 26.

A ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟ.

Εὐαγγελικὴ διδασκαλία περί τε τῶν ἔξω χάριτος Χριστοῦ καὶ τῶν ἐν χάριτι, καὶ περὶ ἐλπίδος καὶ πολιτείας πνευματικῆς.

Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Τὸ ἑξῆς, « Παῦλος ἀπόστολος, πᾶσι τοῖς ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς Θεοῦ κλητοῖς ἁγίοις, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη, » οἷον Ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι χαίρειν. Συμφαίνει δὲ μεταξὺ, τὸν περὶ τοῦ Εὐαγγελίου λόγον, καὶ ἑαυτοῦ τὸ μὲν Εὐαγγέλιον, μηδὲ κατὰ χρόνον εἶναι νεώτερον, ἀλλὰ προκατηγγέλθαι μὲν διὰ προφητῶν, νῦν δὲ πεφανερῶσθαι φάσκων. Ἐπεμνήσθη δὲ καὶ τοῦ Δαυὶδ πρὸς ὃν ἡ ὑπόσχεσις, καὶ ἑαυτὸν εἶπε τούτου κήρυκα προβεβλῆσθαι, ὡς ἂν μὴ προπετῶς μετὰ τὴν τοῦ Πέτρου διδασκαλίαν, πρὸς τὸ ἐπιστέλλειν ἐληλυθέναι δοκοίη, θεῖον δὲ μᾶλλον ἐπίταγμα B ἐκπληρῶν. [ΦΩΤ] Προτάττει δὲ τὸ οἰκεῖον ὄνομα, ἢ κατὰ συνήθειαν ἀρχαίαν, οἷον. « Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν· » ἢ προέταξε τὸ, Παῦλος, μηδὲ διαίρειν στόμα ἄνευ τοῦ μεμνῆσθαι τῆς Δεσποτικῆς εὐεργεσίας βουλόμενος, οἷον, Παῦλος, φησὶν, ὁ καὶ αὐτὴν τὴν κλῆσιν ἐξ εὐεργεσίας καὶ φιλοτιμίας ἔχων Δεσποτικῆς· Παῦλος ὁ πάντα φέρων ἀπὸ Χριστοῦ, τὴν κλῆσιν, τὴν χάριν, τὴν πολιτείαν· Ἢ ἀποῦσι γράφων, εἰκότως αὐτοῦ τὸ ὄνομα προέταξε. Διὰ τοῦτο δὲ ἀπὸ Σαύλου εἰς Παῦλον μετετέθη, ἵνα μηδ' ἐν τούτῳ φανῇ ἔλαττον ἔχων τῶν ἀποστόλων, μηδ' αὐτοῦ τοῦ κορυφαίου Πέτρου. « Δοῦλος. » Πολλοὶ δουλείας τρόποι, εἷς ὁ τῆς δημιουργίας, εἷς ὁ τῆς πίστεως, ἄλλος ὁ τῆς ἀποστολῆς, ἕτερος ὁ ἀπὸ τῆς πολιτείας. Καὶ πάντας C ἔσχεν ὁ Παῦλος. Εἰωθὼς δὲ συνάπτειν τῷ οἰκείῳ ὀνόματι τὸ, « Ἀπόστολος, » νῦν τὸ, « δοῦλος, » προτέταχεν, εἰς εὐλάβειαν Ῥωμαίους ἐνάγων. Οὕτως γὰρ ἦσαν περφρονημάτισμένοι, ὡς ψηφίσματι θεοὺς ἀναγορεύειν οὓς βουληθεῖεν. Ὅθεν, ὡς λόγος, γνωρίσαντος αὐτοῖς τοῦ κατὰ Ἰουδαίαν ἄρχοντος περὶ Χριστοῦ, ὅτι Ἰησοῦν τινα γενόμενον ἐνταῦθα θαυματοποιὸν, μετὰ θάνατον ἐγηγέρθαι λέγουσι καὶ Θεὸν κηρύττου, ἀποψηφίσασθαι τοῦτο, διὰ τὸ παρὰ γνώμην αὐτῶν τετολμῆσθαι. Ἦν δὲ θαίας οἰκονομίας, ὡς ἂν μὴ δόξῃ κατ' ἀνθρωπίνην καὶ τοῦτο κεκρατηκέναι σπουδήν. « Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τὸ Ἰη-

σοῦς, τὸ ἀνθρώπιον δηλοῖ, τὴν δὲ τοῦ Πνεύματος A χρίσιν τὸ Χριστός.

sationis ut ita fieret, ne videretur et hoc obtinuisse humana diligentia. « Jesu Christi. » Jesus humanitatem significat : Christus vero Spiritus unctionem.

Κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα· τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

I, 1-4. *Vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas in Scripturis sanctis de ipso Filio suo : qui factus est ei ex semine David, secundum carnem. Qui declaratus est filius Dei per virtutem, secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri.*

Εὐγνωμόνως ὁμολογεῖ, ὅτι οὐχ ἑκὼν προσῆλθεν, ἀλλὰ κληθείς. Κληθεὶς δὲ, οὐκ εἰς πίστιν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀποστολήν. Ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ. » Ἄλλος μὲν, φησὶν, ἐν ἄλλοις, ἐγὼ δὲ εἰς Εὐαγγέλιον ἀφώρισμαι, ὅπερ Θεὸν ὄντα τὸν Χρι- B στὸν, εὐηγγελίζετο. Τὸν γὰρ Πατέρα προῄδεσαν ἐκ τῆς Παλαιᾶς. Οὐδὲν δὲ, φησὶν, ἐρῶ σκυθρωπὸν, ὡς οἱ προφῆται, ἀλλ' εὐαγγελίζομαι Θεὸν ἐνηνθρωπηκότα. « Ὃ προεπηγγείλατο. » Μηδεὶς, φησὶ, καινοτομεῖν με νομίσῃ, πάλαι ἐπήγγελτο τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον. Τὸ δὲ, « ἐν Γραφαῖς, » δηλοῖ, ὅτι οὐ μόνον ἔλεγον οἱ προφῆται, ἀλλὰ καὶ ἔγραφον. Οὐκ εἶπε, περὶ Υἱοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ, Τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τὸν φύσει καὶ ἕνα καὶ κυρίως Υἱὸν καὶ Μονογενῆ δηλῶν. « Κατὰ σάρκα. » Κατὰ γὰρ πνεῦμα, Υἱὸς Θεοῦ ἦν. « Τοῦ ὁρισθέντο. » Τοῦ ἀποδειχθέντος καὶ ἀποφανθέντος διά τε τῶν προφητῶν, διά τε τῶν τοσούτων θεσημείων, διά τε τῆς ἀναστάσεως. Τούτων γὰρ ἡ συνδρομὴ, διορίζει αὐτὸν ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν κατὰ χάριν κληθέντων υἱῶν. Διὸ καί τις, τοῦ ὁρισθέντος, τοῦ C ἐπιγνωσθέντος, φησὶ, καὶ εἰς γνῶσιν ἀνθρώποις ἐλθόντος. Εἰώθαμεν γὰρ δι' ὁρισμῶν τινων ἐπιγινώσκειν, ἃ βεβαίως καὶ οὐκ ἐν δισταγμῷ ἐπιστάμεθα. « Ἐν δυνάμει. » Τουτέστιν, οὐ Χάριτι, ὡς οἱ πολλοὶ, ἀλλὰ δυνάμει οἰκείᾳ, ἣν ἐνήργει ἐν ταῖς θεοσημείαις. « Κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης. » Καὶ ἐν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, φησὶν, ὃ παρέχει τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν. « Ἐξ ἀναστάσεως. » Καὶ ἐκ τῆς ἀναστάσεως, φησὶ, καὶ τῆς τοῦ θανάτου καταλύσεως. Ἀναστάσεως δὲ, ἧς αὐτὸς ἀνέστη ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός.

Modeste confitetur quod non ultroneus acceserit, sed vocatus. Vocatus autem non tantum ad fidem, sed etiam ad apostolatum. « Segregatus in Evangelium Dei. » Alius quidem ad alia, ego vero ad Evangelium, inquit, segregatus sum, ut Christum, qui Deus est, annuntiarem. Patrem namque a veteri lege præcognoverant. Nihil autem triste dico more prophetarum, sed Deum factum esse hominem annuntio. « Quod ante promiserat. » Nullus, inquit, me res novas moliri arbitretur. Olim annuntiatum est Evangelium. Quod autem addit, « In Scripturis, » significat quod non solum dicebant prophetæ, sed et scribebant. Nec simpliciter dixit, De filio. sed περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, addito articulo ; id est, de ipso Filio suo, eum videlicet significans, qui natura et **203** unus, proprieque Filius esse Unigenitus « Secundum carnem. » Nam secundum spiritum Filius Dei erat. « Qui declaratus est. » Qui demonstratus est per prophetas, et per tot divina signa, et per resurrectionem. Horum enim concursus segregat ipsum ab aliis omnibus, qui per gratiam vocati sunt. Ideo etiam quidam ὁρισθέντος cogniti interpretatur, et in hominum notitiam venientis. Solemus enim δι' ὁρισμῶν τινων, hoc est per definitiones quasdam, cognoscere quæ firmiter et non ambigendo cognovimus. « Per virtutem. » Hoc est, non gratia, ut multi, sed virtute propria quam in divinis signis exserebat. « Secundum Spiritum sanctificationis. » Et ex Spiritu, ait, quem dat in se credentibus. « Ex resurrectione. « Et ex resurrectione, inquit, mortisque destructione : resurrectione autem qua surrexit ipse Dominus noster Jesus Christus.

Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς Θεοῦ κλητοῖς ἁγίοις· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

I, 5-7. *Per quem accepimus gratiam et apostolatum ad obediendum fidei per omnes gentes, super nomine ejus, inter quas estis et vos vocati Jesu Christi. Omnibus qui estis Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.*

Οὐκ ἐξ οἰκείων, φησὶ, κατορθώματα ἐλάβομεν τὴν ἀποστολὴν, ἀλλὰ τὸ πᾶν χάριτος καὶ δωρεᾶς ἐστι. « Χάριν καὶ ἀποστολὴν, » ἀντὶ τοῦ, χάριν εἰς ἀποστολήν. Καίτοι τοῦ Πνεύματος ἡ ἀποστολὴ αὐτοῦ, ὡς ἐν ταῖς Πράξεσι κεῖται. Ἀλλὰ πάντα κοινὰ οἴδε τὰ τῆς ἁγίας Τριάδος. » Εἰς ὑπακοὴν πίστεως. » Καὶ γὰρ οὐ δεῖ πολυπραγμονεῖν γέννησιν καὶ οὐσίαν Θεοῦ, ἀλλὰ μόνον ὑπακούειν. « Ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. » Εἰ

Non ex propriis, inquit, bonis operibus apostolatum accepimus, sed quidquid id est, gratia est, et donum. « Gratiam et apostolatum. » hoc est gratiam ad apostolatum. Atqui apostolatus ejus Spiritus sancti est, sicut in Actis habetur : sed omnia sanctæ Trinitatis opera novit esse communia. « Ad obediendum fidei. « Neque enim oportet Dei generationem vel substantiam curiose scrutari, sed tan-

tum obedire. « Per omnes gentes. » Nam etsi ipse non omnis circuierit, nihilominus omnibus annuntiatum est Evangelium, per cæteros videlicet apostolos. « Super nomine ejus. » Fides enim in nomen ejus fuit. Nam ipsum gentes non viderunt, sed solo ejus nomine divulgato crediderunt. Et vere gratia plena erat apostolica functio discipulorum, quia persuaserunt gentibus, ut obedirent ac crederent in Christum, idque cum piscatores essent ac litterarum ignari. « Inter quas estis. et vos. » Hoc est, cum quibus gentibus et vos vocati estis. Neque enim a vobis ipsis venistis. Comprimit **204** autem fastum illorum, ac si diceret: Ne putetis regiam ac dominandum civitatem amplius quidpiam hac in re habere præ cæteris, sed cum reliquis gentibus vocati estis. « Omnibus qui estis Romæ, dilectis Dei. » Siquidem non est apud Deum discretio divitis a paupere. Deinde postquam dixit, « Omnibus, « ne dicant: Quid ergo? omnes æquali habet in honore, bonos ac malos, fideles ac infideles? subjunxit, « Vocatis sanctis. » Nam omnes sancti æquali sunt in honore apud illum, nec inter ipsos est distinctio. Primum autem « Dilectis Dei » posuit, deinde « Vocatis sanctis: » Unde, inquit, vocati estis? ex quibus laboribus? per quæ egregia facinora? unde sancti estis? Nempe ex sola Dei dilectione: cum enim gratis dilexisset nos, suumque sanguinem pro nobis fudisset, ad sanctificationem nos vocavit, suisque regni hæreditariam possessionem? Ideoque ubique locorum « Vocatis » dicit, beneficii Dei reddens nos memores. « Gratia vobis. « Nemo enim ex operibus salvus fieri potest, inquit. « A Deo Patre. » Nam gratia et pax quæ a Deo est stabilitatem habet. Quod autem additur « Patre, » adoptionem demonstrat.

A γὰρ καὶ μὴ αὐτὸς πάντα περιῆλθεν, ἀλλὰ καὶ οὕτω πάντες εὐηγγελίσθησαν διὰ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων. « Ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. » Ἡ γὰρ πίστις εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ γέγονεν. Αὐτὸν γὰρ τὰ ἔθνη οὐκ ἐθεάσατο, ἀλλὰ μόνου κηρυττομένου τοῦ ὀνόματος, ἐκεῖνοι ἐπίστευον. Ὄντως πλήρης ἦν χάριτος ἡ ἀποστολὴ τῶν μαθητῶν, ὅτι ἔπεισαν ὑπακοῦσαι καὶ πιστεῦσαι τὰ ἔθνη τῷ Χριστῷ, καὶ ταῦτα ἀνθρωποι ἁλιεῖς καὶ ἀγράμματοι, « Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς. » Τουτέστι μεθ' ὧν ἐθνῶν καὶ ὑμεῖς ἐκλήθητε· Οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν ἥκετε. Καταστέλλει δὲ αὐτῶν τὸ φρόνημα, ὡσεὶ ἔλεγεν· Μὴ νομίσητε, ὡς βασιλεύουσα πόλις, πλέον τι τῶν ἄλλων ἔχειν, ἀλλὰ μετὰ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν ἐκλήθητε. « Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς Θεοῦ. » Οὐ γάρ ἐστι παρ' αὐτῷ διαστολὴ πλουσίου καὶ πένητος. Εἶτα ἐπειδὴ εἶπε. « Πᾶσιν, » ἵνα μὴ εἴπωσι. Τί οὖν ; πάντας ὁμοτίμους ἠγῇ, καὶ ἀγαθοὺς καὶ φαύλους, καὶ πιστοὺς καὶ ἀπίστους ; ἐπισυνῆψε· « Κλητοῖς ἁγίοις. » Ἅπαντες γὰρ αὐτῷ οἱ ἅγιοι ὁμότιμοι, καὶ διαστολὴ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς. Πρῶτον δὲ τὸ, « Ἠγαπητοῖς Θεοῦ, « τέθεικεν, εἶτα τὸ, « Κλητοῖς ἁγίοις. » Πόθεν ἐκλήθητε, φησίν ; ἐκ ποίων πόνων ; ἐκ ποίων κατορθωμάτων ; πόθεν ἐστὲ ἅγιοι, ἀλλ' ἢ ἐκ μόνης τῆς ἀγάπης Θεοῦ ; Αὐτὸς γὰρ δωρεὰν ἀγαπήσας ἡμᾶς, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχέας, ἐκάλεσεν ἡμᾶς εἰς ἁγιασμὸν καὶ κληρονομίαν τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Διὸ καὶ πανταχοῦ, « Κλητοῖς, » λέγων, τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμᾶς εὐεργεσίας ἀναμιμνήσκει. « Χάρις ὑμῖν. » Οὐδεὶς γὰρ, φησὶν, ἐξ ἔργων δύναται σωθῆναι. « Ἀπὸ Θεοῦ Πατρός. » Ἡ γὰρ ἀπὸ Θεοῦ χάρις καὶ εἰρήνη τὸ βέβαιον ἔχει. Τὸ δὲ, « Ἀπὸ Πατρὸς, » τὴν υἱοθεσίαν ἐνδείκνυται.

I, 8-10. *Primum quidem gratias ago Deo meo, per Jesum Christum pro vobis omnibus, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo. Testis enim mihi est Deus, quem colo in spiritu meo, in Evangelio Filii ejus, quod indesinenter mentionem vestri faciam: semper in precibus meis obsecrans si quo modo jam tandem prosperum mihi contingat iter per voluntatem Dei veniendi ad vos.*

Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Μάρτυς γάρ μού ἐστιν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι· πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου δεόμενος εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

Oportuit enim a gratiarum actione proœmium assumere, et gratias agere, non pro suis tantum virtutibus, verum etiam pro his quæ proximorum sunt: nam id charitatis est. « Deo meo. » Dilectionis et amoris indicium est, nam eum qui cunctorum Deum est sibi proprium facit. « Per Jesum. » Ipse quidem nobis causa est gratiarum actionis erga Patrem: qui et nos assumpsit et suo sangnine nos illi reconciliavit. « Quia fides vestra. » Verisimile enim errt apud omnes passim divulgari fidem Romanorum. « Testis enim. » Merito Deum in testem adducit, cum persuadere vellet hominibus quibus difficile esset **205** persuadere. « Quem colo. » Hoc est, cui servio. Multæ sunt autem cultus species. Siquidem et qui precatur, et qui jeju-

Ἔδει γὰρ ἐξ εὐχαριστίας προοιμιάσασθαι, εὐχαριστεῖν δὲ, οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἰδίων κατορθωμάτων, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν τοῦ πλησίον. Τοῦτο γὰρ ἀγάπης. « Τῷ Θεῷ μου. » Ἀγάπης σημεῖον. Τὸν γὰρ ἁπάντων Θεὸν ἰδιοποιεῖται. « Διὰ Ἰησοῦ. » Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν αἴτιος τῆς εἰς τὸν Πατέρα εὐχαριστίας, ὁ καὶ προσλαβόμενος ἡμᾶς, καὶ τῷ ἰδίῳ αἵματι πρὸς ἐκεῖνο καταλλάξας. « Ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν. » Τὴν γὰρ τῶν Ῥωμαίων πίστιν οὐκ ἀπεικὸς ἦν λαλεῖσθαι παρὰ πάντων. « Μάρτυς γάρ. » Εἰκότως τὸν Θεὸν ἄγει μάρτυρα, ἀγνώστους ἀνθρώπους πείθειν βουλόμενος. « ὯΙ λατρεύω. » Οἷον, δουλεύω. Πολλὰ γὰρ εἴδη λατρείας. Καὶ γὰρ καὶ ὁ προσευχόμενος, καὶ ὁ νηστείᾳ χρώμενος, καὶ ὁ τοῖς θείοις λόγοις προσέχων, καὶ μέντοι καὶ ὁ τῆς τῶν ξένων θεραπείας ἐπιμε-

λούμενος, Θεῷ λατρεύει. Ὁ δέ γε θεῖος Ἀπόστολος λατρεύειν ἔφησε Θεῷ, τὸ τοῦ Υἱοῦ προσφέρων τοῖς ἔθνεσιν Εὐαγγέλιον. Καὶ λατρεύειν ἐν τῷ πνεύματι, τουτέστιν ἐν τῷ διδομένῳ χαρίσματι. Ἢ, ὅτι Οὐ τῇ ἐμῇ σπουδῇ ὑπῆρξέ μοι τὸ λατρεύειν Θεῷ, ἀλλὰ τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι. Ἢ, ὅτι Οὐ σαρκική μού ἐστιν ἡ λατρεία, ἀλλὰ πνευματική. Ἐκ τούτου δείκνυσι κατὰ τὸ ἀναγκαῖον μεριμνῶν ὑπὲρ αὐτῶν, ὡς τὸν λόγον δεξαμένων, καὶ δέχεσθαι μελλόντων. « Ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. » Ὁρᾷς ὅτι ἄνω εἰπὼν, εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, τοῦ Χριστοῦ ἔλεγεν; « Ὡς ἀδιαλείπτως, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀγάπης εἰλικρινοῦς τὸ καὶ μεμνῆσθαι, καὶ ἀδιαλείπτως τοῦτο ποιεῖν, καὶ μάλιστα ἐν προσευχαῖς. « Δεόμενος εἴ πως. » Καὶ γὰρ ἐλθεῖν ἠπείγετο, καὶ παρὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τοῦτο πρᾶξαι οὐκ ἐβούλετο. Τὸ δὲ, ἤδη ποτὲ, ἀντὶ τοῦ, ὀψέ ποτε. Ὅπερ ἐστὶ σφόδρα ἐπειγομένου. « Εὐωδωθήσομαι. » Εὐκολίαν, φησὶ, σχολήν, καὶ ἐπὶ καλῷ τὴν πρὸς ὑμᾶς ὁδόν.

nio corpus affligit, et qui divinis mentem adhibet sermonibus, præterea et qui ministerii peregrinorum curam gerit, hic Deum colit. Divus autem Apostolus Deum se colere dixit, quod Evangelium Filii ipsius gentibus prædicaret: et colere in spiritu, hoc est in dato sibi dono. Vel, Non meo, inquit, conatu contigit mihi Deum colere, sed per gratiam Spiritus. Aut hoc dicit: Non mihi carnalis cultus est, sed spiritualis. Et ex hoc ostendit quod necessario curam illorum habeat, ut qui verbum suscepissent suscepturique essent. « In Evangelio Filii ejus. » Vides quod in præcedentibus cum diceret: « In Evangelium Dei, » dixerit Christum? « Quod indesinenter, » etc. Sinceræ charitatis est, et mentionem facere, et semper hoc facere, idque maxime in precationibus. « Orans si quo modo. » Etenim proficisci properabat, et præter Dei voluntatem id facere nolebat. Illud vero, Jam tandem, hoc est sero tandem, vehementer properantis et optantis est. « Prosperum mihi contingat iter. » Facilitatem, inquit, habeam, et ad finem honestum iter ad vos.

Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδω χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς· τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως, ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ.

Οὐχ ἁπλῶς δὲ, φησὶ, καὶ ἀνονήτως ἰδεῖν ὑμᾶς σπουδάζω, ἀλλ' ὥστε χάρισμα μεταδοῦναι. Λέγει δὲ τὴν διδαχὴν καὶ τὴν κατήχησιν. Τοῦτο γὰρ τὸ στηριχθῆναι, ὡς εἰκὸς, σφόδρα σαλευομένων αὐτῶν. Τὸ δὲ « ἵνα τι, » μετριάζοντός ἐστιν, ὡσεὶ εἶπεν, Ἵνα μικρόν τι. Τὸ δὲ « Μεταδῶ » δηλοῖ, ὅτι Οὐκ ἐμόν τι δώσω, ἀλλ, ὅπερ καὶ ἐγὼ ἔλαβον. « Εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. » Οὐ γὰρ μικρὸν χάρισμα, τὸ μὴ σαλεύεσθαι τῇ πίστει. « Συμπαρακληθῆναι. » Ἐπεὶδὴ στηριγμοῦ ἐμνήσθη, ἵνα μὴ λυπήσῃ αὐτοὺς ὡς ὅτι σαλεύονται, ἐπάγει τό· « Συμπαρακληθῆναι, » τουτέστιν ἵνα καὶ ἐγὼ ὑμᾶς, καὶ ὑμεῖς ἐμὲ παρακαλέσητε. Τῆς γὰρ ἀλλήλων, φησὶ, δεόμεθα παρακλήσεως, διὰ τῆς ἐνούσης ἡμῖν πίστεως. Σφόδρα δὲ μετριάζει. Ἔνι δὲ καὶ οὕτως νοῆσαι τὴν παράκλησιν, Ἵνα, φησὶν, ὑμεῖς μὲν παρ' ἐμοῦ εἰς τὴν πίστιν παρακληθῆτε, ἐγὼ δὲ εἰς εὐφροσύνην, ὁρῶν ὑμᾶς πεπιστευκότας. Ἢ οὕτως· Τὸ μεταδοῦναι ὑμῖν χάρισμα, οὐκ ἔστιν ἐμὸν μόνον ἢ τῆς ἐμῆς προαιρέσεως καὶ διακονίας, ἀλλὰ κοινὸν ἐμοῦ τε καὶ ὑμῶν Τῆς διακονίας μὲν τῆς ἐμῆς, τῆς δὲ ὑπουργίας τῆς ὑμετέρας. Καὶ οὐδὲ τότε ἁπλῶς, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως. Πῶς καὶ τίνα τρόπον; Ἐὰν αὐτοὶ ἔχητε, φησὶ, πίστιν τοῦ λαβεῖν τὸ χάρισμα, ἐγώ τε πάλιν πίστιν τοῦ δοῦναι ὑμῖν. Ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὲν πίστιν ἔχω τοῦ δοῦναι, καὶ πολὺν ἀγῶνα καὶ σπουδὴν, ὑμεῖς δὲ οὐκ ἔχητε πίστιν τοῦ λαβεῖν, οὐδ' ἐπιθυμίαν καὶ ἐπιμέλειαν περὶ τὸ λαβεῖν, οὐ παραγίνεται ὑμῖν, κἂν ἐγὼ βούλωμαι, τὸ χάρισμα τὸ πνευματικόν. Δεῖ οὖν ἀμφότερα συνδραμεῖν, καὶ τὸ ἐξ ἐμοῦ, καὶ τὸ ἐξ ὑμῶν. Τότε γὰρ αὐτοὶ πίστιν ἕξετε τοῦ λαβεῖν καὶ ἐπιθυμίαν, ὅτε ἄξίους ἑαυτοὺς παρασκευάσετε τῆς δωρεᾶς δι' ἔργων ἀγαθῶν. Λαμβανόντων δὲ ὑμῶν τὸ χάρισμα, δῆλον ὅτι παρακαλούμεθα καὶ εὐφρανόμεθα ἐν ἀλλήλοις· κοινὸν γὰρ τὸ

I, 11, 12. *Desidero enim videre vos, ut aliquid tradam vobis gratiæ spiritualis, ad confirmandum vos: hoc est, ut simul consolationem accipiam in vobis per mutuam fidem vestram simul et meam.*

Non vulgari, inquit, modo et sine fructu videre vos cupio, sed ut gratiam tradam. Dicit autem doctrinam et institutionem. Nam hoc est confirmari, ut verisimile fuerit ipsos vehementer fluctuare. Illud vero, « ut aliquid, » modesti animi est, ac si dicat: Ut modicum quippiam. Quod autem addit μεταδῶ, « Tradam, » significat. Nihil quod meum sit dabo, sed quod et ego accepi. « Ad confirmandum vos. » Neque enim parvum donum est non fluctuare in fide. « Ut simul consolationem accipiam. » Postquam confirmationis meminit, ne contristet eos quasi fluctuare dicantur, subdit: « Ut simul consolationem accipiam, » hoc est, ut et ego vos, et vos me consolemini; mutua enim egemus consolatione, quæ fiat per inexsistentem in nobis fidem. Magnam autem ostendit modestiam. Potest hoc quoque modo consolatio hæc intelligi: Ut vos quidem a me ad fidem consolatione ducamini, **206** ego vero ad oblectationem alliciar, cum vos credentes videam. Vel ita: Tradere vobis gratiam non meum solum est aut meæ voluntatis ac ministerii, sed mihi vobisque commune est: mei quidem ministerii, vestri autem subsidii; et ne tunc quidem utcunque, sed per mutuam fidem. Quo modo ergo id fiet? Si ipsi, inquit, fidem habeatis ad accipiendam gratiam, ego vero fidem rursum habeam ad illam vobis tradendam. Nam si ego quidem fidem habeam ad dandum, magnumque laborem ac studium, vos autem non habueritis fidem ad accipiendum: non continget vobis gratia spiritualis, etiam si ego velim. Utrumque ergo concurrere oportet, et quod a me præbetur et quod a vobis. Tunc enim fidem ac desiderium accipere poteritis, quando bonis operibus dignos hoc dono

vos præbueritis. Cum autem vos donum acceperitis, manifestum est, quod consolabimur, mutuoque gratulabimur. cum sit commune lucrum. Diversorum enim fidelium concursus maximam operatur consolationem. Vel, ubi vos quidem me susceperitis pro fide dignum, qui prædicem aut doceam, ego vero rursum dignos vos habeam, quibus Dei concedantur oracula, solidiorque doctrina. Vel, ubi ego quidem vos prompto animo verbum Dei suscipientes videro, vos autem e diverso videritis meam curam ac diligentiam circa vos. Nam id ad majorem fidei certitudinem utrisque prodest, quando is qui verbum disseminat, videt hominum animos supra quam credi potest ad obedientiam attrahi; robustior enim ad prædicandum redditur. Rursum cum viderint discipuli eoncionatorem spe firma tradentem fidem, magis hanc suscipiunt; et ita per fidem mutuam utrique consolationem accipiunt.

I, 13-16. *Nolo autem vos ignorare, fratres, quod sæpius proposuerim venire ad vos, et prohibitus sum hactenus, ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in cæteris gentibus. Et Græcis et Barbaris, et sapientibus et insipientibus debitor sum. Sic quantum in me est, promptus sum etiam vobis, qui Romæ estis, Evangelium prædicare. Non enim pudet me Evangelii Christi, siquidem potentia Dei est ad salutem omni credenti: Judæo primum et Græco.*

207 Si ergo venire optas, et utilitatis nostræ gratia iter institutis, cur non advenis? Sum, inquit, prohibitus; nec tamen prohibitionis causam scrutatur; neque enim nostrum est eorum quæ jubet Deus causas expetere, sed tantum obedire. « Ut aliquem fructum. » Omnino diceret quispiam: Idcirco prohibitus es, quia non secundum Deum venire decreveras. Nequaquam, ait. Fructum enim etiam in vobis habere cupiebam, fructum vocans, fidem in eorum corda introducere. Vel ut per hyperbaton illud dictum sit: Ut aliquem fructum habeam; » ita vero consequens erit: « Sæpius proposui venire ad vos, ut aliquem fructum habeam et in vobis, sed hactenus prohibitus sum. » Verum dixerit aliquis: Si fides eorum annuntiabatur in universo mundo, quemnam fructum ipse adveniens præbere cupiebat? Sed magnum adhuc aliquid inveniemus. Nam etsi crediderant, adhuc tamen multis egebant. Idque et tota manifestatur epistola, et paulo ante cum diceret: Ad confirmandum vos: et cum admonet, ne de se mutuo judicium ferant, aliisque locis innumeris. Ut aliquem, inquit, fructum habeam, hoc sane ostendens quod fructum illorum suum esse fructum duceret Paulus. Adeo enim in proximi virtutibus gaudebat, ut fructum inde redire ad se arbitraretur; quod hinc colligere licet. Nam utilitatis illorum gratia iter ad illos assumere festinabat. Alioqui vere etiam fructus illorum Pauli fructus erat. Nam quia opus ac studium illius erat ut gentes fructum producerent, recte in earum fructificatione Pauli fructi-

κέρδος. Πολλῶν γὰρ πιστῶν σύνοδος, μεγίστην ἐργάζεται παράκλησιν. Ἡ ὑμῶν μὲν ἀξιόπιστον εἰς τὸ κηρύξαι καὶ διδάξαι ὑπολαμβανόντων ἐμὲ, ἐμοῦ δὲ πάλιν, ἀξιοπίστους εἰς τὸ ἐμπιστευθῆναι τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν τελειοτέραν κρίναντος διδασκαλίαν. Ἡ ἐμοῦ μὲν ὁρῶντος προθύμως ὑποδεχομένους ὑμᾶς τὸ κήρυγμα, ὑμῶν δὲ πάλιν ὁρώντων τὴν ἐμὴν περὶ αὐτὸ ἐπιμέλειαν καὶ σπουδήν. Συντελεῖ δὲ τοῦτο εἰς μείζονα πληροφορίαν τῆς πίστεως ἑκατέροις, ὅταν ὁ μὲν κηρύσσων ὁρᾷ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς παραδόξως εἰς ὑπακοὴν ἑλκομένας. Μᾶλλον γὰρ ῥώννυται εἰς τὸ κηρύσσειν. Καὶ ὅταν πάλιν ὁρῶσιν οἱ μαθηταὶ, σὺν ἐλπίδι βεβαίᾳ τὸν κήρυκα τὴν πίστιν παραδιδόντα, μᾶλλον ὑποδέχονται ταύτην, καὶ οὕτω διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ἑκάτεροι παρακαλοῦνται.

Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο, ἵνα καρπόν τινα σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν. Ἕλλησί τε καὶ βρρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί. Οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι· Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.

Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι· οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραὰμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν, καθὼς γέγραπται, ὅτι Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε· κατέναντι οὗ ἐπίστευσε, θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.

Καὶ οὕτως, φησὶν, οὐ διὰ τοῦ νόμου βεβαιοῦνται αἱ ἐπαγγελίαι, ὅτι τρόπον τινὰ καὶ ἐμποδίζονται. Πῶς ; ὅτι ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται, παραβαθεὶς δηλονότι. Οὐδεὶς γὰρ αὐτὸν ἴσχυσε πληρῶσαι. Ἔνθα δὲ ὀργὴ, πῶς κληρονομία ; πῶς κληρονομήσει ὁ ὠργισμένος, πῶς ἥξουσιν αἱ ἐπαγγελίαι ; Ἡ δὲ πίστις, φησὶ, τὴν χάριν εἰσάγει τοῦ θεοῦ. Χάριτος δὲ οὔσης, ἔρχονται καὶ πληροῦνται αἱ ἐπαγγελίαι. « Εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν. » Ἔνθα γὰρ χάρις θεοῦ, οὐκ ἔτι ἀμφίβολοι αἱ ἐπαγγελίαι, ἀλλὰ βέβαιοι. Θεὸς γὰρ, φησὶν, ὁ δικαιῶν χάριτι, τίς ὁ κατακρίνων ; « Παντὶ τῷ σπέρματι. » Τὸ ὑπερβατὸν, Παντὶ τῷ σπέρματι Ἀβραάμ. « Οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον. » Ἐκ τοῦ νόμου λέγει, τοὺς ἐξ Ἰουδαίων εἰς τὴν πίστιν ἐλθόντας. « Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν. » Τοὺς χωρὶς νόμου πιστοὺς γενομένους. Ὅρα δὲ πῶς λοιπὸν συνάπτει τοὺς δύο λαοὺς, καὶ πάντων ποιεῖ πατέρα τὸν Ἀβραάμ. « Κατέναντι οὗ ἐπίστευσε, θεοῦ. » Τουτέστιν, ὥσπερ ὁ θεὸς οὐκ ἔστι μερικὸς, ἀλλὰ πάντων θεὸς, οὕτως καὶ ὁ Ἀβραὰμ πάντων πατήρ. — [ΦΩΤ.] Κατέναντι. Ἐναντίον, ἐνώπιον, εἰς πρόσωπον θεοῦ. Εἰς πρόσωπον γὰρ Οεοῦ εἴρηται, οἷον ὡς ἐκ προσώπου θεοῦ, τὸ, « Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. » Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, « Καθὼς γέγραπται, » μὴ προσθεὶς, ποῦ γέγραπται, ἢ πῶς, ἐπήγαγεν (εἰ καὶ ὑπερβὰς) τὸ, κατέναντι θεοῦ, τὸ ἀξιόπιστον καὶ βέβαιον τοῦ, γέγραπται, παριστῶν. « Καθὼς γέγραπται, φησὶ, κατενώπιον θεοῦ, » τουτέστιν, εἰς πρόσωπον θεοῦ, καὶ ἐκ προσώπου θεοῦ. Ἀξιόπιστός ἐστι, φησὶν, ἡ Γραφὴ, ἀμετάπτωτος, βεβαία, θεός ἐστιν ἐν αὐτῇ εἰπὼν, « Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. » Τὸ γοῦν ἐφεξῆς τῆς τοῦ λόγου συμφράσεως· Καθὼς γέγραπται κατέναντι οὗ ἐπίστευσε θεοῦ, ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὥσπερ γὰρ, φησὶ, πάντων ἐστὶ ποιητὴς ὁ θεὸς, καὶ πάντων θεός τε καὶ κηδεμών, οὕτως καὶ τὸν Ἀβραὰμ πάντων πατέρα κεχειροτόνηκεν, οὐκ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν πιστευόντων. — Ἄλλως. Ἀντὶ τοῦ, ἐνώπιον καὶ πρὸ προσώπου οὗ ἐπίστευσε θεοῦ. « Τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκρούς. » Τὸν μὲν τῆς ἀναστάσεως καταβάλλεται λόγον, πλὴν προτρόπως καὶ εἰς τὸ προκείμενον. Ἐπίστευσε, φησὶν, Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, ὅτι καὶ τοὺς νεκροὺς ζωοποιεῖ, διὰ τοῦτο καὶ τὸ δοῦναι αὐτὸν σπέρμα γεγηρακότι. Ὁ γὰρ τοὺς νεκροὺς ζωοποιῶν, καὶ τὰ μὴ ὄντα οὐσιῶν, πολλῷ μᾶλλον δυνήσεται τῷ

promissiones : hoc est inefficaces fuerunt. Quonam modo ? Nam si fides propter quam erant promissiones, irrita redditur, consequens est, ut una promissiones quoque irritæ reddantur : quod si hæ fiant irritæ, neque Abraham cujusquam pater est.

IV, 16. 17. *Idcirco ex fide est, ut secundum gratiam, ut firma sit promissio omni semini : non ei tantum quod ex lege est, verum etiam ei quod ex fide Abraham, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est : Patrem multarum gentium posui te ; coram Deo cui credidit, qui vivificat mortuos, ac vocat ea quæ non sunt sicut ea quæ sunt.*

Et ita, inquit, non firmantur per legem promissiones, sed quodammodo etiam impediuntur. Quo pacto ? Nam lex iram operatur, non servata videlicet : nullus enim potuit illam **254** complere. Ubi autem est ira, quomodo erit hæreditaria possessio ? quo pacto hæreditatem accipiet qui sub ira continetur ? quomodo venient promissiones ? Fides autem Dei gratiam inducit ; porro gratia præsente veniunt et complentur promissiones. « Ut firma sit promissio. » Ubi enim gratia Dei est, jam non sunt dubiæ promissiones, sed firmæ Deus est, inquit, qui per gratiam justificat, qui est ille qui condemnat ? « Omni semini. » Hyperbaton est, et jungitur cum dictione Abraham : Omni semini Abraham. « Non ei tantum quod ex lege est. » Ex lege dicit eos qui ex Judæis ad fidem venerunt. « Patrem multarum gentium. » Quæ sine lege factæ sunt fideles. Vide autem quo pacto deinceps duos conjungit populos, omniumque patrem facit Abraham. « Coram Deo cui credidit. » Hoc est : Quemadmodum Deus non est particularis, sed omnium Deus, ita et Abraham omnium pater. Κατέναντι ante, coram, in conspectu Dei. Nam in conspectu Dei, sive ex persona Dei dictum est : « Patrem multarum gentium posui te. » Siquidem cum dixerit : « Sicut scriptum est, » non addens, ubi scriptum est, aut quo modo, subjungit (quanquam per hyperbaton) κατέναντι θεοῦ, id est, coram Deo, probationem et confirmationem ejus quod dictum est fide dignam adducens. « Sicut scriptum est, » inquit, « Coram Deo, » hoc est in conspectu Dei, et ex persona Dei : Fide digna, inquit, est Scriptura, immobilis, firma ; Deus est qui in ea locutus est. « Patrem multarum gentium posui te. » Ordo itaque conclusionis sermonis est : Sicut scriptum est coram Deo, cui credidit, quod patrem multarum gentium, etc. Quemadmodum enim, inquit, Deus omnium factor est, omnium Deus omniumque gubernator : ita ipsum quoque Abraham patrem omnium constituit ; non Judæorum tantum, verum etiam omnium credentium. — *Alio modo.* Hoc est, coram Deo, et tante conspectum Dei cui credidit. « Qui vivificat mortuos. » Sermonis de resurrectione fundamenta jacit : apte tamen et ad propositum. Credidit, inquit, Abraham Deo quod etiam mortuos vitæ reddat, ideoque daturus esset et ipsi

semen cum jam senuisset. Nam qui vivere facit mortuos ac ea quæ non habent ut sint, multo magis poterit corpori senectute emortuo generativum dare semen.**255** « Ac vocat ea quæ non sunt. » Bene ait : « Vocat ea quæ non sunt, sicut ea quæ sunt. » Verbo enim ea quæ non sunt, simul cum vocatione adducit ut sint : ita ut possibile sit apud ipsum, et ea quæ non sunt ut ea quæ sunt, rursumque si voluerit ea quæ sunt, ut ea quæ non sunt vocare.

A νενεκρωμένῳ διὰ τὸ γῆρας σώματι δοῦναι σπέρμα ζωογόνον. « Καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα. » Καλῶς φησι, « Καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. » Λόγῳ γὰρ τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι καὶ ἅμα τῷ καλέσαι παράγει, ὥστε εἶναι παρ' αὐτῷ δυνατὸν καὶ ῥᾷον, καὶ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, καὶ ἔμπαλιν εἰ βουληθείη, καὶ τὰ ὄντας ὡς μὴ ὄντα καλεῖν

IV, 18-23. *Qui præter spem sub spe credidit, ut ipse pater fieret multarum gentium, juxta id quod dictum est : Sic erit semen tuum. Ac non infirmatus fide, haud consideravit corpus suum jam emortuum, cum centum fere natus esset annos, et emortuam matricem Saræ ; sed ad promissionem Dei non hæsitavit incredulitate : sèd roboratus est fide, dans gloriam Deo ; et certior factus est, quod quæ promiserat potens sit et præstare. Ideo etiam imputatum est illi ad justitiam.*

Ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον· Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. Καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρας· εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ, οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ· καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι. Διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

« Qui præter spem. » Hoc est promissionibus credidit, quæ complectebantur res admodum creditu difficiles, si humanam spectes cogitationem. Contra spem, inquit, humanam, sola spe in Deum roboratus. — Sub spe, ait, in Deum, præter spem propriæ naturæ sub spe potentiæ ejus qui promiserat. « Multarum gentium. » Quæ videlicet secundum fidem essent ac promissionem. Quis est autem filius ejus per fidem ac promissionem datus ? Isaac certe [14]. Nam Ismael secundum carnem filius ejus erat. « Ac non infirmatus fide. » Multa quidem infirma erant, et quæ fidem illius imbecilem efficerent : verum ad nihil horum infirmatus est generosus animus. Primum quod ad nullum hujusmodi exemplum poterat respicere, sed ipsi primo gignendi spes præter spem data est. Alterum quod corpus suum senectute erat emortuum. Tertium, quod simul etiam Saræ matrix esset emortua, nec ullo modo prolem ferre posset. « Cum centum fere. » Bene ait : « Natus annos fere centum ; » neque enim centum erat annorum, sed nonaginta novem. « Sed ad promissionem Dei. » Nam operum demonstratio non erat, sed nuda verba. « Non hæsitavit incredulitate. » Non ait : Non fuit incredulus, **256** sed « Non hæsitavit, » hoc est, non vacillavit, non dubitavit. « Sed roboratus est fide. » Dicens, Roboratus est, ostendit multo labore ac virtute animi fidem dirigi. « Dans gloriam Deo. » Quonam pacto roboratus est ? Dans, inquit, gloriam Deo, hoc est, non curiose scrutatus quomodo possibile esset hoc fieri, quonam pacto id fieri contingeret, quomodo id suscipi posset : sed statim credidit, Deumque collaudavit tanquam beneficii auctorem, ac si jam dedisset quod erat pollicitus. « Et certior factus est. » Non dixit. Credidit, sed majori emphasi, Certior factus est. « Ideo etiam imputatum est illi ad justitiam. » Vides quod a fide justificatus est ?

[ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.] « Ὃς παρ' ἐλπίδα. » Ἀντὶ τοῦ, ἐπαγγελίαις ἐπίστευσε, πολὺ τὸ ἀνέλπιστον ἐχούσαις, κατὰ ἀνθρώπινον λογισμόν. Παρ' ἐλπίδα γὰρ, φησὶ, τὴν ἀνθρωπίνην, μόνῃ ἐδραισθεὶς τῇ ἐπὶ Θεὸν ἐλπίδι. — [ΣΕΥΗΡΙΑΝΟΥ.] Ἐπ' ἐλπίδι γὰρ, φησὶ, τῇ τοῦ Θεοῦ, παρ' ἐλπίδα τῆς οἰκείας φύσεως, ἐπ' ἐλπίδι τῆς τοῦ ἐπαγγειλαμένου δυνάμεως. « Πολλῶν ἐθνῶν. » Τῶν κατὰ πίστιν καὶ ἐπαγγελίαν. Τίς δὲ αὐτοῦ υἱὸς διὰ πίστεως καὶ ἐπαγγελίας δοθείς ; δῆλον ὅτι Ἰσαάκ. Ὁ γὰρ Ἰσμαὴλ, κατὰ σάρκα ἦν αὐτοῦ. « Καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει. » Πολλὰ μὲν ἦν τὰ ἀσθενῆ, καὶ ἀδύναμον αὐτοῦ τὴν πίστιν παρασκευάζοντα γενέσθαι, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἓν ἠσθένησεν ἡ γενναία ψυχή. Πρῶτον ὅτι πρὸς οὐδὲ ἓν τοιοῦτον παράδειγμα ἰδεῖν ἠδύνατο, ἀλλὰ πρώτῳ αὐτῷ ἡ τῆς παρ' ἐλπίδα παιδοποιίας δέδοται ἐπαγγελία. Δεύτερον, τὸ νενεκρῶσθαι αὐτοῦ τῷ γήρᾳ τὸ σῶμα. Τρίτον, τὸ συννενεκρῶσθαι τὴν μήτραν Σάρρας, καὶ ἀδυνάτως ἔχειν πρὸς παιδοποιίαν. « Ἑκατονταέτης που. » Καλῶς, τὸ, « Ἑκατονταέτης που » οὐ γὰρ ἦν ἑκατονταέτης, ἀλλ' ἐννενηκονταεννέα. « Εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ. » Οὐ γὰρ ἦν ἔργων ἀπόδειξις, ἀλλὰ ψιλὰ ῥήματα. « Οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ. » Οὐκ εἶπεν· Οὐκ ἠπίστησεν, ἀλλ', « Οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, » τουτέστιν, οὐδὲ ἐνεδοίασεν οὐδὲ ἀμφέβαλεν. « Ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει. » Εἰπὼν Ἐνεδυναμώθη, δείκνυσι πολλῷ καμάτῳ καὶ δυνάμει ψυχῆς κατορθουμένην τὴν πίστιν. « Δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ. » Πῶς ἐνεδυναμώθη ; Δοὺς δόξαν, φησὶ, τῷ Θεῷ, τουτέστιν, οὐ περιεργασάμενος πῶς ἐγλωρεῖ τοῦτο γενέσθαι, πῶς ἔνι δυνατὸν, πῶς ἐνδέχεται, ἀλλ' εὐθὺς πιστεύσας καὶ εὐλογήσας ὡς εὐεργέτην τὸν Θεὸν, ὡς ἤδη δεδωκότα τὸ ἐπαγγελθέν. « Καὶ πληροφορηθείς. » Οὐκ εἶπε Πιστεύσας, ἀλλ' ἐμφατικώτερον, « πληροφορηθείς. » « Διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. » Ὁρᾷς ὅτι ἀπὸ πίστεως ἐδικαιώθη ;

[14] Galat. IV, 22 seqq.

Οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς οἷς μέλλει λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν, ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.

Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσιν οἱ ἀκροαταὶ, Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς; ἐκεῖνος γὰρ ἐδικαιώθη· ἐπάγει, ὅτι ταῦτα οὐ χάριν μόνου τοῦ πατριάρχου γέγραπται, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, ἵνα παράδειγμα τὸν Ἀβραὰμ ἔχοντες, πιστοί τε ὁμοίως γινώμεθα, καὶ ὁμοίως ἡ πίστις ἡμῖν εἰς δικαιοσύνην λογίζηται. « Ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν. » Εὐφυῶς εἰσέβαλεν εἰς τὸν περὶ τοῦ Κυρίου λόγον· καί φησιν· Οὐ διὰ τὰς οἰκείας ἁμαρτίας ἀπέθανεν, ἐπεὶ οὐδὲ ἀνασταθῆναι αὐτὸν ἔδει ὥσπερ οὐδὲ πρὸ τούτου τις, ἀλλὰ διὰ τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας, ἵνα ἐξ αὐτῶν ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ. « Καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν. » Ἵνα, φησὶ, δικαιώσῃ ἡμᾶς, καὶ ἀπαλλάξῃ ἁμαρτιῶν Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο οἰκειωσάμενος τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας, δίκην θανάτου δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ἡμᾶς ὑπευθύνους καὶ χρεώστας ἔχῃ θανάτου, ἀλλ' ἵνα δικαιώσῃ ἡμᾶς, ζωώσας νεκροὺς ὄντας τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ τέλεον ἀνευθύνους ἀφῇ, ὥσπερ καὶ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὴν τῆς Σάρρας μήτραν τῷ γήρᾳ καὶ τῇ στειρότητι νεκρωθέντας ἀνεζώωσε τῇ τεκνογονίᾳ.

ΚΕΦΑΛ. ζ'.

Περὶ τῆς ἀποκειμένης ἐλπίδος.

Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ.

Πῶς δ' ἄν τις εἰρηνεύοι πρὸς τὸν Θεόν; ἀκολουθῶν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, ὡς ὅ γε ἁμαρτάνων, πολεμεῖ Θεῷ. Καὶ οὕτως· Δείκνυσι τοὺς Ἰουδαίους στασιάζοντας πρὸς πίστιν, καὶ μὴ παραδεχομένους τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν στασιάζειν τὸν Πατέρα τὸν ἐγείραντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Ἵνα γὰρ, φησὶ, δικαιωθῶμεν ἡμεῖς, διὰ τοῦτο καὶ ἐν νεκροῖς ἐλογίσθη καὶ ἀνέστην ἐκ τῶν νεκρῶν. Ὑμεῖς δὲ οὐ προσδεκόμενοι αὐτὸν, καὶ τῷ Πατρὶ πολεμεῖτε τῷ ἀναστήσαντι αὐτόν. Ἀλλ' οἱ δικαιωθέντες, φησὶν, εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν Πατέρα, καταλύσωμεν τελείως τὸν πρὸς αὐτὸν πόλεμον. Πῶς δὲ καταλύεται; διὰ τελείας καὶ ἀδιστάκτου πίστεως τῆς εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ καὶ προσάγων ἡμᾶς αὐτῷ τῷ Πατρί. « Διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Εἰ γὰρ δι' αὐτοῦ τῶν προγεγονότων ἐλυτρώθημεν ἁμαρτιῶν, δι' αὐτοῦ πάλιν καὶ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως μενοῦμεν μὴ ἁμαρτάνοντες. Καὶ γὰρ εὐχερὲς μᾶλλον φυλάξαι, ἢ κτήσασθαι τὰ ἀγαθὰ τῇ αὐτοῦ συνεργίᾳ. « Δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν. » Δι' αὐτοῦ γὰρ προσήχθημεν τῷ Πατρί. « Εἰ οὖν μακρὰν ὄντες, ἐγγὺς γεγόναμεν τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον ἐγγὺς ὄντες, εἰρηνεύσομεν πρὸς αὐτὸν χάριτι αὐτοῦ. « Τῇ πίστει. » Θεὶς τὰ

A

B

C

D

IV, 23-25. *Non autem scriptum est propter illum solum quod imputatum sit ipsi, sed etiam propter nos quibus imputabitur credentibus in eum qui suscitavit Jesum Dominum nostrum a mortuis : qui traditus fuit propter peccata nostra, et resurrexit propter justificationem nostram.*

Ne dicant auditores : Et quid ad nos ? Ille enim justificatus est, non nos : subjungit quod hæc non solius patriarchæ gratia scripta sunt, sed etiam propter nos, ut, Abrahæ exemplum habentes, simili modo fideles efficiamur, et similiter fides nobis imputetur ad justitiam. « In eum qui suscitavit Jesum. » Sermonem de Domino apte aggressus est, et ait : Non propter sua peccata mortuus est ; nam hoc modo non debuisset resurgere, sicuti neque quispiam ante illum, sed propter nostra peccata, ut nos ab eis liberaret, **257** « Et resurrexit propter justificationem nostram. Ut nos, inquit, justificaret, et a peccatis liberaret. Neque enim idcirco nostra peccata sibi propria fecit, ac mortis pœnam pro nobis luit, quo reos ac mortis debitores non haberet : sed ut eos justificaret, donata vita his qui in peccatis mortui erant, et perfecte reatu liberos dimitteret : quemadmodum et Abraham ac Saræ matricem senectute ac sterilitate jam emortuos vitæ restituit, filiorumque procreationi.

CAPUT VI.

De reposita spe.

V, 1, 2. *Justificati ergo ex fide, pacem habeamus erga Deum per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem et accessum habuimus per fidem in hanc gratiam, in qua stetimus, et gloriemur ob spem gloriæ Dei.*

Quomodo autem habere poterit quispiam pacem erga Deum ? si sequatur præcepta ejus : quemadmodum sane is qui peccat, Deo pugnare dicitur. Hoc præterea modo : Ostendit Judæos qui seditiose movebantur adversus fidem, nec recipiebant Dominum nostrum Jesum Christum, erga ipsum quoque Patrem seditiose agere qui illum a mortuis suscitavit. Nam ut nos, inquit, justificemur, idcirco inter mortuos reputatus est et surrexit a mortuis : vos autem si eum non suscipitis, adversus Patrem quoque bellum geritis, qui eum suscitavit. Verum justificati, inquit, pacem habeamus erga Patrem. bellum quod adversus illum est, perfecte dissolvamus. Quo autem modo dissolvitur ? perfecta indubitataque fide quæ est in Dominum nostrum Jesum Christum : ipse enim est qui nos ad Patrem adducit. « Per Dominum nostrum. » Nam si per eum a præteritis redimamur peccatis, rursum per illum in fide quæ in eum est sine peccato perseverabimus. Facilius namque est bona conservare, quam proprio marte aut cooperatione nostra acquirere. « Per quem et accessum habuimus. » « Per ipsum enim ad Patrem educti sumus [16]. » Si ergo cum elongati essemus, per mortem ipsius propinqui facti sumus,

[16] Ephes. II, 18.

longe amplius jam facti propinqui, pacem ad eum habebimus gratia ipsius [17]. « Per fidem. » Ubi posuit ea quæ Christi sunt, ponit etiam ea quæ nostra sunt. Siquidem ad ineffabilia Christi dona nos præter fidem nihil contulimus. « In hanc gratiam. » Puta quod Dei cognitionem accepimus, quod ad ipsum adducti, quod peccatis liberati. et quæcunque largitur baptisma. **258** Quod autem sequitur, « Stetimus, » confirmationem significat. « In hanc gratiam. » Demonstrative locutus est eorum magnitudinem ac multitudinem significans quæ in gratia continentur. Ipse siquidem accessus res et magna ac admiranda, et ante hanc peccatorum remissio ac post ipsa regni cœlorum promissio. Ob quam actionem, ob quod rectum opus gratia hæc data est ? ob solam fidem : tantum enim credimus, et omnia nobis per baptismum gratis donata sunt. Vel hoc modo : Quemadmodum in gratia hac in qua stetimus gloriamur ob spem gloriæ Dei, ita rursum gloriemur in tribulationibus, scientes quod per illas et per patientiam ac probationem ad ipsam ascendimus quæ non pudefacit. « Ob spem gloriæ Dei. » Vel qua Deus glorificatur, vel qua nos Deus glorificat ; nos autem glorificat inenarrabili ac immensa gloria, donans quæ pollicitus est : adoptione ac regno cœlorum dignos ducens ; et glorificatur etiam ipse, quanquam non juxta suam dignitatem, at quantum angelis et hominibus possibile est : qui tantam circa humanum genus exhibuerit liberalitatem ; et hæc perficiens ac in opus deducens, quæ solius divinitatis illius et benignitatis erga homines sunt demonstrativa.

A τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ ἡμῶν τίθησι. Πρὸς γὰρ τὰς ἀφάτους δωρεὰς τοῦ Χριστοῦ, ἡμεῖς οὐδὲν πλὴν πίστεως ἠνέγκαμεν. « Εἰς τὴν χάριν ταύτην. » Τουτέστι τὸ καταξιωθῆναι τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως· τὸ, προσαχθῆναι αὐτῷ· τὸ, ἁμαρτιῶν ἀπαλλαγῆναι, καὶ ὅσα τὸ βάπτισμα χαρίζεται. Τὸ δὲ, « Ἑστήκαμεν, » βεβαιότητα δηλοῖ. — [ΦΩΤ.] « Εἰς τὴν χάριν ταύτην. » Δεικτικῶς εἶπε, τὸ μέγεθος τῶν ἐμπεριεχομένων τῇ χάριτι καὶ τὸ πλῆθος δηλῶν. Καὶ γὰρ αὐτὴ ἡ προσαγωγὴ μεγα καὶ θαυμάσιον, καὶ πρὸ τούτου ἡ τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσις, καὶ μετὰ ταῦτα ἡ τῶν οὐρανῶν ἐπηγγελμένη βασιλεία. Ἐπὶ ποίᾳ πράξει, ἐπὶ ποιῳ κατορθώματι σῦτη ἡ χάρις ἐδόθη ; ἐπὶ πίστει μόνῃ· μόνον γὰρ ἐπιστεύσαμεν, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος πάντα ἡμῖν ἡ χάρις ἐχαρίσατο. Ἢ οὕτως· Ὥσπερ εἰς τὴν χάριν ταύτην ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, οὕτως πάλιν καυχώμεθα καὶ ἐν ταῖς θλίψεσιν, εἰδότες ὅτι δι' αὐτῶν καὶ διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ δοκιμῆς, εἰς τὴν αὐτὴν ἀκαταίσχυντον ἐπανατρέχομεν ἐλπίδα. « Ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. » Ἢ ὅτι δοξάζεται ὁ Θεὸς, ἢ ὅτι δοξάζει ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ δοξάζει ἡμᾶς ἀῤῥήτῳ καὶ ὑπεσφυεῖ δόξῃ, δωρούμενος ἃ ἐπηγγείλατο, υἱοθεσίας καὶ βασιλείας οὐρανῶν ἀξιῶν. Καὶ δοξάζεται καὶ αὐτὸς, εἰ καὶ μὴ κατ' ἀξίαν, ἀλλ' ὅσον ἐστὶν ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις δυνατὸν, τοσαύτην φιλοτιμίαν περὶ τὸ ἀνθρώπινον ἐπιδεικνύμενος γένος, καὶ ταῦτα περαίνων καὶ εἰς ἔργον ἄγων, ἃ μόνης ἐστὶ τῆς αὐτοῦ θειότητος καὶ φιλανθρωπίας ἐνδεικτικά.

B

V, 3-5. *Non solum autem : sed gloriamur in afflictionibus : scientes quod afflictio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non pudefacit : quia charitas Dei effusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.*

C Οὐ μόνον δέ· ἀλλὰ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν· εἰδότες ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ, δοκιμὴν ἡ δὲ δοκιμὴ, ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς, οὐ καταισχύνει, ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς παρδίαις ἡμῶν, διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν.

Non solum, inquit, ob data futuraque bona gloriamur : verum etiam in his quæ contraria videntur, puta afflictionibus. Quam demum ob ob causam ? Quia ad patientiam nos exercent. Quod est autem ex patientia lucrum ? Probatos, inquit, nos reddit. Et quæ nobis inde utilitas ut simus probati ? Spem nobis futurorum bonorum conciliat. Qui autem hæc sperat nequaquam pudefieri poterit. Nam qui in hominem sperat, fortassis spe frustrari poterit : qui autem in Deum, nequaquam. Verumtamen, inquit, non in iis solis bonis quibus stetimus, sed in his etiam quæ exspectantur, tanquam in præsentibus gloriamur ; hoc enim exactæ fidei est. Pulchre autem dixerat gloriæ. Cum enim accidunt ea quæ promittuntur, agunt ut is glorificetur qui ea promisit.

Οὐ μόνον δὲ, φησὶν, ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι καὶ τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς καυχώμεθα, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις εἶναι δοκοῦσιν, οἷον ταῖς θλίψεσι. Τί δή ποτε ; ὅτι πρὸς ὑπομονὴν ἡμὰς ἀλείφουσι. Τί δὲ τῆς ὑπομονῆς τὸ κέρδος ; Δοκίμους, φησὶ, ποιεῖ. Τὶ δὲ τοῦ γενέσθαι δοκίμους, τὸ ὄφελος ; Ἐλπίδα ἡμῖν προξενεῖ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Ὁ δέ γε ταῦτα ἐλπίζων, οὐκ ἂν καταισχυνθείη. Ὁ μὲν γὰρ ἐπ' ἄνθρωπον ἐλπίζων, ἴσως καὶ ψευσθείη τῆς ἐλπίδος, ὁ δὲ ἐπὶ Θεὸν, οὐκ ἔτι. Πλὴν, οὐ μόνον· φησὶν, ἐν οἷς ἑστήκαμεν ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς προσδοκωμένοις, ὡς ἤδη παροῦσι καυχώμεθα. Τοῦτο γὰρ πίστεως ἀκριβοῦς. Καλῶς δὲ δόξης εἶπεν. Ἐκβαινοντα γὰρ τὰ ἐπαγγελλόμενα, δοξάζεσθαι τὸν ἐπαγγειλάμενον ποιεῖ.

D

259 « Sed gloriamur in afflictionibus. » Unde fit ut in afflictionibus gloriemur ? Quia vehementer Deum amamus. Quisque enim amator gaudet, ac gloriatur, cum pro eo quem amat, patitur. Verum unde

[ΦΩΤ.] « Ἀλλὰ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. » Ηόθεν καυχώμεθα ἐν ταῖς φλίψεσιν ; Ὅτι ἐρῶμεν σφόδρα τοῦ Θεοῦ. Ἐραστὴς γὰρ ἅπας χαίρει καὶ σεμνύνεται, ἡνίκα πάσχει ὑπερ οὗ ἐρᾷ. Ἀλλά πόθεν

[17] Ibid. 13.

ὁ θεῖος ἔρως ἐκεῖνος ἐκκέχυται, καὶ ὅλην ἐμπεριείληφε τὴν ἡμῶν καρδίαν ; Ἐκ τοῦ παναγίου Πνεύματος τοῦ δοθέντος ἡμῖν· ὥστε ὅλον τῆς ἄνωθεν χάριτος. Ἀλλὰ καὶ χρεωστοῦμεν ὑπερεραν αὐτοῦ, κἄν τι δέοι παθεῖν, μὴ ἀφίστασθαι τοῦ πρὸς αὐτὸν ἔρωτος. Διατι ; Ὅτι αὐτὸς ἡμῶν ἠράσθη πρῶτος· καὶ τότε ἡμῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων ὑπαρχόντων. Εἶδες ὑπερβολήν ; εἶδες πόσον τὸ χρέος ; Πρόσθες καὶ τὸ ἔτι μεῖζον, οὐκ ἠράσθη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἠτιμάσθη ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἐῤῥαπίσθη, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἐν νεκροῖς ἐλογίσθη, καὶ διὰ τούτων ἁπάντων, τὸν περὶ ἡμᾶς αὐτοῦ παρέστησεν ἔρωτα. Ὦ ἔρωτος ἀγγέλους καταπλήξαντος, ἀνθρώπους εἰς οὐρανοὺς ἀνυψώσαντος, καὶ δαιμόνων τυραννίδα καταργήσαντος ! Τίς ἐραστὴν τοιοῦτον οὐ φιλεῖ ; μᾶλλον δὲ τίς τι πράξας ἄξιον τοῦ τηλικούτου ἔρωτος ἐπιτελέσει, ἢ κἄν βραχὺ γοῦν τοῦ χρέους ἀποτίσει ; Κἄν γὰρ μυριάκις ἀποθάνοι, οὐ μέγα εἰσήνεγκεν. Ὑπὲρ γὰρ εὐεργέτου, ὑπὲρ ἐραστοῦ, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ ἐχθρῶν καὶ πολεμίων ὡς ἐκεῖνος ἔπαθεν, καὶ ἡμῶν ἕκαστος πάσχει. Διὸ ἡνίκα πάσχομεν, χαίρειν ὀφείλομεν καὶ σεμνύνεσθαι, ὅτι κἄν βραχὺ γοῦν, ὑπὲρ τηλικούτου ἐραστοῦ καὶ ἡμεῖς παθεῖν τι κατηξιώθημεν. « Εἰδότες ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται. » Πῶς καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι ; Καλῶς, φησίν. Αἱ γὰρ θλίψεις γυμνάζουσι πρὸς ὑπομονήν. Ἀλλὰ τί τὸ κέρδος τῆς ὑπομονῆς ; Μέγα, φησί. Δοκιμωτέρους γὰρ ἐργάζεται, ὥσπερ καὶ τὸν χρυσὸν ἡ χωνεία. Τί δὲ γίνεται ἐκ τοῦ δοκιμωτέρους ὀφθῆναι ; Πολὺ ὄφελος· ἡ γὰρ ἐλπὶς ἡμῶν ἐντεῦθεν βεβαιοτέρα καὶ ἀσφαλεστέρα καθίσταται. Ἐκ δὲ ταύτης, τί ; Τὸ πᾶν ἀνύεται, φησί. Ποῖον ; Τυγχάνομεν ὧν ἐλπίζομεν. Ἡ γὰρ ἐλπὶς ἡ βεβαία καὶ διὰ δοκιμῆς ἀχθεῖσα καὶ ὑπομονῆς καὶ θλίψεως, οὐδέποτε καταισχύνει. Καὶ ὅρα πῶς εἰπὼν ἀνωτέρω ὅτι καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι, πάλιν καὶ ἐνταῦθα εἰς ἐλπίδα κατέληξε. Καὶ γὰρ ἀπὸ ἐλπίδος δεῖ ἄρχεσθαι, καὶ ὁμοίως εἰς ἐλπίδα καταλήγειν. Ἀλλ' ἡ μὲν ἀρχομένων ἐλπὶς, οὔπω δῆλον ὅπως ἔχει, μήπω θλίψεων καὶ πειρασμῶν προσβαλόντων. Ἡ δὲ διὰ τούτων ὁδεύσασα, καὶ δοκιμασθεῖσα, καὶ φανεῖσα ἀδίστακτος, καὶ μὴ σαλευομένη, αὕτη καὶ τὸ τέλειον ἔχει, καὶ τῶν ἐλπισθέντων ἐν ἀπολαύσει παρασκευάξει. Ἤλπισεν ὁ Ἀβραὰμ μετὰ γῆρας καὶ στείρωσιν μήτρας, ὅτι ἔσται κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν πατήρ. Μέγα μὲν, ἀλλ' οὐχ οἷον μετὰ τὴν δοκιμήν. Ἐπείρασεν αὐτὸν ὁ Θεὸς καὶ ἐχώνευσεν ὡς ἀληθῶς χωνείαν φρικτὴν καὶ φοβερὰν, πῦρ τοῖς ἐγκάτοις ὑφάψας, ὅτε ῥφάξαι προσέταξε τὸν υἱόν· ἔδειξεν ἐκεῖνος καὶ διὰ τούτων, ἀσάλευτον καὶ σταθηρὰν τὴν ἐλπίδα. Ἔδραμε γὰρ σφάξαι τὸν υἱὸν, καὶ οὐκ ἐδίστασε λογισάμενος, Πῶς οὖν ἔσομαι πατήρ ; Τοῦτο ὑπερμεγέθης ὡς ἀληθῶς ἐλπὶς, διὸ καὶ τυγχάνει ὧν ἤλπισεν, « Ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα. » Ἄρα γε οἱ κακῶ συνειδότι πληττόμενοι, οὐδὲ ἐλπίζουσιν ἀντίδυσιν ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ. Ὃ γὰρ βούλεται ἕκαστος. τοῦτο καὶ νομίζει. « Ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ. » Καὶ πόθεν δῆλον, φησὶν, ὅτι ἐκεῖ δώσει ἡμῖν ἀγαθὰ ὁ Θεός ; Πόθεν ; ἐξ ὧν ἐνταῦθα δέδωκε. Τί δὲ ἔδωκε ; Τὸ Πνεῦμα, φησὶν, ὅπερ ἐκ μόνης ἀγάπης Θεοῦ ᾗ ἠγάπησεν ἡμᾶς ἐπεφοίτη-

A diviuus hic amor effusus est, totumque in se cor nostrum circumassumpsit ? Ex Spiritu sancto qui datus est nobis; totum itaque supernæ gratiæ est. Sed et debitores sumus ut eum supra cætera amemus, et si quidquam pati oporteat, ab amore ejus nequaquam discedamus. Quamobrem ? Quia ipse prior nos amore prosecutus est, idque tunc cum inimici ac hostes essemus. Viden' amoris magnitudinem ? Viden' quantum contraxerimus debitum ? Adde quod etiam majus est. Non solum amore nostri captus est, verum etiam pro nobis ignominiam passus, alapis cæsus ac crucifixus est, interque mortuos reputatus : et his omnibus amorem, quem erga nos habebat, demonstravit. O amorem, qui et angelos in stuporem adduxerit. B et hominem in cœlos sublevaverit, dæmonum tyrannidem irritam fecerit ! Quis hujusmodi amatorem non amabit ? imo potius quod erit opus, quod quispiam tali dignum amore perficiet, aut vel paululum etiam debiti rependet ? Nam etsi millies moriatur, non magnum aliquid attulerit. Siquidem pro benefactore, pro amico, etiam nostrum quisque interdum patitur : at non pro inimicis ac hostibus, sicut ille passus est. Cum ergo patimur, gaudere debemus ac gloriari: quod vel minimum quiddam pro tali amatore et nos pati mereamur. « Scientes quod afflictio patientiam operatur. » Quonam modo gloriamur in afflictionibus? Optime, inquit ; afflictiones enim ad patientiam exercent. Verum ecquid lucri ex patientia? Magnum, ait: siC quidem probatiores reddit, veluti fornax ipsum aurum. Quid autem consequimur ex eo quod probatiores videamur ? Magnum plane commodum ; spes etenim nostra firmior ac stabilior redditur. Quid autem ex hac ? Omne negotium perficitur. Quale tandem ? Quæ speramus assequimur. Firma namque spes, ac per afflictionem, patientiam et probationem adducta, nunquam pudefocit. Et vide, cum superius dixisset, quod ob spem gloriamur, quo modo et hic rursum in spem terminaverit. Nam et a spe inchoare oportet, et similiter in 260 spem desinere. Verum spes quidem incipientium nondum manifestum est quomodo se habeat, cum nondum occurrunt afflictiones aut tentationes : quæ vers per has transivit, probataque est, ac manifestata quod nullam habeat ambiguitatem, nec D fluctuat : hæc et perfectionem habet, et eam in fruitione eorum quæ sperantur reponit. Speravit Abraham post senectutem, ac matricis sterilitatem, quod juxta promissionem futurus esset pater. Magnum quidem hoc, at non quale post probationem. Tentavit illum Deus et quodammodo conflavit, vere horrenda quadam ac terribili fornace : igne interius accenso, quando filium jussus est jugulare. Ostendit ille per hæc inconcussam stabilemque fidem. Cucurrit enim ut filium jugularet : nec vacillabat intra se cogitans : Quomodo ergo pater ero ? Id sane maxime est fidei : ideo etiam quæ sperabat est assecutus. « Probatio vero spem. »

Certe qui prava stimulantur conscientia, ne sperant quidem boni ac mali retributionem. Nam quisque quod cupit, hoc etiam sibi persuadet. « Quia charitas Dei. » Et unde, inquit, manifestum est quod Deus ibi daturus sit nobis bona? Unde? Ex his quæ hic dedit. Quid autem dedit? Spiritum, ait, qui ex sola Dei dilectione qua nos dilexit, in nos supervenit; neque enim nos propriis bonis operibus Spiritus gratiam attraximus. « Effusa est. » Pulchre autem ait Dei dilectionem, quæ Spiritus donum est, effusam esse, hoc est largiter donatam. « In cordibus nostris. » Intellectualis enim est adorandi sanctissimique Spiritus inhabitatio, quæque sola mente ac corde comprehenditur.

A σεν ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἡμεῖς οἰκείους κατορθώμασιν ἐπεσπασάμεθα τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος. « Ἐκκέχυται. » Καλῶς δὲ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, ἥ ἐστιν ἡ δόσις τοῦ Πνεύματος, εἶπεν ἐκκεχύσθαι, οἷον δαψιλῶς δεδόσθαι. « Ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. » Νοητὴ γὰρ ἡ ἐνοίκησις τοῦ προσκυνητοῦ καὶ τρισαγίου Πνεύματος, καὶ νῷ μόνῳ καὶ καρδίᾳ λεπτῇ.

V, 6, 7. *Christus enim, cum adhuc essemus infirmi secundum tempus, pro impiis mortuus est. Nam vix pro justo quis moritur; pro bono siquidem forsitan aliquis audet etiam mori.*

Cum sanctissimi Spiritus donum dixisset transferre nos in Deum, tria ponit quæ excellentiam ostendant amoris Dei erga nos, simulque probent ejus in posterum providentiam ac benignitatem B erga homines. Hæc autem tria ex eo solo quod subjungitur assumit, videlicet ab illis circa quæ facta est amoris demonstratio. Nam sunt rursum et alia ex eo sumpta qui dilexit, quibus etiam dilectionis excellentia **261** profertur ac constituitur: puta virginalem inhabitasse uterum, et carnem ex ea sumpsisse, legistatorem etiam obsecutum fuisse legis præceptis.

Deinde contumelias quoque, injurias, et alapas sustinuisse: quodque omnium caput est, cruce mortem oppetiisse. Ipse vero Apostolus his quæ ex eo sumi poterant qui dilexerat, in summam redactis, solaque interim morte relata, distinxit illa, quæ ab his sumpta erant qui amati sunt. Hic autem hujusmodi tractatio in hoc commoda est Apostolo, ut ostendat quod etiam posthac magis ac magis nobis providebit, nosque tuebitur, et ab omni ira liberabit: tum ab ea quæ præsens est, ubi id expedire viderit, tum a futura, quæ vere extrema ira est. Tria vero quæ ponit sunt hæc: *Infirmi*, inquit, eramus infirmi vero non natura, sed propria mente ac operatione. Itaque infirmi eramus, multoque nobis opus erat auxilio. Sed et *impii* eramus: illum qui laturus erat auxilium repellebamus, aliis quidem adorationem attribuentes, ipsum vero injuriis afficientes, quibus inimici ac hostes appeti solent. Omnia igitur nostra plena erant inopia. Nam si, cum infirmi essemus et impotentes, ut ab ægritudine surgeremus, multo egebamus auxilio: auxiliatorem vero illatis injuriis repuleramus, anne ad extremam D indigentiam nostra redacta erant? Præterea *peccatores*, inquit, eramus, et vita magis ad lapsum trahebat, nec revalescere permittebat. His ita se habentibus, cumque omnis desperatio adesset, tunc bonus ille hominum amator Dei Filius, et nos dilexit et animam pro nobis posuit. Quod si tunc innumeris malis obnoxios, quique in omnem turpitudinem ac fœditatem incideramus, etiam dilexit nos, et ab infirmitate erexit ac roboravit, suo san-

Ἔτι γὰρ Χριστὸς, ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν κατὰ καιρὸν, ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε· μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται. Ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ, τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν.

[ΦΩΤ.] Εἰπὼν τοῦ παναγίου Πνεύματος τὴν δόσιν μεταβαίνειν εἰς τὸν Θεὸν, τρία τίθησι τὴν ὑπερβολὴν δεικνύοντα τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, καὶ ἅμα συνιστῶντα καὶ τὴν εἰς τὸ ἑπειτα αὐτοῦ πρόνοιαν καὶ φιλανθρωπίαν. Ταῦτα δὲ τὰ τρία, ἀπὸ μόνου λαμβάνεται τοῦ ὑποκειμένου, ἤτοι ἐξ ἐκείνων, περὶ ἃ τῆς ἀγάπης ἀπόδειξις. Ἐπεὶ καὶ ἄλλα πάλιν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἀγαπήσαντος, δι' ὧν πάλιν ἡ ὑπερβολὴ τῆς ἀγαπήσεως συνίσταται καὶ παρίσταται· οἷον αὐτὸ τὸ παρθενικὴν ἐνοικῆσαι μήτραν, καὶ σαρκωθῆναι ἐξ αὐτῆς· ὑπηρετήσασθαί τε ταῖς κατὰ νόμων ἐντολαῖς τὸν νομοθέτην.

Εἶτα ἀτιμασθῆναι, ὑβρισθῆναι, ῥαπισθῆναι, καὶ (τὸ κεφάλαιον) διὰ σταυροῦ θανατωθῆναι. Αὐτὸς δὲ τὰ μὲν ἐκ τοῦ ἀγαπήσαντος συγκεφαλαιωσάμενος, καὶ τὸν θάνατον μόνον τέως εἰπὼν, τὰ ἀπὸ τῶν ἀγαπηθέντων διεῖλε, συντελούσης αὐτῷ ἐνταῦθα τῆς τοιαύτης μεταχειρίσεως, εἰς τὸ ὅτι ἔτι καὶ ἔτι προC νοήσεται, καὶ ὑπερασπιεῖ, καὶ ῥύσεται ἐκ πάσης ὀργῆς, τῆς τε παρούσης ὅτε τοῦτο συμφέρον οἶδε, καὶ τῆς μελλούσης ἥτις ἐστὶν ὡς ἀληθῶς ἐσχάτη ὀργή. Ἃ δὲ τίθησι τρία ταῦτά ἐστιν. Ἀσθενεῖς ἦμεν, φησὶν, ἀσθενεῖς δὲ, οὐκ ἐκ φύσεως, ἀλλ' ἐξ οἰκείας γνώμης καὶ πράξεως. Ἀσθενεῖς οὖν ἦμεν, καὶ πολλῆς βοηθείας ἐχρῄζομεν. Ἀλλὰ καὶ ἀσεβεῖς ἦμεν, αὐτὸν τὸν μέλλοντα βοηθεῖν ἀπωθούμεθα, ἑτέροις μὲν τὸ σέβας προσάπτοντες, αὐτῷ δὲ, ἐχθροῖς ἴσα καὶ πολεμίοις, ἐνυβρίζοντες. Οὐκοῦν ἄπορα πάντα εἴχομεν τὰ ἡμέτερα. Εἰ γὰρ αὐτοὶ μὲν ἀσθενεῖς, καὶ ἀδύνατοι ἀναστῆναι τοῦ νοσήματος, πολλῆς δὲ βοηθείας δεόμενοι, τὸν βοηθὸν ἐνυβρίσαντες ἀπωσάμεθα, πῶς οὐκ εἰς ἔσχατον ἀπορίας τὰ ἡμέτερα; Εἶτα, ἀλλὰ ἁμαρτωλοί, φησὶ, καὶ ὁ βίος φησὶ, μᾶλλον D καθεῖλκεν ἐπὶ τὸ πτῶμα, καὶ ἀνενεγκεῖν οὐ συνεχώρει. Οὕτως δὲ ἐχόντων, καὶ πάσης ὑπαρχούσης ἀπογνώσεως, τότε αὐτὸς ὁ ἀγαθὸς, ὁ φιλάνθρωπος, ὁ τοῦ Θεοῦ Παῖς, καὶ ἠγάπησε, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν τέθεικεν. Εἰ δὲ τότε μυρίοις ἐνεχομένους κακοῖς, καὶ εἰς παντελῆ ἀσχημοσύνην καὶ αἰσχρότητα κατηντηκότας, καὶ ἠγάπησε, καὶ τῆς ἀσθενείας ἀνέστησε, καὶ ἐδυνάμωσε· τὸ αὐτοῦ λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν δεδωκὼς αἷμα, πολλῷ μᾶλλον οἰκειωσάμενος καὶ δικαιώσας, καὶ προστήσεται καὶ ἐντελήψεται καὶ

ὑπερασπιεῖ, ὅτε μήτε χρεία θανεῖν αὐτὸν, μήτε οὕτως ὡς πρότερον εἰς ἀῤῥωστίαν καὶ ἀσχημοσύνην κατηνέχθημεν· ἀλλὰ μὴ δ' αὐτὸν ἀπωσάμεθα, τὸ σέβας ἑτέροις περιθέμενοι. Οὐ χρὴ τοιγαροῦν ἐν δισταγμῷ τὴν ἐλπίδα τῶν ἐπηγγελμένων ἔχειν, ἀλλὰ βεβαίαν, καὶ ὡς παρόντων τῶν ἀγαθῶν οὕτω χαίρειν, καὶ δοξάζειν τὸν ἐπαγγειλάμενον καὶ παρέξοντα πάντως, Κύριον ἡμῶν καὶ Θεόν. Οὐ γὰρ μόνον ἀπὸ τῆς ὀργῆς σώσει ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τῆς οὐρανίου δόξης ἀξιώσει. « Ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, » καὶ τὰ ἐξῆς. Τὰ μέλλοντα πιστωσάμενος ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς, νῦν καὶ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ πιστοῦται. Εἰ γὰρ, φησὶν, ὑπὲρ ἀνδρὸς ἐναρέτου οὐκ ἂν τις ἕλοιτο ἀποθανεῖν, σκόπει μοι τοῦ Δεσπότου τὴν ἀγαθότητα, ὅτι τὸν Υἱὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἔδωκε τῇ ἁμαρτίᾳ· « Κατὰ καιρόν » — [ΟΙΚΟΥΜ.] Τουτέστι κατὰ καιρὸν εὔκαιρον, καὶ προσήκοντα καὶ προωρισμένον καιρὸν καὶ χρόνον.

Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. Πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι, σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν.

Συνίστησι δὲ, ἀντὶ τοῦ, βεβαιοῖ, δείκνυσι. « Πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες. » Εἰ γὰρ τότε, φησὶν, οὐ περιεῖδεν, ὅτε καὶ ὁμαρτωλοὶ ἦμεν, καὶ χρεία ἦν πρὸς τὸ σῶσαι καὶ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, πόσῳ μᾶλλον νῦν οὐ περιΐδοι, ἀλλὰ σώσει, ὅτε ἁμαρτωλοὶ ἐσμεν δικαιωθέντες τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, οὔτε ἔτι χρεία θανατωθῆναι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ; « Ἀπὸ τῆς ὀργῆς. » Τῆς μελλούσης κολάσεως. « Ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. » Οὐκ ἔτι γὰρ, φησὶ, χρεία, ὡς τὸ πρότερον, δοῦναι τὸν Υἱὸν εἰς θάνατον, ἀλλὰ ζῶντος ἔσται ἡ σωτηρία Οὐδὲν οὖν, φησὶ, δυσχερές. « Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ Θεῷ. » Ἵνα μὴ ἐρυθριῶμεν καὶ ἀδημονῶμεν, ὅτι τοσοῦτον γεγόναμεν ἀσεβεῖς ὡς χρείαν γενέσθαι καὶ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸ σωθῆναι ἡμᾶς, ἐπάγει· Οὐ μόνον δὲ ἐσώθημεν, φησὶν, ἀλλὰ καὶ καυχᾶσθαι ὀφείλομεν. Τοιγαροῦν καὶ καυχώμεθα, ὅτι ὅλως ἀπέθανε Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ὄντων ἀσεβῶν. Τοῦτο γὰρ τὴν ἄγαν τοῦ Πατρὸς ἀγάπην δηλοῖ, ὅτι καὶ ὑπὲρ ἀσεβῶν τὸν Υἱὸν δέδωκε. Τοὺς δὲ ἀγαπωμένους ὑπὸ Θεοῦ, οὐκ ἐγκαλύπτεσθαι οὐδὲ ἀδημονεῖν, ἀλλὰ ἀγάλλεσθαι καὶ καυχᾶσθαι ἐν Θεῷ προσήκει. « Δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν. » Τὴν οἱον οἰκείωσιν καὶ τὸ διαλλαγῆναι ἡμῖν ὀργιζόμενον πρὸ τούτου τὸν Θεόν.

guine pro nobis in redemptionem tradita: multo magis cum nos sibi asciverit, ac justificaverit, tuebitur, defendet ac proteget: cum neque sit necesse ut ipse moriatur: neque adeo ut prius in infirmitatem ac impudentiam devenerimus: sed nec illum repulerimus, exhibentes aliis adorationem. Itaque non oportet in ambiguo spem habere de promissis, sed firmam spem, et veluti de præsentibus bonis ita gaudere, ac illum glorificare qui promisit, quique omnino præstabit, Dominus nempe ac Deus noster. **262** Non solum enim nos ab ira servabit, sed et cœlesti gloria dignos habebit. « Cum adhuc essemus infirmi, » etc. Postquam fidem de futuris ex Spiritus sancti dono corroboravit, nunc etiam etiam ex Christi passione confirmat. Nam si pro bono, inquit, viro nullus mori eligeret, considera mihi Domini bonitatem: pro impiis enim Filium peccato dedit. « Secundum tempus. » — Hoc est opportuna ac convenienti temporis occasione definitoque tempore.

V, 8-11. « Illustrat autem suam erga nos charita- « tem Deus, quod cum adhuc peccatores essemus, « Christus pro nobis mortuus est: multo magis ergo « justificati per ejus sanguinem salvi erimus per « eum ab ira. Si enim cum inimici essemus recon- « ciliati sumus Deo per mortem Filii ipsius, multo « magis reconciliati salvi erimus in vita ejus. Non « solum autem hoc, sed et gloriamur in Deo per « Dominum nostrum Jesum Christum, per quem « nunc reconciliationem accepimus. »

Illustrat autem, hoc est, confirmat, ostendit. « Multo magis ergo justificati. » Nam si tunc, inquit, non despexit cum et peccatores eramus, et opus erat ut proprii etiam morte Filii salvos nos faceret, quanto magis nunc nequaquam despiciet, sed salvos faciet, quando neque peccatores sumus, Christi sanguine justificati, neque jam necesse est Filium suum morti tradi? « Ab ira » A futuro supplicio. « In vita ejus. » Neque enim jam necesse est, inquit, ut prius, Filium suum in mortem tradere, sed eo vivente salus erit. Nihil itaque difficultatis, inquit, habet nunc nostra salus. « Non solum autem hoc, sed et gloriamus in Deo. » Ne rubore suffundamur, mœroreque conficiamur quod adeo impii fuerimus, ut opus fuerit ad salvandum nos etiam morte Filii Dei, subjungit: Non solum inquit, salvi facti sumus, sed et gloriari debemus: itaque gloriamur etiam quod omnino mortuus fuerit Christus pro nobis cum impii essemus. Nam id Patris erga nos amorem aperte manifestat, quod etiam pro impiis Filium tradiderit. Porro eos qui a Deo amantur non convenit pudore suffundi, neque mœrore affici, **263** sed exaltare et in Deo gloriari. « Per quem accepimus reconciliationem. » Hoc est familiaritatem, et quod nobis reconciliatus sit Deus qui ante hujus mortem nobis iratus erat.

CAPUT VII.

Quomodo nos introduxerit ad salutem Jesus Christus factus homo pro terrigena Adam qui ab initio ceciderat.

V, 12, 13. « Propterea sicut per unum hominem « peccatum in mundum introivit, ac per peccatum « mors, et sic in omnes homines mors pertransiit : « in quo omnes peccaverunt. Nam usque ad legem « peccatum erat in mundo.

Cum in superioribus multipliciter probaverit, et Spiritus præsentia et Filii morte nos esse justificatos, idem etiam nunc ex eo quod rationi consentaneum ac consequens est, confirmat. Nam rationabile, inquit, erat, eos qui per unum hominem peccatores ac mortales facti erant, quandoquidem illius æmulati fueramus inobedientiam, per unum hominem, Dominum videlicet, salvos fieri, justificatos ac immortales effectos. — Omnino, inquit, a Deo salvabimur, dummodo saltem ipsi velimus : cujus paulo antea datæ sunt evidentes probationes. Sed et propterea, inquit, salvabimur ; propter quid ? Quia hoc et possibile est, et rationi consentaneum est ac consequens. Sed unde hæc manifesta fient ? A contrario, inquit. Siquidem per unum hominem et peccatum in mundum introivit, et mors ipsa : si ergo atrocia hæc facta sunt, possibile etiam est ac consequens, ut per unum hominem Dominum nostrum Jesum Christum pereant etiam quæ introducta erant sæva mala, ac dentur nobis meliora. Apostolus autem operibus Adam propositis reliquit ea quæ fecit Christus, dando id ex contrario intelligendum : simul et ista prædicendo, et illa intelligi hic esse possibilia relinquendo: **264** Idcirco præordinavit solum parabolam quæ intellectum illum pertraheret. Omnino enim id requirit, ut dicatur : Quemadmodum hoc, ita et consequens, id est, sic et illud : sed veluti diximus, eo quod consequitur per parabolam ostenso, manifeste illud non posuit, sed nos ipsos ad intelligendum direxit. « In quo omnes peccaverunt. » In quo Adam, vel per quem Adam : aut, quia propter ipsum etiam et alii. — « In quo. » In ipso, inquit Adam simul morimur, quia in ipso simul peccavimus. Et quidem ille originem dedit : nos autem sumpta inde occasione malum non prohibuimus, sed potius cooperati sumus, utque ad majus procederet apparavimus. — Ne quis enim injustitiæ Deum accuset, quod, cum Adam deliquerit, omnes moriamur, subjungit : « In quo omnes peccaverunt ; » ac si diceret, Ipse quidem principium dedit et causam, quod omnes ad ipsius similitudinem peccaverimus. « Nam usque ad legem peccatum erat in mundo. » Ostendere vult quod non tantum propter peccatum nostrum morimur, quantum per Adam, qui ex inobedientia morti locum dedit, et ait : Erat quidem et ante legem in hominibus peccatum : verum non imputabatur eis cum non esset lex quæ peccatum prohibet : non imputato autem peccato moriebantur homines. Quid ergo ? an

A

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Περὶ εἰσαγωγῆς τοῦ πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀντὶ τοῦ πεσόντος ἐξ ἀρχῆς γηγενοῦς Ἀδάμ.

Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν· ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἐν κόσμῳ.

Κατασκευάσας ἄνω πολλαχῶς τὸ δεδικαιῶσθαι ἡμᾶς τῇ τε μετουσίᾳ τοῦ Πνεύματος, καὶ τῷ θανάτῳ τοῦ Υἱοῦ, νῦν καὶ ἐκ τοῦ εὐλόγου αὐτὸ κατασκευάζει. Ὅτι, φησὶ, καὶ εὔλογον ἦν, τοὺς δι' ἕνα ἄνθρωπον ἁμαρτωλοὺς καὶ θνητοὺς γινομένους, ἐπεὶ ἐζηλώσαμεν αὐτοῦ τὴν παρακοήν, διὰ τὸν ἕνα ἄνθρωπον, τὸν Κύριον δηλαδὴ, σωθῆναι δικαιωθέντας καὶ ἀπαθανατισθέντας. — [ΦΩΤ.] Σωθησόμεθα. φησὶν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ παντως, ἐάν περ αὐτοὶ μόνον θέλωμεν· καὶ εἴρηνται μὲν μικρῷ πρόσθεν αἱ ἀποδείξεις. Ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο, φησὶ, σωθησόμεθα. Διὰ ποῖον ; Ὅτι καὶ δυνατὸν τοῦτο καὶ εὔλογον καὶ ἀκόλουθον. Πόθεν ταῦτα δῆλον ; ἐκ τοῦ ἐναντίου, φησί. Καὶ γὰρ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου καὶ ἡ ἁμαρτία εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ αὐτὸς ὁ θάνατος Εἰ οὖν δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ταῦτα γέγονεν ἡμῖν τὰ χαλεπὰ, δυνατὸν καὶ ἀκολουθον δι' ἑνὸς ἀνθρώπου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ παρεισαχθέντα ἀναιρεθῆναι χαλεπὰ, καὶ τὰ ἀμείνω δωρηθῆναι ἡμῖν. Αὐτὸς δὲ τὰ τοῦ Ἀδὰμ παραθεὶς, κατέλιπεν ἅπερ ἔπραξεν ὁ Χριστὸς, διδοὺς τοῦτο ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐννοεῖν, καὶ ἅμα προειρηκὼς αὐτὰ, καὶ δυνατὸν κἀνταῦθα ἐκεῖνα συνεπινοεῖν· διὸ μόνον τὴν παραβολὴν προτάξας ὡς ἑφελκυστικὸν ἐκείνου τοῦ νοήματος. Ἀπαιτεῖ γὰρ πάντως τὸ εἰπεῖν, Ὥσπερ τόδε, καὶ τὸ ἀκόλουθον, οἷον, οὕτω καὶ τόδε. Ἀλλ' ὡς ἔφημεν διὰ τῆς παραβολῆς τὸ ἀκόλουθον ἐνδειξάμενος, ῥητῶς οὐ παρέθετο, ἀλλ' αὐτοὺς ἡμᾶς συνεπινοεῖν προετρέψατο. « Ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. » Ἐφ' ᾧ Ἀδὰμ, ἢ δι' ὃν Ἀδάμ· ἢ ὅτι ἐπ' αὐτῷ καὶ οἱ ἄλλοι. — [ΦΩΤ.] « Ἐφ' ᾧ. » Ἐπὶ τούτῳ, φησὶ, συναποθνήσκομεν τῷ Ἀδὰμ, ἐφ' ᾧ καὶ συναμαρτάνομεν Καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν ἐκεῖνος παρέσχεν, ἡμεῖς δ' ἐκεῖθεν τὴν ἀφορμὴν λαβόντες, οὐκ ἐκωλύσαμεν τὸ κακὸν, ἀλλὰ καὶ συνεργήσαμεν, καὶ ἐπὶ μέγα χωρῆσαι παρεσκευάσαμεν. — [ΟΙΚΟΥΜ.] Ἵνα γὰρ μὴ τις ἀδικίαν ἐγκαλέσῃ τῷ Θεῷ, ὅτι τοῦ Ἀδὰμ πταίσαντος, ἡμεῖς ἀποθνήσκομεν, ἐπάγει· « Ἐφ' πάντες ἥμαρτον· » ὡσεὶ ἔλεγεν· Αὐτὸς μὲν τὴν ἀρχὴν παρέσχε καὶ τὴν αἰτίαν, ὅτι πάντες ἡμάρτομεν κατὰ τὴν ὁμοίωσιν αὐτοῦ. « Ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ. » Θέλει δεῖξαι ὅτι οὐ τοσοῦτον διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀποθνήσκομεν, ὅσον διὰ τὸν Ἀδὰμ, χώραν δεδωκότα τῷ θανάτῳ ἐκ τῆς παρακοῆς, καὶ φησιν· Ἦν μὲν τοῖς ἀνθρώποις καὶ πρὸ τοῦ νόμου ἡ ἁμαρτία, πλὴν οὐκ ἐλογίζετο αὐτοῖς διὰ τὸ μὴ εἶναι νόμον τὸν ἀπαγορεύοντα τὴν ἁμαρτίαν· μὴ λογιζομένης οὖν τῆς ἁμαρτίας, ἀπέθνησκον οἱ ἄνθρωποι. Τί δὴ ποτε ; Ἆρα οὐ πρόδηλον ὅτι διὰ τὴν τοῦ Ἀδὰμ κατάκρισιν ; — Καὶ ἄλλως. [ΦΩΤ.] Εἰπὼν. « Ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, » Ἵνα μή

τις εἴπῃ. Καὶ πῶς ἦν ἁμαρτεῖν νόμου μὴ ὄντος ; Αὐτὸς γὰρ σὺ ἀνωτέρω ἔφης, Ὅτι οὗ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις. Παραβάσεως δὲ μὴ οὔσης, οὐδὲ ἁμαρτία δηλονότι. Πῶς οὖν διῆλθεν ὁ θάνατος εἰς πάντας, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον ; Ἵνα οὖν μὴ ᾖ τις λέγων τοῦτο, προλαβὼν λύει τὴν ἀπορίαν, καὶ φησὶν, ὅτι ἦν καὶ πρὸ τοῦ νόμου. Ἐπράττετο γὰρ, καὶ τὸ πραττόμενον, οὐκ ἔστι μὴ γενέσθαι. Ἦν οὖν ἡ ἁμαρτία, ἀλλ' οὐχ οὕτως πᾶσιν ἐλογίζετο, οὐδ' εἰς ὅσον χωρεῖ τιμωρίας τῶν ἁμαρτανομένων ἕκαστον ἐγνωρίζετο. Τοῦ δὲ νόμου τάξαντος καὶ ὁρίσαντος τὰς τιμωρίας, καὶ διὰ τῆς ποινηλασίας ἐκδηλότερον αὐτὰς καταστήσαντος, καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων ἐμφανίσαντος, μᾶλλον καὶ πᾶσιν ἐγένοντο γνώριμοι, καὶ συνετῷ καὶ ἀσυνέτῳ, καὶ νέῳ καὶ πρεσβύτῃ, καὶ γυναικὶ καὶ ἀνδρί.

A non manifestum est quod id fiat propter Adæ condemnationem ? *Item et alio modo.* Cum dixisset « In quo omnes peccaverunt, » ne quis diceret : Et quo modo possibile erat peccare cum non esset lex? Nam tu ipse in superioribus dixisti : Ubi non est lex, ibi nec trangressio. Quod si non transgressio, planum est quod nec peccatum erit. Quomodo ergo mors in omnes pertransiit, ἐφ' ᾧ, (hoc est, in eo quod vel quia) omnes peccaverunt ? Ne quis ergo hoc dicat, præveniens solvit ambiguitatem, et ait quod etiam ante legem erat peccatum : nam perpetrabatur, quod autem perpetrabatur non potest non fuisse, Erat ergo peccatum, sed non non adeo omnibus imputabatur. Nullus noverat quantum supplicii luat quisque peccator. Porro B lege ordinante, pœnasque definiente, ac per pœnarum frequentiem illas manifestius constituente, et magnitudines peccatorum declarante, omnibus magis nota fiebant, tam prudenti quam imprudenti juveni ac seni, mulieri ac viro.

Διὰ τοῦτο οὖν πρὸ τοῦ νόμου οὐχ ὁμοίως ἐλογίζετο ἡ ἁμαρτία, ὅτι τε οὐχ ὥριστο ἡ τιμωρία, καὶ ὅτι οὐδὲ τὸ μέγεθος αὐτῶν ἀκριβῶς ἐγινώσκετο, καὶ ὅτι οὐδὲ κατὰ πόδας ἠκολούθει τοῖς πλημμελοῦσιν ἡ τιμωρία. Ἐπεὶ ὅτι ἦν ἡ ἁμαρτία, καὶ ὅτι, εἰ καὶ μετὰ πολλῆς ἀνοχῆς καὶ μακροθυμίας, ὅμως ἐπιμενόντων αὐτῶν καὶ ἀνιάτως ἐχόντων, αἱ τῶν δικῶν εἰς πράξεις ἐγίνοντο, μαρτυρεῖ σαφῶς τά τε Σοδομιτῶν πάθη, καὶ γε τούτου τὸ κοινὸν ναυάγιον ὁ κατακλυσμὸς, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα. Ἦν οὖν ἡ ἁμαρτία πρὸ τοῦ νόμου, καὶ ἐλογίζετο, ἀλλ' οὐχ οὕτως ὡς μετὰ τὸν νόμον. Ὥστε ἄμφω καλῶς ἔχειν, καὶ τὸ Διῆλθεν εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, καὶ τὸ, Οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις. Λέλυται γὰρ τὸ δοκοῦν ἀντιπίπτειν, διὰ τοῦ εἰπεῖν τὸν θεσπέσιον Παῦλον, « Ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ, » καὶ ἑξῆς. Εἶτα· « Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, » τουτέστιν εἰς ἔννομον ἐξουσίαν ἐλογίσθη αὐτοῦ ἡ τυραννὶς, τῷ τε χρόνῳ σεμνυνομένη, καὶ τοῖς ἡμῶν ἁμαρτήμασι κρατυνομένη, « ἀπὸ Ἀδὰμ, » φησὶ, τοῦ κατὰ παράβασιν ἐντολῆς νενομοθετημένης ἁμαρτήσαντος, Ἀπὸ Ἀδὰμ οὖν ὁ θάνατος ἐβασίλευσε, τουτέστι, κατ' ἐξουσίαν πολλὴν ἐκράτησε, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτήσαντας. Μέχρι τίνος ; « Μέχρι τοῦ Μωσέως. » Οἱ γὰρ μεταξὺ Ἀδὰμ καὶ Μωσέως, ἥμαρτον μὲν, ἀλλ' οὐχὶ ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως. Ὁ μὲν γὰρ ὡρισμένην καὶ νομοθετηθεῖσαν ἐντολὴν Θεοῦ παρέβη καὶ ἥμαρτεν. Οἱ δὲ ἡμάρτανον, τὸν αὐτοδίδακτον τῆς φύσεως λόγον ἐνυβρίζοντες, οὐ μὴν καὶ τοῦτον εἰσαχθέντα ῥητῶς παραβαίνοντες. Καὶ οἱ μὲν μέχρι Μωσέως, ἡμάρτανον οὕτως. Ἀπὸ δὲ Μωσέως μέχρι τῆς παρουσίας Χριστοῦ, κατὰ ὁμοιότητα τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως ἡμάρτανον. Νόμους γὰρ ῥητοὺς, καὶ νόμους ἐκ Θεοῦ διὰ Μωσέως δοθέντας, παραβαίνοντες ἡμάρτανον. « Ἐβασίλευσε δὲ ὁ θάνατος, εἰπὼν, ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ ἁμαρτήσαντας, » οὐκ ἐξάγει τοὺς ἐξ ἐκείνου μέχρι Χριστοῦ ἡμαρ-

265 Propterea ergo ante legem non eodem modo imputabatur peccatum, eo quod non esset definita pœna, et quod magnitudo eorum non exacte cognosceretur, et qui peccantes non sequebatur e vestigio pœna Verum quod esset peccatum, et quod, licet cum magna tolerantia et longanimitate, si tamen manebant in peccatis erantque incurabiles, pœnæ fuerint secutæ pravas actiones, aperte testatur calamitas Sodomitarum [17], et ante hanc universale naufragium sive diluvium [18], aliaque hujusmodi. Erat itaque peccatum ante legem et imputabatur, sed non ita ut post legem. Utrumque ergo bene se habet, ac verum est : et quod pertransiit in omnes homines mors, ἐφ' ᾧ (hoc est C in eo quod vel quia) omnes peccaverunt, et quod ubi non est lex, ibi nec transgressio : et solutum est quod adversari videbatur, per quod dixerit divinus Paulus. « Nam usque ad legem peccatum erat in mundo, » etc. Præterea : « Sed regnavit mors, » hoc est, in æquam et justam potestatem imputata est ejus tyrannis, et diuturnitate glorians et nostris peccatis robur concipiens, « Ab Adam, » inquit, qui peccaverat transgressione præcepti per legem sibi impositi. Ab Adam igitur mors regnavit, hoc est, multa potestate principatum tenuit etiam super eos qui non ad similitudinem Adam deliquerant. Quandiu ? « Usque ad Mosen. » Nam qui inter Adam fuerun et Mosen, peccaverunt quidem, at non ad similitudinem transgressionis Adam. Siquidem definitum ac D lege positum Dei præceptum transgressus est et deliquit : illi vero peccaverunt quod naturæ sermonem, qui nullo præceptorum usu instillabatur, injuria affecerint : neque tamen vel hunc manifeste inductum transgredientes. Et quidem ad Mosen usque ita peccabant, a Mose vero usque ad Christi adventum, ad similitudinem transgressionis Adam peccabant. Nam leges ordinatas, et a Deo per Mosen datas, transgrediendo delinquebant. Dicens autem : « Regnavit mors ab Adam usque ad Mosen etiam

[17] Gen. xx, 1 seqq. [18] Gen. vi, 1 seqq,

in eos qui non ad similitudinem transgressionis Adam deliquerunt, » non eos eximit qui ab eo tempore ad Christum usque peccaverant. Nam quomodo illos eximeret, cum suis transgressionibus similiores facti sint peccato ipsius Adam? Non ergo ipsos eximit a regno ac domino mortis. **266** sed per hoc quod ait, « etiam in eos qui non ad similitudinem Adam deliquerunt » adjectione conjunctionis καί, id est. *etiam*, illos potissimum significavit. Ac si dixisset : Non in solos eos regnavit mors, qui ad similitudinem Adam deliquerant, verum etiam in eos, qui non ad similitudinem ejus peccaverant. Aut hoc modo dicendum est, ut per hyperbaton intelligamus quod dictum est, « In similitudinem : » et juxta hunc tropum explanemus quod dictum est, « Regnavit mors ab Adam in similitudinem transgressionis Adam usque ad Mosen, etiam in eos qui non peccaverunt. » Ita ergo ordinando, sensum aperire oportet. — Vide autem quam se muniat Apostolus : ne in posterum injuria affici videamur, quod propter alium moriamur dixit : « Peccatum erat in mundo etsi non imputabatur. » Itaque non propter solum Adam, sed et propter nostrum peccatum morimur.

A τηκότας. Πῶς γὰρ ἂν ἐξῆγε, τοὺς μᾶλλον ἐοικότας ταῖς παραβάσεσι τῇ τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίᾳ ; Οὐκ ἐξάγει τοίνυν τούτους τῆς τοῦ θανάτου βασιλείας καὶ ἐπικρατείας, ἀλλὰ διὰ τοῦ εἰπεῖν, « καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ κατὰ ὁμοιότητα τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτήσαντας, » τῇ προσρήσει τοῦ, καὶ ἐκείνους μάλιστα παρεδήλωσεν. Οἷον, Οὐ μόνον ἐπὶ τῶν κατὰ ὁμοιότητα τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτησάντων ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν μὴ ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι αὐτοῦ ἁμαρτησάντων. Ἡ οὕτως ῥητέον, ἢ ἐν ὑπερβατῷ νοήσαντας, τὸ, « Ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι, » καὶ συμφράσαντας τὸ ῥητὸν τὸν τρόπον τοῦτον· « Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας. » Οὕτως οὖν συντάξαντας, δεῖ τὸν νοῦν ἀναπτύξαι. — [OIKOYM.] Ὅρα δὲ τὴν ἀσφάλειαν τοῦ Ἀποστόλου· ἵνα μὴ δόξωμεν λοιπὸν ἀδικεῖσθαι, δι' ἄλλον ἀποθνήσκοντες εἶπεν· « Ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ, εἰ καὶ μὴ ἐλογίζετο. » Τοιγαροῦν οὐ μόνον διὰ τὸν Ἀδὰμ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀποθνήσκομεν.

B

V, 13, 14. *Peccatum autem non imputatur ubi non est lex. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Mosen etiam super eos qui non deliquerunt ad similitudinem transgressionis Adam, qui est figura futuri.*

Ego arbitror peccatum hic appellari quod fit ex transgressione legis Mosis ac præceptorum quæ in ea sunt : puta quod oporteat circumcidi; quod sabbatum servare : quod hæc edere, ab illis vero abstinere. Cum enim universaliter et ubique peccatum esset, et ex hominum natura cognosceretur, et erat et imputabatur, veluti homicidium, furtum, puerorum corruptio, et similia : horumque testes sunt Cain. Lamech, hi qui erant tempore diluvii, Sodomitæ. Super his namque peccatis etiam naturalis lex posita erat. Creator namque hominem ad esse producens, tum eorum quæ facta sunt, tum illorum quæ sunt æterna, naturalem quamdam indidit cognitionem. Aiunt autem Patrum quidam inter quos est et Gregorius, in hominis creatione mandatum illud Adæ traditum, ne de ligno scientiæ boni et mali ederet, etiam legem fuisse, quæ in universum hæc peccata prohiberet : lignum enim quod scientiam boni et mali efficeret peccatum esse intellexerunt.

Ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος.

[TOY ATTOY.] Ἐγὼ νομίζω ἁμαρτίαν λέγειν αὐτὸν ἐνταῦθα τὴν ἐκ τῆς παραβάσεως τοῦ Μωσέως νόμου καὶ τῶν ἐκεῖσε ἐπιταγμάτων συνισταμένην. Οἷον, τοῦ δεῖν περιτέμνεσθαι, τοῦ σαββατίζειν, καὶ τάδε μὲν ἐσθίειν, τῶνδε δὲ ἀπέχεσαι. Ἐπεὶ ἡ καθόλου ἁμαρτία ἦν καὶ αὐτὴ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει γινοσκομένη, καὶ ἦν καὶ ἐνεκογεῖτο, οἷον ἀνδροφονία, κλοπὴ, παιδοφθορία καὶ τὰ ὅμοια. Καὶ μάρτυρες τούτων Κάϊν, Λάμεχ, οἱ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, οἱ Σοδομῖται. Ἐπὶ γὰρ τούτων τῶν ἁμαρτιῶν καὶ ὁ φυσικὸς ἔκειτο νόμος. Ὁ γὰρ Δημιουργὸς παράγων εἰς δύνεσιν τὸν ἄνθρωπον, τῶν τε πρακτέων, τῶν τε οὐ πρακτέων, φυσικήν τινα γνῶσιν ἐνέθεικε. Φασὶ δέ τινες τῶν Πατέρων, ὧν ἐστι καὶ Γρηγόριος, ἐν τῷ τοῦ ἀνθρώπου ποιήματι, καὶ τὸδ ἐντολὴν τὴν τῷ Ἀδὰμ δοθεῖσαν, μὴ φαγεῖν ἐκ τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν ξύλου, νόμον εἶναι, ἁμαρτιῶν τούτων δὴ τῶν καθόλου ἀπείργοντα. Τὸ γὰρ ξύλον τὸ ποιητικὴν τῆς γνώσεως τοῦ καλοῦ καὶ πονηροῦ, ἁμαρτίαν εἶναι ἐδέξαντο.

C

« Sed regnavit mors ab Adam. » **267** Debito ordine, sumpta transgressione Adam, Mosen appellat omne vetus instrumentum : sicut ibi : « Si Mosen non audiunt [19]. » Tempus itaque usque ad Christi adventum dicit Mosen. Ait ergo quod usque ad vetus testamentum habebat mors dominum ; nunc enim in novo per Christi gratiam dissoluta est. ac Dei nostri sanguine eversa. Non peccantes autem dicit eos qui fuerunt ante legem. — Non quod hi qui legem præcesserant non pecca-

D « Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ. » Εἱρμὸν, λαβὼν τὴν τοῦ Ἀδὰμ παράβασιν, Μωσέα φησὶ, πᾶσαν τὴν παλαιὰν, ὡς ἐκεῖ, « Εἰ Μωσέως οὐκ ἀκούουσι. » Τὸν οὖν ἄχρι τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ χρόνον, Μωσέα λέγει. Φησὶν οὖν, ὅτι ἄχρι τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἐπεκράτει ὁ θάνατος· νῦν γὰρ ἐν τῇ νέᾳ, χάριτι Χριστοῦ λέλυται τῷ αἵματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Μὴ ἁμαρτήσαντας δέ φησι, τοὺς πρὸ τοῦ νόμου. — [OIKOYM.] Οὐκ ἐπειδὴ οἱ πρὸ τοῦ νόμου οὐχ ἡμάρτανον, (μᾶλλον γὰρ ἐκεῖνοι τῶν

[19] Luc. xvi, 31.

μετὰ τὸν νόμον.) ἀλλὰ διὰ τὴν αἰτίαν ἣν αὐτὸς εἶπεν, ὅτι ἁμαρτία μὲν ἦν καὶ ἐνηργεῖτο παρὰ τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἐλογίζετο δὲ αὐτοῖς, διὰ τὸ μὴ εἶναι νόμον τὸν τὴν ἁμαρτίαν ἀπαγορεύοντα. Ὥσον οὖν πρὸς τὸ μὴ λογίζεσθαι πρὸ τοῦ νόμου τὴν ἁμαρτίαν, (ἁμαρτία γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου,) ἀναμάρτητοι ἦσαν τὸ τηνικάδε οἱ ἄνθρωποι, καίτοι ἁμαρτάνοντες. « Ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος. » Ὡς, φησὶν, Ἀδὰμ, τύπος ἦν τοῦ μέλλοντος ἔρχεσθαι, τουτέστι, τοῦ Χριστοῦ. Πῶς ; ὥσπερ, τῷ θανάτῳ τοῦ Ἀδὰμ πάντες ἀπέθνῃσκον, οὕτως τῷ θανάτῳ τοῦ Χριστοῦ, πάντες ζῃσόμεθα καὶ ἀναστῃσόμεθα· Ὁ οὖν τύπος, ἐκ τοῦ ἐναντίου συμβέβηκεν. — [Ἰωαννου.] Ὥσπερ ἐκεῖνος τοῖς ἐξ αὐτοῦ καίτοι γε μὴ φαγοῦσιν ἀπὸ τοῦ ξύλου γέγονεν αἴτιος θανάτου διὰ τὴν βρῶσιν εἰσαχθέντος· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς ἐξ αὐτοῦ καίτοι γε μὴ δικαιοπραγήσασι, γέγονε πρόξενος δικαιοσύνης. — [ΦΩΤ] Τρία ἐστὶν ἐν τούτοις τοῖς παραβολικῶς ἀλλήλοις παρατεθεῖσιν, ὁμοιότης τις, ἐναντιότης, ὑπερβολὴ κατὰ τὴν ὁμοιότητα. Ἐναντιότης μὲν, ἁμαρτία, ἀναμάρτητον, ἔχθρα πρὸς Θεὸν, καὶ καταλλαγὴ πρὸς Θεὸν, κατάκριμα, δικαίωμα· ἀπώλεια καὶ πτῶμα καὶ θάνατος, σωτηρία καὶ ζωὴ καὶ ἀνάστασις. Ἡ μὲν οὖν ἐναντιότης ἐν τούτοις. Ἡ δὲ ὁμοιότης, ὥσπερ δι' ἑνὸς τοῖς πᾶσι τὰ χείρω συνέπεσεν, οὕτως δι' ἑνὸς τὰ ἀμείνω τοῖς πᾶσιν ἐπιγέγονεν. Ἡ δὲ ὑπερβολὴ, ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν χειρόνων συνέπραξαν τῷ ἑνὶ οἱ πολλοὶ, ἐπὶ τῷ μετασχεῖν αὐτοὺς τῶν κακῶν. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀμεινόνων, οὐδεὶς συνέπραξεν, ἀλλὰ μόνου τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ τὸ χάρισμα γέγονεν, ὥστε οὐχ ὁμοίως καὶ ἐπίσης, ἀλλὰ καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἐκ περισσείας ἡ ὁμοιότης. Ηἀλιν διὰ τοῦ Ἀδὰμ τῶν χειρόνων εἰσαχθέντων, οὐκ ἀνῃρέθη μόνον ταῦτα (ὅπερ ὡς ἐναντίοις ὅμοιον καὶ ἀνάλογον), ἀλλὰ καὶ ἐπεδόθη παρὰ Χριστοῦ τὰ ἀμείνω. Ὑπερ τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν περισσείαν παρίστησιν. Διό φησιν· « Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα. » Καὶ ὅρα τί λέγει. Εἰ οὕτως ἰσχύει, φησὶ, τὸ παράπτωμα τοῦ Ἀδὰμ, καί τοι ἀσθενὲς ὂν καὶ κατὰ πολὺ ἡττώμενον τοῦ χαρίσματος τοῦ Θεοῦ, ὥστε καὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας θανατῶσαι, πόσῳ μᾶλλον ὑπερισχύσει τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς μὴ κατορθώσαντας ζωοποιῆσαι τῇ ἀναστάσει.

Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτως καὶ τὸ χάρισμα. Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι, τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πολλοὺς ἐπερίσσευσεν.

Βούλεται δεῖξαι μείζονα ἐνεργήσασαν τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν, ἥπερ ἐνήργησε τὸ τοῦ Ἀδὰμ παράπτωμα. Καὶ πῶς τοῦτο ; καὶ γὰρ ὁρῶμεν τὰ ἴσα ἐνεργήσαντα, εἰ καὶ ἐναντία τὰ ἐνεργηθέντα. Ὥσπερ γὰρ ἡ ὑπακοὴ τοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας ἀνθρώπους παρέπεμψε τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἀνάστασιν, τὸν ἴσον τρόπον καὶ ἡ παρακοὴ τοῦ Ἀδὰμ εἰς πάντας ἀνθρώπους παρέπεμψε τὸν θάνατον. Πῶς οὖν φησιν, « Οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτως καὶ τὸ χάρισμα. » — [Οι-

A bant, siquidem illi magis delinquebant, quam hi qui legem secuti sunt : sed ob causam quam ipse prædixit, quod peccatum quidem erat, et ab hominibus perpetrabatur, sed illis non imputabatur, eo quod lex non esset quæ peccatum vetaret. Quoad hoc ergo quod non imputaretur peccatum ante legem (Nam peccatum, inquit, non imputatur ubi non est lex), sine peccato erant qui tunc vivebant homines etiamsi peccabant. « Qui est figura futuri. » Qui, inquit, Adam erat figura ejus qui venturus erat, hoc est Christi. Quonam modo ? Sicut morte Adam omnes moriebantur, ita Christi morte omnes vivemus et resurgemus. Figura ergo ex adverso congruit.— Quemadmodum ille iis qui a se descenderent, etiamsi de ligno non edissent, fuit causa

B mortis quæ per esum inducta erat : ita quoque Christus se sequentibus, etiam si justa non egissent opera, justitiam conciliavit. — Tria sunt in his quæ parabolice sibi invicem respondent : puta similitudo quædam, contrarietas et excessus in similitudine. Contrarietas quidem peccatum et carens peccato, inimicitia adversus Deum, et reconciliatio erga Deum, condemnatio et justificatio ; perditio, casus, mors, salus et resurrectio cum vita. Itaque in his est contrarietas. Porro similitudo : Sicut per unum, mala omnibus contigerunt, ita per unum bona omnibus evenerunt. Excessus vero, quia in malis multi sunt uni cooperati ut participes essent malorum, in bonis autem nullus cooperatus est, sed unius Jesu Christi donum fuit. Itaque non similiter et ex æquo, sed per excessum et abundan-

C tiam est similitudo. Rursum non solum mala hæc quæ inducta erant per Adam, peremptа sunt, quod veluti in contrariis similitudo erat ac proportionabile, verum etiam addita sunt a Christo dona, 268 quod excessum ac abundantiam profert. Ideo ait : « At non sicut peccatum » Et vide quid dicat. Si adeo validum est, inquit, peccatum Adam (quanquam debile ac multo imbecillius Dei dono), ut etiam non peccantes occideret : quanto amplius majores habebit vires Dei donum, ut his etiam qui bona non egerunt opera, vitam conferat eosque suscitet.

V, 15. *At non sicut peccatum, ita et donum. Nam si unius delicto multi mortui sunt, multo magis gra-*

D *tia Dei, et donum in gratia, quæ fuit unius hominis Jesu Christi in multos exuberavit.*

Vult ostendere quod majora præstiterit Christi gratia quam peccatum Adam effecerat. Id autem quomodo ? siquidem ea quæ effecerunt videmus æqualia, quanquam contraria sint illa quæ effecta sunt Quemadmodum enim Christi obedientia vitam ac resurrectionem in omnes transmisit : simili modo et Adam inobedientia mortem in omnes transmisit. Quomodo ergo ait : « Non sicut peccatum, ita et donum ? » Quia etsi ita seseres habeat, quem-

admodum dixisti, majus est quod effecit gratia Dei. Nec secundum hoc majus dico quod posset quispiam existimare, quod vita major et excellentior sit morte: sed quod reipsa ac efficacia majus operata est Christi obedientia, quam transgressio Adam. Quonam modo? Quia mors sumpto quidem ex Adam principio, cooperans habuit nostram omnium peccatum, ut adversam omnes prævaleret: alioqui enim non prævaluis et, si puri ab omni sorde mansissent homines. Christi vero gratia, etiam sine nostra cooperatione, ad omnes pervenit: idque manifestum facit gratia resurrectionis, quæ non in solis duntaxat fidelibus effectum habebit, qui fidem videntur contulisse: verum in incredulis quoque, puta Judæis ac Græcis. Majus ergo est quod a nobis non expetit auxilium illo quod nostra indiget cooperatione ut habeat efficaciam. « Nam si unius delicto. » — Cum dixisset Adam figuram fuisse Christi, figuram videlicet ex contrario. (Nam sicut ille hominibus fuit causa mortis, **269** ita Christus hominibus fuit causa resurrectionis.) Ubi ergo dixit quod Adam erat figura Christi (ut diximus), quia hoc probaturus est, non similitudinem tantum demonstrat ac figuram, sed etiam eum, qui erat in figura ac similitudine, excessum et abundantiam. Ostendit enim hoc ex eo quod ait: « At non sicut peccatum; » rursumque: « Et non sicut per unum qui peccavit.) » Quia ergo confecit Apostolus argumentum, dissimilitudinem quodammodo in similitudine implicans, ut ostendat quomodo id factum sit nunc quidem idem repetit, simpliciter tamen ostendit similitudinem, nec permiscet, quod ad verba attinet, aliquam dissimilitudinis pugnantiam. Deinde ubi manifeste hoc et pure demonstravit, addit quod sicut per unum regnavit mors, multo magis in vita regnabunt per unum Christum: tanquam concludens, et sermonem ad id quod adhuc manifestius est ac contractius reducens, et ait: « Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, » etc. Deinde quia et in primo compositoque argumento, et in secundo repurgatoque ac repetitorio, et in eo quod in modum conclusionis allatum erat, mentionem de peccato et gratia fecerat, condemnatione ac dono, justificatione ac simili, quia correspondentia hæc nondum indicata erat, hoc ipsum nunc aperit et manifestat, ac dicit, quod ea quæ erant ex inobedientia effluxerunt, quæ vero ex obedientia floruerunt. Sit itaque hæc compositio argumenti quod figuram ac similitudinem confirmat, cum dicit: « Etenim si per unius delictum mors, » etc. Non ergo rursum in his idem repetit divinus Apostolus, sed plane admodum et exacte complectitur ac componit vim capitum. Illud igitur: « At non sicut delictum, » etc., ad eum usque locum. « Ex multis delictis ad justificationem, » argumentum est, ut diximus, figuræ ac similitudinis demonstrativum, sed quodammodo implicatum et per dissimilitudinem compositum; indigebat ergo manifestatione ac repurgatione, idque facit sequens ar-

A ΚΟΥΜ.] Ὅτι καὶ οὕτως ἔχοντος τοῦ πράγματος καθὼς εἶπας, μεῖζον ἐνήργησεν ἡ Χάρις τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐ κατὰ τοῦτο λέγω μεῖζον (ὡς ἄν τις οἰηθείη), καθὸ μείζων καὶ διαφορωτέρα ἡ ζωὴ τοῦ θανάτου, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτῷ τῷ ἔργῳ καὶ τῇ ἐνεργείᾳ μεῖζον εἰργάσατο ἡ Χριστοῦ ὑπακοὴ, τῆς Ἀδὰμ παραβάσεως. Πῶς; Ὅτι ὁ μὲν θάνατος ὁ τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ λαβὼν, συνεργείαν ἔσχε καὶ τὴν ἡμῶν ἁπάντων ἁμαρτίαν, ἵνα κατὰ πάντων ἰσχύσῃ, οὐ πάντως ἰσχύειν μέλλων, εἰ καθαροὶ παντὸς ῥύπου ἔμειναν οἱ ἄνθρωποι. Ἡ δέ γε Χριστοῦ χάρις, καὶ ἄνευ τῆς ἡμῶν συνεργείας, εἰς πάντας ἀφίκετο. Καὶ τοῦτο δηλοῖ τὸ τὴν χάριν τῆς ἀναστάσεως, μὴ μόνον εἰς τοὺς πιστοὺς ἐνεργεῖσθαι, τοὺς οἷον δόξαντας τὴν πίστιν συνεισφέρειν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἀπίστους,
B οἷον Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας. Μεῖζον οὖν τὸ μὴ προσδεηθὲν τῆς ἀφ' ἡμῶν συμμαχίας τοῦ δεηθέντος καὶ τῆς ἡμῶν αὐτῶν εἰς τὸ ἰσχύσαι συνεργείας. « Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι. » — [ΦΩΤ.] Εἰπὼν ὅτι τύπος ἦν ὁ Ἀδὰμ τοῦ Χριστοῦ, τύπος δὲ δηλονότι ἐκ τοῦ ἐναντίου, (ὡς γὰρ ἐκεῖνος αἴτιος ἀνθρώποις θανάτου, οὕτως ὁ Χριστὸς, αἴτιος ἀνθρώποις ἀναστάσεως·) εἰπὼν οὖν, ὡς ἔφημεν, ὅτι τύπος ἦν ὁ Ἀδὰμ τοῦ Χριστοῦ, ἐπειδὴ μέλλων αὐτὸ κατασκευάζειν, οὐ μόνον τὴν ὁμοιότητα κατασκευάζει καὶ τὸν τύπον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τῷ τύπῳ καὶ ὁμοιότητι ὑπεροχὴν καὶ περισσείαν. (Τοῦτο γὰρ ἐνδείκνυται διὰ τοῦ λέγειν, « Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα· » καὶ πάλιν, « Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος.) » Ἐπεὶ οὖν σύνθετον αὐτῷ πως γέγονε τὸ ἐπιχείρημα, ἀνομοιότητά
C πως ἐν ὁμοιότητι διαπλέκοντι, νῦν ἐπαναλαμβάνεται μὲν τὸ αὐτὸ, καθαρῶς δὲ τὴν ὁμοιότητα δείκνυσι, καὶ οὐκ ἐπιπλέκων ὅσον ἀπὸ τῆς λέξεώς τινα ἀνομοιότητος μάχην. Εἶτα σαφῶς τοῦτο καὶ καθαρῶς ἐνδειξάμενος, ὅτι ὥσπερ δι' ἑνὸς ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, πολλῷ μᾶλλον ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι δι' ἑνὸς Χριστοῦ, ἐπάγει, ὥσπερ συμπεραινόμενος, καὶ εἰς τὸ ἔτι σαφέστερον καὶ συνεσταλμένον ἀνάγων τὸν λόγον, καί φησιν· « Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, » καὶ ἑξῆς. Εἶτα ἐπειδὴ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ καὶ συνθέτῳ ἐπιχειρήματι, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ διακεκαθαρμένῳ καὶ ἐπαναληπτικῷ, καὶ ἐν τῷ ὥσπερ συμπεράσματι ἐπενεχθέντι, παραπτώματος μὲν καὶ
D χαρίσματος, καὶ κατακρίματος, καὶ δωρήματος, καὶ δικαιώματος, καὶ τοιούτων μνημονεύει, ὅθεν δὲ τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἑκατέρα τῶν ἐναντίων ἡ συστοιχία αὕτη οὐδέπω ἐπεσημήνατο, νῦν αὐτὸ τοῦτο διασαφεῖ καὶ ἀποκαλύπτει, καί φησιν, ὅτι τὰ μὲν ἐκ παρακοῆς ἐρρύη, τὰ δὲ ἐξ ὑπακοῆς ἤνθησεν. Ὥστε κατασκευάζοντος τὸν τύπον καὶ τὴν ὁμοιότητα, οἷον τοῦ· « Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος, » καὶ ἑξῆς. Οὐ ταυτολογεῖ τοίνυν, ὡς ἄν τις οἰηθείη, ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τούτοις, ἀλλὰ σαφῶς λίαν καὶ διηκριβωμένως ἀλληλουχεῖ καὶ ἐντάττει τῶν κεφαλαίων τὴν δύναμι. Ἔστιν οὖν τὸ μὲν, « Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, » καὶ ἑξῆς, ἕως τοῦ, « Ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα, » ἐπιχείρημα μὲν, ὡς

ἔφημεν, δεικτικὸν τοῦ τύπου καὶ τῆς ὁμοιότητος, ἀλλὰ διαπεπλεγμένον πως καὶ συντεθειμένον δι' ἀνομοιότητος. Ἐδεῖτο οὖν σαφηνείας καὶ διακαθάρσεως, καὶ τοῦτο ποιεῖ, τὸ ἐφεξῆς ἐπιχείρημα, ἐπαναλαμβάνον τὸ προειρημένον καὶ διακαθαῖρον, καὶ εἰς τὸ σαφὲς ἀπ[άγα]γον. Ἀλλ' ἔδει καὶ τοῦτο λαβεῖν ἀξίωμα, καὶ μὴ ἐξ ὑποθέσεως προτείνεσθαι μόνον. Οὐδὲ τοῦτο παροράᾳ, ἀλλ' ὥσπερ συμπεραινόμενος καὶ τῇ τοῦ λόγου θαῤῥῶν ἀληθείᾳ, μετὰ βεβαιώσεως ἀποφαίνεται. « Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος, » καὶ ἐξῆς. Εἶτα ἐπεὶ οὐκ ἦν εἰπὼν ἐν τοσούτοις ἐπιχειρήμασιν οὐδαμοῦ, πόθεν ἔσχεν ἀρχὴν τὸ δικαίωμα καὶ τὸ κατάκριμα, οὐδὲ τοῦτο παροράᾳ, ἀλλὰ προσείθησι, λέγων· « Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς, » καὶ ἐξῆς. « Πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Οὐ μόνον, φησὶν, ἡ χάρις τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ δὴ καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ. Τοῦτο δὲ κατασκευαστικόν ἐστι τοῦ δυνατοῦ. ὅτι, φησὶ, Χάρις τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ὅπου δὲ Πατὴρ καὶ Υἱὸς, εὐδήλον ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα δύναται πάντας σῶσαι.

A gumentum, quod dictum erat repetens ac repurgans, deferensque ad majorem lucem. **270** Sed et hoc dignitatem sumere oportuit, et non tantum ex hypothesi procedere. Neque hoc negligit, sed quasi terminans et sermonis veritati confidens, per confirmationem enuntiat. « Itaque sicut per unius delictum, » etc. Deinde quia nusquam in his argumentis dixerat unde principium haberent justificatio et condemnatio : ne hoc quidem negligit, sed addit, dicens : « sicut enim per inobedientiam, » etc. « Multo magis gratia Dei et donum in gratia, quæ fuit unius hominis Jesu Christi. » Non solum, inquit, gratia Patris, verum etiam Filii. Hoc autem confirmativum est potentiæ. Nam gratia, inquit, Patris ac Filii. Ubi autem Pater ac Filius, plane manifestum est quod B et Spiritus sanctus omnes salvare potest.

Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος τὸ δώρημα. Τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα, ἐκ πολλῶν καταπτωμάτων εἰς δικαίωμα. Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνός· πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες ἐν ζωῇ, βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτως καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς, δικαιοι καταστα θήσονται οἱ πολλοί.

V, 16-19. *Et non sicut per unum qui peccavit ita et donum. Judicium siquidem ex uno delicto ad condemnationem, donum autem ex multis delictis ad justificationem. Nam si unius delicto mors regnavit per unum, multo magis ii qui exuberantiam gratiæ et donum justitiæ accipiunt in vita, regnabunt per unum Jesum Christum. Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita et per unius justificationem in omnes homines ad justificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per obedientiam unius, justi constituentur multi.*

Καὶ οὐχ ὥσπερ ἡ ἁμαρτία, φησὶ, τοῦ Ἀδὰμ, οὕτως καὶ ἡ δωρεὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἡ δωρεὰ μεῖζον. Πῶς ; Τὸ μὲν γὰρ κρῖμα, τουτέστι τὸ κατάκριμα, ἐκ τοῦ ἑνὸς Ἀδὰμ εἰς πάντας ἦλθεν ἀνθρώπους. Τὸ δὲ χάρισμα καὶ ἡ δωρεὰ τοῦ Θεοῦ τοσοῦτον ὑπερίσχυσεν, ὥστε καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν ἐξαλεῖψαι, καὶ οὐ μόνον ἐκείνην, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ἁμαρτήματα τῶν ἀνθρώπων, ἅπερ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνην ἥμαρτον. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς δικαίωμα, τουτέστιν εἰς δικαιοσύνην ἅπαντας ἤγαγε. Πολὺ δὲ τὸ μέσον ἀμνηστίας ἁμαρτιῶν καὶ δικαιοσύνης. Ἡ δὲ σύνταξις· Καὶ οὐχ οὕτως, φησὶ, τὸ δώρημα, ὡς ἡ διὰ τοῦ ἑνὸς ἁμαρτήσαντος παράβασις καὶ ἁμαρτία, ἀλλ' ἡ δωρεὰ, φησὶ, πολλῷ μᾶλλον. « Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε. » Πάλιν τὸ αὐτὸ κατασκευάζει, καὶ φησιν· Εἰ γὰρ τῷ παραπτώματι τοῦ Ἀδὰμ διὰ τὸν ἕνα αὐτὸν ὁ θάνατος ἐβασίλευσε, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ τὴν χάριν λαβόντες καὶ τὴν δωρεὰν καὶ τὴν δικαιοσύνην, οὐχ ὑπαχθησόμεθα θανάτῳ, ἀλλὰ ζήσομεν. « Πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος. » Περισσείαν φησὶ τὴν δαψίλειαν. Τοῦτο δὲ κατασκευαστικόν ἐστι τοῦ πάντως ἐν ζωῇ βασιλεῦσαι, ὅπῳ καὶ ἡ χάρις οὐ φειδωλῶς οὐδὲ μεμετρημένως ἐδόθη, ἀλλ' ἐκ περισσείας.

C Et non sicut peccatum Adam, inquit, ita fuit et donum Dei : sed majus fuit donum. Quomodo ? Et enim judicium, hoc est condemnatio ex uno Adam ad omnes pervenit homines : gratia vero et donum tanto majores habuit vires, ut ipsum quoque peccatum Adam expurgaret : nec illud solum, sed et reliqua hominum peccata, quibus post illud peccatum deliquerant. Neque id tantum, verum etiam ad justificationem, id est, justitiam omnes adduxit : multum autem interest inter oblivionem peccatorum et justitiam. Litteræ vero ordinatio est. Et non ita est donum sicut transgressio et peccatum per unum qui **271** peccavit, sed donum, inquit, multo majus. « Nam si unius delicto mors regnavit. » Rursum idem confirmat, et ait : Si enim peccato Adam D mors regnavit per unum ipsum : multo magis nos accepta gratia, donoque ac justitia non subjiciemur morti, sed vivemus. « Multo magis ii qui exuberantiam gratiæ. » Exuberantiam dicit abundantiam. Id autem confirmativum illius est quod omnino in vita regnabunt, cum etiam gratia non parce neque ad mensuram data sit, sed exuberanter.

Καὶ ἄλλως. Οὐ μόνον ἵνα ζήσωμεν ἐδόθη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ ἁμαρτία ἀνῃρέθη, καὶ ἡ κόλασις συνανῃρέθη, ἀλλ' ἵνα καὶ υἱοὶ Θεοῦ γενώμεθα, καὶ

Alio quoque modo. Non solum ut vivamus data est gratia Dei, peccatumque peremptum, simul et supplicium sublatum : verum etiam ut filii Dei

efficiamur et Christi cohæredes, Patrisque hæredes, ac ejusdem cum Filio corporis, aliaque innumera bona consequamur. Propterea dicit : « Qui exuberantiam gratiæ accipiunt. » — « Itaque sicut per unius delictum. » Rursus eodem decertat sermone. Quia enim admirandum videbatur, nempe quod vita et dono ac bono opere unius Jesu Christi omne genus hominum salvaretur, idcirco frequenter idem astruit. « Sicut enim per inobedientiam. » Hoc ipsum denuo repetit argumentum. « Peccatores constituti sunt multi. » Hoc est morti supplicioque obnoxii : eo quod serie ac ordine in omnes qui ejus essent generis transeat peccatum progenitoris : cum omnes imitatione quadam ac successione idem perpetrarent. « Ita et per obedientiam unius. » Patri siquidem fuit obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

V, 20, 21. « Lex autem obiter intravit ut abun-
« daret delictum. Ubi autem exuberavit peccatum,
« ibi magis exuberavit gratia. Ut quemadmodum
« regnavit peccatum per mortem, ita et gratia re-
« gnaret per justitiam ad vitam æternam per Jesum
« Christum Dominum nostrum. »

« Lex autem obiter intravit. » Id dicit quod factum est : nec tamen legem ait causam fuisse peccati : ac si diceret : Lex autem obiter intravit, et abundavit delictum. Nam hoc in operibus apparuit et actionibus. Simul etiam per modum objurgandi ad Judæos dictum est, ad illos enim sermo dirigitur : et illi de lege immodice efferebantur. **272** Objurgando ergo obscure indicat quod frustra de lege adeo extollerentur : Quod enim ad vestra, inquit, spectat opera, lex obiter intravit ut abundaret delictum. Hoc autem nunc dixit, quia calamitatum meminerat, quæ ex Adam provenerant, horum liberationem solum dixerat esse Salvatorem effectum. Ne ergo dicant : Quid igitur ? nihil profuit lex ad horum liberationem ? hoc itaque ponit quod Non solum nihil vobis contulit, sed quantum ad vos attinet, illud quoque delictum abundare fecit. Porro quod ait : « Obiter intravit, » temporalem significat ejus durationem. « Ut abundaret delictum. » Legis gloriam evertit : nam adversus Judæos illi certamen erat, et dicit : Non solum vos nihil juvit lex, verum etiam ex transgressione auxit peccata. Conjunctio ἵνα, id est, *ut*, non ponitur causaliter, sed quo pacto contigerit manifestat ; neque enim propterea data est lex ut abundaret peccatum : absit ! Imo ut salvaret et instrueret ; tamen non observata auxit peccatum : non ex propria natura, sed propter illorum segnitiem ac transgressionem qui eam non observaverunt.

Item alio modo. Hoc simile illi est quod in Epistola ad Galatas habetur. « Lex propter transgressiones addita fuit. » Siquidem conjunctionem ἵνα, id est, *ut*, posuit etiam juxta idioma : significat enim aliud consecutum esse. Nam in omnibus qui post Adam fuerunt, imo et in ipso etiam Adam data lege abundavit delictum. Etenim quanto plura sunt

A συγληρονόμοι Χριστοῦ, καὶ κληρονόμοι Πατρὸς, καὶ σύσσωμοι τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἄλλα μυρία ἀγαθά. Διὰ τοῦτό φησιν, « Οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος λαμβάνοντες. » — Ἆρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος. » Πάλιν τῷ αὐτῷ ἐπαγωνίζεται λόγῳ. Ἐπειδὴ γὰρ παράδοξον ἐδόκει, τῇ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ ζωῇ καὶ δωρεᾷ καὶ κατορθώματι ἅπαν σώζεσθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, πολλαχῶς αὐτὸ κατασκευάζει. « Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς. » Τὸ αὐτὸ πάλιν λέγει ἐπιχείρημα. « Ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί. » Τουτέστιν ὑπεύθυνοι θανάτῳ καὶ κολάσει, διὰ τὸ τάξει καὶ εἱρμῷ εἰς πάντας τοὺς τοῦ γένους διαβῆναι τὴν τοῦ πρόπατρος ἁμαρτίαν, πάντων κατά τινα μίμησιν καὶ διδαχὴν ἐπιτελούντων αὐτήν. « Οὕτως καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνός. »

B Ὑπήκοος γὰρ γέγονε τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ.

Νόμος δὲ παρεισῆλθεν ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. Οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις, ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτως καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

« Νόμος δὲ παρεισῆλθεν. » Τὸ γεγονὸς λέγει, καὶ οὐκ αἰτιῶν φησιν τὸν νόμον τῆς ἁμαρτίας, οἷον, Νόμος δὲ παρεισῆλθε, καὶ ἐπλεόνασε τὸ παράπτωμα· Τοῦτο γὰρ ἐπ' αὐτῶν ὤφθη τῶν ἔργων καὶ πράξεων. Ἅμα δὲ, καὶ ἐπιπληκτικῶς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους εἴρηται. Πρὸς γὰρ ἐκείνους ἀποτείνεται, καὶ ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ ὑπέρογκα τῷ νόμῳ φρονοῦντες. Ἐπιπλήττων οὖν ὑπαινίττεται, ὅτι Μάτην τῷ

C νόμῳ μέγα φρονεῖτε· ὅσῳ γὰρ ἐπὶ ταῖς ὑμετέραις ἐργασίαις, ὁ νόμος παρεισῆλθεν ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. Τοῦτο δὲ νῦν ἔφη, ἐπειδὴ τῶν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ χαλεπῶν ἐπεμνήσθη, καὶ ταύτων ἀπαλλαγὴν μόνον ἔφη γενέσθαι τὸν Σωτῆρα. Ἵνα μὴ λέγωσι· Τί οὖν ; ὁ νόμος οὐδὲν συνεβάλετο εἰς τὴν ἐκείνων ἀπαλλαγήν ; τίθησι γοῦν τοῦτο, ὅτι Οὐ μόνον οὐδὲν συνήνεγκεν, ἀλλ' ὅσα ἐφ' ὑμῖν, καὶ ἐπλεόνασε τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνην. Τὸ δὲ, « Παρεισῆλθεν, » τὸ πρόσκαιρον αὐτοῦ δείκνυσιν. « Ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. » Καθαιρεῖ τοῦ νόμου τὴν δόξαν (πρὸς Ἰουδαίους γὰρ ἦν αὐτῷ ὁ ἀγών), καὶ φησιν· Οὐ μόνον οὐδὲν ἡμᾶς ὤνησεν ὁ νόμος, ἀλλὰ καὶ ηὔξησε τὰς ἁμαρτίας ἐκ τοῦ παραβαίνεσθαι. Τὸ δὲ, ἵνα,

D οὐκ αἰτιολογικῶς κεῖται, ἀλλὰ τὸ, ὅπως ἐξέβη, δηλοῖ. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐδόθη ἵνα πλεονάσῃ τὴν ἁμαρτίαν, ἄπαγε, ἀλλ' ἵνα σώσῃ καὶ παιδεύσῃ. Μὴ συλαχθεὶς δὲ ηὔξησε τὴν ἁμαρτίαν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν μὴ φυλαξάντων αὐτὸν ῥᾳθυμίαν καὶ παράβασιν.

Καὶ ἄλλως [ΓΕΝΝΑΔ.] Ἔοικε τοῦτο τῇ πρὸς Γαλάτας. « Ὁ νόμος τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη. » Τὸ γὰρ, ἵνα, κανταῦθα κατὰ τὸ ἰδίωμα τέθεικε· σημαίνει γὰρ τὸ ἀκόλουθον. Τοῖς γὰρ μετὰ τὸν Ἀδὰμ, φησὶν, ἅπασι, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Ἀδὰμ, νόμου δοθέντος, ἐπλεόνασε τὸ παράπτωμά. Ὅσῳ γὰρ τὰ παραγγέλματα πλείω, τοσούτῳ παρα-

βαινομένων αὐτῶν καὶ τὰ παραπτώματα. Πολλὰς γὰρ δοὺς ἐντολὰς ὁ νόμος, παραβαθεὶς ἐπλεόνασεν. « Οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία. » Μὴ φοβηθῇς, φησὶν, ὅτι ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία. Καὶ γὰρ τῇ τῶν ἀνθρώπων παραβάσει, εἰς δέον καὶ συμφέρον ἐχρήσατο, πόρον τοῖς ἀπόροις μηχανώμενος ὁ Θεός. Ἐκ γὰρ τούτου ἡ χάρις διὰ Χριστοῦ μείζων καὶ πολὺ ποθητέα γεγένηται. Ἧς οὕτως γενομένης, ἡ πίστις μᾶλλον ἐπέδωκεν. Οὐκοῦν ἐκ τοῦ πλεονασμοῦ τῆς ἁμαρτίας οὐχ ἡ κολασις ἐπλεονάσθη, ἀλλ' ἡ σωτηρία γέγονεν ἐρασμιωτέρα. Οὐ γὰρ μόνον τῶν ἁμαρτημάτων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ μυρία ἀγαθὰ δέδωκεν. « Ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ. » Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἐν τάξει βασιλέως, ὁ δὲ θάνατος, ἐν τάξει στρατιώτου καὶ ὑπουργοῦ γεγένηται. Ἐν τῷ θανάτῳ, διὰ τοῦ θανάτου. « Οὕτως καὶ ἡ χάρις βασιλεύσει. » Χάρις μὲν γὰρ καὶ χάρις Θεοῦ καὶ δικαιοσύνη λείζων κατορθοῖ ἁμαρτίας καὶ θανάτου. Ὅμως αὐτὸς ἐκ περιουσίας εἶπεν οὕτως τὸ, « βασιλεύσει. » — [ΦΩΤ.] « Διὰ δικαιοσύνης, εἰς ζωὴν αἰώνιον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ δηλονότι δικαιοσύνης, Ἡ σύνταξις δέ· Διὰ δικαιοσύνης, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτελεσθείσης καὶ καταπραχθείσης.

Τί οὖν ἐροῦμεν ; ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ ; μὴ γένοιτο ! οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσωμεν ἐν αὐτῇ ;

Τί οὖν, φησὶ, διὰ τὴν τῶν εἰρημένων ἀκολουθίαν ἔλθωμεν εἰς τοιάδε ῥήματα ; καὶ λέγει ποῖα. « Ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ ; » Ἐπειδὴ εἶπεν ἄνω, « Οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. » ἵνα μὴ τοῖς ἀνοήτοις εἶναι δόξῃ τὰ εἰρημένα προτροπὴ ἁμαρτίας, ἀναιρεῖ αὐτά. « Μὴ γένοιτο. » Ὅπερ ἐπὶ τῶν ὁμολογημένων ὡς ἀτόπων εἰώθαμεν λέγειν. « Οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ. » καὶ ἐξῆς. Ἢ ὅτι τὸ αὐτῆς, φησὶ, μέρος ἐνεκρώθημεν· πῶς οὖν ἔστιν ἐκ τῆς αὐτῆς καὶ νεκροῦσθαι καὶ ζῆν ; ἢ ὅτι νεκροὶ, φησὶ, γεγόναμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πιστεύσαντες τῷ Χριστῷ καὶ βαπτισθέντες. Οὐ δεῖ οὖν, φησὶ, τοὺς τὴν σωτήριον νέκρωσιν ὑπομείναντας, ζῆσαι τὴν κακὴν ζωὴν τῆς ἁμαρτίας. Ἐνεκρώθημεν δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ. Πῶς ; εἰς τὸ μὴ ὑπακούειν, φησὶν, αὐτῆς.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ τῆς ὀφειλομένης ἐπὶ τῇ πίστει πράξεως ἀγαθῆς.

Ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν ; Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον. Ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα.

« Εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν. » Εἰς τὸ παραπλήσιον αὐτοῦ θάνατον ἀποθανεῖν, ἢ εἰς τὸ τέλειον αὐτὸν καὶ λυσιτελέστατον ὀφθῆναι· γίνεται

A præcepta, tanto etiam eorum qui illa transgrediuntur plura sunt peccata. Lex ergo quæ multa dedit præcepta, transgressionibus abundavit. « Ubi autem exuberavit peccatum. » Ne ideo, inquit, terrearis quod abundaverit peccatum. Siquidem hominum transgressione ad id usus est Deus, quod decens fuit et utile : his qui omni destituebantur consilio remedium excogitans. Ex hoc enim gratia per Christum major multoque desiderabilior facta est, qua ita communicata, magis addita est fides. Ex abundantia itaque peccati non abundavit supplicium, sed potius salus facta est amabilior : non solum enim a peccatis liberavit, sed et bona dedit innumera. « Regnavit peccatum per mortem. » Etenim peccatum regis munere fungebatur, mors vero militis ac ministerii. Εν τῷ θανάτῳ, hoc est, διὰ τοῦ

B θανάτου, per mortem. « Ita et gratia regnaret. » **273** Siquidem gratia et Dei gratia ac justitia majoris est efficaciæ quam peccatum et mors. Ex abundanti tamen dixit Apostolus, « Ita regnaret. » — « Per justitiam ad vitam æternam per Jesum Christum Dominum nostrum. » Per Christi videlicet justitiam. Ordo autem est : Per justitiam quæ per Jesum Christum perfecta est et transancta.

VI, 1, 2. *Quid ergo dicemus ? Manebimus in peccato ? absit ! Qui mortui sumus peccato, quomodo posthac vivemus in ipso ?*

Quid ergo, inquit, per ea quæ dicta sunt consequentiæ nobis erit ad talia verba ? et qualia sint subjungit. « Manebimus in peccato ? » Quandoquidem superius dixerat : « Ubi autem exuberavit peccatum, ibi magis exuberavit gratia ; » ne insipientibus exhortatio ad peccatum videantur ea quæ

C dicta sunt, aufert illa. « Absit ! » inquit : quod in his quæ apud omnes absurda habentur dicere consuevimus. « Qui mortui sumus peccato, » etc. Vel quod ex ejus parte mortificati sumus : quomodo ergo fieri potest, ut ex eadem parte et vivamus et mortificati simus ? Vel quia mortui sumus peccato, cum Christo credidimus baptizatique sumus. Non ergo oportet, inquit, eos qui salutarem mortificationem passi sunt, mala peccati vita vivere, peccato autem mortificati sumus. Quonam modo ? ut illi, inquit, non obtemperemus.

CAPUT VIII.

De bonorum operum actione quæ fidem debent comitari.

D

VI, 3-5. *An ignoratis quod quicunque baptizati sumus in Christum Jesum, in mortem ipsius baptizati sumus ? Consepulti enim sumus ei per baptismum in mortem : ut quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita et nos per novitatem vitæ ambulemus. Nam si complantati facti sumus similitudine mortis ejus, nimirum et resurrectionis erimus.*

274 « In mortem ipsius baptizati sumus. » Ut similiter ad mortem ipsius moreremur, vel ut illa perfecta ac utilissima appareat : hæc autem in ha-

ptismate contingunt. Nam baptizati peccata depo- A nimus : quod Christi mors cœpit efficere. Etenim pro nostris mortuus est peccatis, volens nos ab his reddere liberos. Mors itaque Christi operata est nostrorum depositionem ac mortificationem peccatorum, et quantum in ipsa erat omnino diremit et alligavit. Sola ergo nunc requiritur fides nostra, animus ac voluntas. Hæc autem per baptismum demonstrantur : quo peracto planum fit quantum Christi mors nostram promoverit salutem. Bene ergo ait : « In mortem Christi baptizati sumus. » puta ut similiter propemodum mortui ad mortem ipsius, peccata in baptismate sepeliamus. Utque manifestius fiat lucrum salutaris mortis ipsius per omnes demonstratum esse, dummodo nos ad hæreditariam salutis possessionem animum, voluntatem B ac fidem conferamus, increpatorio usus est sermone, interpretans quomodo peccato mortui simus, et dicit : « An ignoratis quod quicunque in Christum baptizati sumus, in hoc baptizati sumus ut ipsi quoque moriamur ? » mortem enim baptisma imitatur. Nam hoc significat quod ait : « In mortem ipsius baptizati sumus. » Quanquam enim baptisma mors non sit corporalis peccatorum tamen mors esse dicitur. « Per baptismum in mortem. » Quandoquidem ubi baptizamur, fatemur nos mortuos esse mundo ac renuntiasse peccato et diabolo. « Christus surrexit per gloriam Patris. » Persuasibilem facit resurrectionem per gloriam ejus qui excitavit. Bene ergo Patrem ait excitasse. Nam cum his qui adhuc parvuli erant sermo ipse erat. — Gloriam autem Patris vocat Christi divinitatem, C hoc est, per propriam divinitatem. Nam et alio loco dicit : « Ut Deus Domini nostri Jesu Christi Pater gloriæ [20]. » Consequens autem erat ut diceret : Ita et nos resurgemus : sed ad conversationem vitæ descendit, aliam a nobis expetens resurrectionem, quæ est per bonam morum conversationem, in qua peccatum mortuum est, vita vero resurgit virtuti conformis. Nam dum adulter deinceps adulterium amplius non perpetrat, neque **275** raptor jam non rapit, hoc vitæ novitas est.

Item et aliter. Novam oportet esse vitam fidelium quæ nullum veteris peccati contrahat contagium. « Nam si complantati. » Similitudinem ostendere conatur inter nos ac Christum, et ait : « Si complantati sive participes facti sumus mortis. » Ob D hoc autem complantatos dicit, quod quemadmodum corpus Dominicum in terra sepultum, salutem mando produxit, ita et nostrum, inquit, in baptismate sepultum nobisipsis justitiam produxit. Metaphorica dictio est. Complantati, ab arboribus juxta similitudinem sumpta, quæ simul ad se invicem plantatæ sunt. Itaque complantati, ait, facti sumus similitudine mortis ejus, hoc est commortui sumus ipsi. Proprie autem usus tropo. Nam sicut planta aliquo tempore, veluti

δὲ ταῦτα διὰ τοῦ βαπτίσματος. Βαπτιζόμενοι γὰρ, ἀποτιθέμεθα τὰς ἁμαρτίας, ὅπερ ἦρξατο κατεργάζεσθαι ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἀπέθανεν ἁμαρτιῶν, ἐλευθερῶσαι τούτων ἡμᾶς βουλόμενος. Ἐνήργησεν οὖν ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀποθεσιν καὶ νέκρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ τὸ ὅλον ἀπήρτησε. Λείπει δὲ μόνη ἡ ἡμῶν πίστις καὶ γνώμη καὶ προαίρεσις. Ταῦτα δὲ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐπιδείκνυται, οὗπερ ἐπιτελουμένου, ὁ θάνατος μᾶλλον τοῦ Χριστοῦ εἰς ὅσον ὤνησε σωτηρίας, ἐμφανίζεται. Καλῶς οὖν φησιν· « Εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν, » οἷον εἰς τὸ ἀποθανεῖν τὸν παραπλήσιον αὐτῷ θάνατον, τὰς ἁμαρτίας τῷ βαπτίσματι ἐνθάπτοντας, καὶ εἰς τὸ ἐμφανέστερον τοῦ σωτηρίου θανάτου αὐτοῦ τὸ κέρδος διὰ πάντων ἐπιδειχθῆναι, καὶ ἡμῶν πρὸς τὴν ὁλοκληρίαν τῆς σωτηρίας τὴν γνώμην καὶ τὴν προαίρεσιν καὶ τὴν πίστιν συνεισαγόντων διὰ τοῦ βαπτίσματος. Ἐπιπληκτικωτέρῳ δὲ λόγῳ κέχρηται, ἑρμηνεύων πῶς ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ φησιν· Ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν εἰς τοῦτο ἐβαπτίσθημεν, εἰς τὸ καὶ αὐτοὶ ἀποθανεῖν ; θάνατον γὰρ μιμεῖται τὸ βάπτισμα· τοῦτο γὰρ δηλοῖ, τὸ, « Εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν. » Εἰ γὰρ καὶ μὴ σωματικός ἐστι θάνητος τὸ βαπτισμα, ἁμαρτιῶν μέντοι. « Διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον. » Ἐπειδὴ βαπτιζόμενοι ὁμολογοῦμεν ἀποτεθνηκέναι τῷ κόσμῳ καὶ ἀποτάσσεσθαι τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ τῷ διαβόλῳ « Χριστὸς ἠγέρθη διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρός. » Πιθανὴν ποιεῖται τὴν ἀνάστασιν, διὰ τῆς τοῦ ἐγείραντος δόξης. Καλῶς οὖν τὸν Πατέρα φησὶν ἐγηγερκέναι. Νηπίοις γὰρ ἔτι διαλέγεται. — [ΘΕΟΔΩΡ.] Δόξαν δὲ τοῦ Πατρὸς, τὴν θεότητα καλεῖ τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι, διὰ τῆς οἰκείας θεοτητος. Καὶ γὰρ ἐν ἑτέρῳ φησίν· « Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ Πατὴρ τῆς δόξης. » Ἦν δὲ ἀκόλουθον εἰπεῖν. Οὕτως καὶ ἡμεῖς ἀναστησόμεθα· ἀλλ' εἰς πολιτείαν ἦλθεν, ἑτέραν ἡμᾶς ἀπαιτῶν ἀνάστασιν, τὴν διὰ χρηστῆς πολιτείας, ἐν ᾗ νεκροῦται μὲν ἡ ἁμαρτία, ἀνίσταται δὲ βίος ἐνάρετος. Ὁ πόρνος ἐν ᾧ μηκέτι πορνεύει, καὶ ὁ ἁρπαξ μὴ ἁρπάζει, τοῦτο καινότης ζωῆς.

Καὶ ἄλλως. [ΦΩΤ.] Νέαν δεῖ εἶναι τῶν πιστῶν τὴν ζωὴν, μηδὲν τῆς παλαιᾶς ἁμαρτίας ἐπισυρομένην ἐφόδιον. « Εἰ γὰρ σύμφυτοι. » Ὁμοιότητα δείξαι ἐπιχειρεῖ ἡμῶν τε καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ φησιν· « Εἰ σύμφυτοί, οἷον συμμέτοχοι, γεγόναμεν τοῦ θανατου. » Συμφύτους δὲ λέγει διὰ τοῦτο, ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ Δεσποτικὸν ταφὲν ἐν τῇ γῇ ἔφυσε σωτηρίαν τῷ κόσμῳ, οὕτως καὶ τὸ ἡμῶν, φησὶ, ταφὲν ἐν τῷ βαπτίσματι, ἔφυσεν ἡμῖν αὐτοῖς δικαιοσύνην. Κατὰ μεταφορὰν ἡ λέξις, ἀπὸ τῶν κατὰ συγγένειαν δένδρων ἅμα φυτευομένων καὶ σὺν ἀλλήλοις. Σύμφυτοι οὖν, φησὶ, γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, τουτέστι, συναπεθάνομεν αὐτῷ. Οἰκείως δὲ ἐχρήσατο τῇ τροπῇ. Ὥσπερ γὰρ τὸ φυτὸν ἐν τῇ γῇ κατατεθὲν χρόνον τινὰ, οἷον νέκρωσίν τινα καὶ ἀκινησίαν ὑπο-

[20] **Ephes.** I, 1.

μένει, ἔπειτα δὲ ἀθρόον ἀναζῇ καὶ ἀναθάλλει, οὕτω καὶ τὸ Κυριακὸν σῶμα ἐπὶ χρόνον βραχὺν τεθὲν ἐν τῷ τάφῳ, ἀθρόον ἤνθησεν ἐκεῖθεν, καὶ ἐβλάστησε τῇ οἰκουμένῃ τὴν σωτηρίαν. Καὶ ἡμεῖς δὲ βαπτιζόμενοι καὶ ἐνθαπτόμενοι, καὶ τρόπον τινὰ ὥσπερ τὰ φυτὰ τῇ γῇ, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐννεκρούμενοι τῷ ὕδατι, ἀθρόον θάλλοντες καὶ ἀκμάζοντες τὴν σφῶν σωτηρίαν ἀνερχόμεθα. Καλῶς δὲ οὐκ εἶπε, « Σύμφυτοι τῷ θανάτῳ, ἀλλὰ τῷ ὁμοιώματι· » ὁμοίωμα γὰρ θανάτου ἔχομεν ἐν τῷ βαπτίσματι, οὐ σωματικὸν θάνατον. Αἱ γὰρ τρεῖς καταδύσεις καὶ ἀναδύσεις τοῦ βαπτίσματος, θάνατον καὶ ἀνάστασιν σημαίνουσιν. — [ΚΥΡΙΑΛ.] Ὁμοίωμα θανάτου, ὁ Χριστοῦ θάνατος, διὰ τὸ μὴ ἀπομεμενηκέναι αὐτὸν τῷ θανάτῳ, ἀλλ' ἀναβιῶναι τριήμερον. Καὶ πάλιν· Ὁμοίωμα θανάτου τὸ πήθος ἦν ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ μάλα εἰκότως. Ἀνεβίω γὰρ καί οὐ μεμένηκε νεκρός. « Ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. » Ποίας ; Τῆς ὅταν ἀναστῶμεν. — [ΟΙΚΟΥΜ.] Καὶ ὅρα ἀγαθότητα Θεοῦ· Τὸν μὲν θάνατον τοῦ Κυρίου, ὡς ἐν εἰκόνι ἀπεθάνομεν, τῆς δὲ ἀναστάσεως ἀληθῶς κοινωνήσομεν.

Τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ. Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ.

Εἶτα λέγει πῶς ἡμῖν ἔσται ἐπίδοξος ἡ ἀνάστασις, σαφῆ φησι· « Τοῦτο γινώσκοντες ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος (τουτέστιν, ὁ κατεγνωσμένος βίος), συνεσταυρώθη » τῷ Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἐφ' ᾧ τε, φησί, καταργηθῆναι τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τουτέστιν, ἵνα νέκρωσιν αἱ κακαὶ πράξεις ὑπομείνωσιν, ἃς καὶ λέγει σῶμα ἁμαρτίας. — [ΦΩΤ.] Ὁ παλαιὸς, τουτέστιν ὁ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις παλαιωθείς· Οὗτος οὖν, βαπτιζομένων ἡμῶν, συσταυροῦται Χριστῷ καὶ ἀποθνήσκει, καὶ ἀνερχόμεθα ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος καινοὶ καὶ πρόσφατοι, πάντα τὸν παλαιωθέντα ἄνθρωπον ἀποθέμενοι, καὶ καταργεῖται καὶ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, ἐν ᾗ ἐστηρίζετο, καὶ ὑφ' ἧς ἐμορφοποιεῖτο ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος, τουτέστιν, ὁ καταγηράσας βίος ἡμῶν τοῖς παραπτώμασιν. Ἄνθρωπον δὲ καλεῖ τὸν τοιοῦτον, τὴν τῶν ἀνθρώπων πρὸς αὐτὸν δηλῶν δυσαπόσπαστον καὶ πολυχρόνιον σχέσιν. Οὕτως γὰρ ἐνετετήκεισαν αὐτῷ πρὸς τῆς Δεσποτικῆς ἐπιδημίας καὶ οἰκονομίας οἱ ἄνθρωποι, ὡς μηδ' ἂν ἄνθρωποι αἱρεῖσθαι εἶναι, καὶ μηδόλως εἶναι χωρὶς φιληδόνου πολιτείας καὶ ἀκολάστων πράξεων. Τῷ οὖν συμπεπλέχθαι αὐτῷ τοὺς ἀνθρώπους καὶ συνανακεκρᾶσθαι καὶ δυσαποσπάστως ἔχειν, ἄνθρωπον ἐπιπληκτικῶς τὸν τοιοῦτον βίον ἐκάλεσεν, τουτέστιν, ὃν ὡς αὐτοὺς ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ καὶ ἡμων πλέον, καὶ ἐστέργομεν καὶ περιειχόμεθα. — Καὶ ἄλλως. [ΘΕΟΔΩΡ·] Παλαιὸν ἄνθρωπον, οὐ τὴν φύσιν ἐκάλεσεν ἀλλὰ τὴν πονηρὰν γνώμην. Ταύτην δὲ ἔφη τῷ βαπτίσματι νεκρωθῆναι. « Ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας. » Εἰς τοῦτο, φησὶν, ἵνα καταργηθῇ καὶ νεκρωθῇ, εἰς τὸ μηκέτι ὁποπεσεῖν ἁμαρτίᾳ. Νέκρωσιν δέ φησι, τὸ ὅσον εἰς τὸ ἁμαρτάνειν, ἵνα ᾖ τεκρόν.

A mortificationem quamdam patitur, deinde protinus reviliscit ac revirescit : ita et corpus Dominicum ad breve tempus in sepulcro positum, inde repente effloruit, orbique salutem germinavit. Nos quoque dum baptizamur, etiam sepelimur : et quodammodo veluti plantæ in terra, ita et nos in aqua morientes, repente virentes nostramque salutem pullantes, ascendimus. Pulchre autem dixit : « Complantati similitudine mortis, » non, morte : mortis enim similitudinem habemus in baptismo, non corporis mortem. Nam tres baptismi immersione et immersiones mortem ac resurrectionem significant. — Similitudo mortis est Christi mors, eo quod in morte non manserit, sed tertio die revixerit. Et rursum : Passio erat in Christo mortis similitudo, idque convenienti ad B modum jure : revixit enim nec mortuus permansit. « Nimirum et resurrectionis erimus. » Cujus resurrectionis ? Ejus nimirum quæ nobis continget ubi resurrexerimus. Et vide Dei bonitatem. Morte quidem Domini quasi per similitudinem mortui sumus resurrectionem autem vere participabimus.

VI, 6-8. *Hoc scientes quod vetus noster homo simul crucifixus est, ut dissolveretur corpus peccati, ut deinceps non serviremus peccato. Etenim qui mortuus est, justificatus est a peccato. Quod si mortui sumus* **276** *cum Christo, credimus quod etiam simul vivemus cum eo.*

Dicit consequenter quomodo nobis continget gloriosa resurrectio, et ait : « Hoc scientes quod vetus noster homo (hoc est condemnata vita) simul cum C Christo crucifixus est per baptismum : in eum, inquit, finem ut dissolvatur corpus peccati, id est, ut pravæ actiones mortificationem sustineant, quas etiam corpus peccati appellat. — Vetus, hoc est in peccatis inveteratus. Hic ergo, cum baptizamur, simul cum Christo crucifigitur ac moritur : et a baptismate novi ac recenter nati ascendimus, omni inveterato homine deposito, et corpus aboletur peccati, in quo firmatus erat, et sub quo formam acquisierat vetus noster homo, hoc est, vita nostra peccatis inveterata. Hominem autem hunc appellat significans hominum habitum ægre separabilem ac diuturnum. Huic enim ante Domini adventum ac dispensationem adeo conglutinati erant homines, ut ne homines quidem esse vellent, separata penitus voluptuosa conversatione intemperatisque D actionibus. Hanc itaque vitam, cui homines adeo cohæserant, simulque permisti erant, nec ab ea distrahi poterant, increpatorio modo hominem appellavit, hoc est quam ut nos ipsos, imo amplius quam nos ipsos et amabamus et amplectebamur. — *Alio præterea modo.* Veterem hominem non naturam vocavit, sed pravam mentem. Hanc autem dixit in baptismate morti traditam : « Ut dissolveretur corpus peccati. » Ad hoc, inquit, ut adoleretnr ac mortificaretur, ut deinceps non incideret in peccatum. Mortificationem autem dicit quoad peccare, ut si mortuum, mortuus siquidem non peccat. — Corpus peccati per periphrasim dicitur

ipsum peccatum : hoc est, totum ac penitus otiosum et inutile deinceps dicatur. Quo autem modo aboletur? dum eo non utimur. Deinde modum quoque ipsius usus aspere ostendit et per modum improperii : ut deinceps non serviamus peccato. Siquidem usus peccati facit nos servos peccati. — Abolitum est corpus peccati, id est, ingenita illi motuum ferocitas; **277** mentem semper ad turpia concutiens, ac voluptates plusquam terrenas quasi lutu immittens. Et hoc inferius dicit : « Nam quod impossibile erat legi[21], in quo imbecilis erat per carnem, Pater misso Filio suo in similitudine carnis peccati, de peccato condemnavit peccatum in carne. »

A Νεκρὸς γὰρ οὐχ ἁμαρτανει. — [ΦΩΤ.] Τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, περιφραστικῶς αὐτὴ ἡ ἁμαρτία· τουτέστιν, ὅλη διόλου ἀργὴ καὶ ἄχρηστος τὸ λοιπὸν χρηματίζουσα. Πῶς δὲ καταργεῖται ; Ἡμῶν μὴ χρωμένων αὐτῇ. Εἶτα δείκνυσι καὶ τὸν τρόπον τῆς χρήσεως, δριμέως καὶ ὀνειδιστικῶς, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ. Ἡ γὰρ χρῆσις τῆς ἁμαρτίας, δούλους ἡμᾶς ποιεῖ τῆς ἁμαρτίας. — [ΚΥΡΙΛΛ.] Κατήργηται δὲ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τουτέστι, τῶν ἐν αὐτῇ κινημάτων ἡ ἔμφυτος ἀγριότης, κατασείουσα μὲν ἀεὶ πρὸς τὰ αἰσχίω τὸν νοῦν, ἐνιεῖσα δὲ ὥσπερ πηλῷ τὰς γεωλεστέρας ἡδονάς. Καὶ τοῦτό φησι· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Πατὴρ τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. »

Vides quomodo corpus peccati sit abolitum? condemnatus est enim in carne peccati stimulus : et primum quidem in Christo morti datus est, verum ab illo et per illum etiam ad nos transivit gratia. « Etenim qui mortuus est, » et cætera. Vides quod quoad peccandi actum oportet nos esse mortuos. Etenim qui mortuus est, ait, justificatus est, hoc est, a peccato liberatus est, seseque in libertatem asseruit. Quidam autem de baptismate hoc acceperunt in quo consepulti sumus Christo, eo quod non sit aliud baptisma, sicut nec Christus iterum postea mortuus est, cui consepulti sumus, simulque resurreximus. — « Quod si mortui sumus cum Christo. » Si autem in novitate vitæ ambulaverimus, sane etiam resurgemus, sicut Christus ex mortuis surrexit. Nam hoc consequens est ad id quod dictum erat; ipse tamen cum ad prædictam adduxisset vitæ rationem, quam oportet resurrectionem præcedere : id quod necessario consequebatur intelligendum reliquit. Deinde in sequentibus manifeste resurrectionem prædicat, et ait : « Si mortui sumus cum Christo, » sicut certe mortui sumus per baptismum « credimus quod simul etiam vivemus cum ipso, » videlicet beata illa ac immortali vita quæ post resurrectionem erit. Debemus, ait, credere quod etiam simul vivemus cum eo. Quod ergo dicit, « Credimus, » adhortationis est et consilii.

B Ὁρᾷς πῶς τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας κατηργηται : κατ[ακ]έκριται γὰρ ἐν τῇ σαρκὶ τῆς ἁμαρτίας τὸ κέντρον. Καὶ νενέκρωται μὲν ἐν πρώτῳ Χριστῷ· διέβη δὲ παρ' αὐτοῦ τε καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰ ἡμᾶς ἡ χάρις. « Ὁ γὰρ ἀποθανὼν, » καὶ ἑξῆς. Ὁρᾷς ὅτι ὅσον εἰς τὸ ἁμαρτάνειν δεῖ ἡμᾶς εἶναι νεκρούς. Ὁ γὰρ ἀποθανὼν, φησὶ, δεδικαίωται, τουτέστιν, ἀπήλλακται καὶ ἠλευθέρωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Τινὲς δὲ τοῦτο περὶ τοῦ βαπτίσματος ἐδέξαντο, ἐν ᾧ συνετάφημεν τῷ Χριστῷ· ὅτι οὐκ ἔστιν ἕτερον βάπτισμα, καθάπερ καὶ ὁ Χριστὸς οὐκ ἔτι δεύτερον ἀπέθανεν, εἰς ὃν συνετάφημεν καὶ συνηγέρθημεν. — [ΦΩΤ.] « Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ. » Εἰ δε περιπατήσομεν ἐν καινότητι ζωῆς, δηλονότι καὶ ἀναστησόμεθα, ὥσπερ ὁ Χριστὸς ἠγέρθη ἐν νεκρῶν. Τοῦτο γὰρ ἀκόλουθον τοῦ εἰρημένου, αὐτοῖς δὲ τὴν προηγουμένην τῆς ἀναστάσεως πολιτείαν ἐπαγαγὼν τοῖς εἰρημένοις, τὸ ἐξ ἀνάγκης ἐπόμενον κατέλιπεν ἐννοεῖν, εἶτα λοιπὸν καθαρῶς τὴν ἀνάστασιν εὐαγγελίζεται, καί φησιν· « Εἰ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, » ὥσπερ καὶ ἀπεθάνομεν διὰ τοῦ βαπτίσματος, « πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ, » τὴν μακαρίαν ἐκείνην καὶ ἀγήρω ζωὴν, δηλονότι, τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Ὀφείλομεν, φησὶ, πιστεύειν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ. Παρακελεύσεως οὖν τὸ, « Πιστεύομεν, » καὶ συμβουλῆς.

VI, 9-11. *Scientes quod Christus qui resurrexit a mortuis, non amplius moritur : mors illi non amplius dominatur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo. Ita et vos existimate vos ipsos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo per Christum Jesum Dominum nostrum.*

Et unde inquit, manifestum est quod simul vivemus cum ipso? Etenim hoc etiam, an ipse Christus qui surrexit, rursum moriatur incertum est? Absit! ait. Nam hoc indubitatum esse oportet, quod Christus non amplius morietur : propterea enim mortuus est ut mortem cessaret. **278** Quomodo enim moretur, propter quem cæteri quoque pariter vivemus? tota simul morte remissa in Christo,

Εἰδότες ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει· θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύει· ὃ γὰρ ἀπέθανε τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπέθανεν ἐφάπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ· Οὕτως καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

Καὶ πόθεν, φησὶ, δῆλον, ὅτι συζήσομεν τῷ Χριστῷ ; Καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο ἄδηλον, μήπως καὶ αὐτὸς ὁ ἐγερθεὶς Χριστὸς πάλιν ἀποθάνῃ ; Ἄπαγε, φησί. Τοῦτο γὰρ χρὴ πεπληροφορῆσθαι, ὅτι ὁ Χριστὸς οὐκ ἔτι ἀποθανεῖται. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἀπέθανεν, ἵνα καταργήσῃ τὸν θάνατον. Πῶς γὰρ δι' ὃν καὶ οἱ λοιποὶ ζησόμεθα : Συναναπεμπομένου τοῦ ὅλου τῇ ἀπαρχῇ ἡμῶν. « Ὃ γὰρ ἀπέθανε τῇ ἁμαρτίᾳ » — [ΟΙΚΟΥΜ.[

[21] Infra, VIII.

Καὶ τοσοῦτον, φησὶν, οὐκ ἔτι ἀποθανεῖται, ὅτι ἐκεῖνο τὸ ἅπαξ ὃ ἀπέθανεν, οὐχ ὡς ὑπεύθυνος θανάτου κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ἀπέθανεν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ κόσμου ἁμαρτίαν, ἵνα ταύτην ἀνέλῃ καὶ θανατώσῃ. « Ζῇ τῷ Θεῷ. » Τουτέστιν, ὡς Θεὸς ἀπαύστως καὶ ἀκαταλύτως. Ὡς γὰρ νοεῖται τῇ ἁμαρτίᾳ, τουτέστι, διὰ τὴν ἁμαρτίαν, οὕτως νοεῖται τῷ Θεῷ, τουτέστι διὰ τὸ εἶναι Θεός. Καὶ οὕτως νοήσεις· ὥσπερ λέγομεν ἐπὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου· Ἀπέθανε τῇ σαρκὶ, ζῇ δὲ τῇ ψυχῇ, κατὰ δοτικὴν ἀποδιδόντες τὸν λόγον, οὕτω μοι νόει· Τῷ Θεῷ ζῇ, τουτέστι τῷ εἶναι Θεὸς, οὐκ ἐπειδὴ καὶ τῷ εἶναι ψυχῇ οὐκ ἔζη, ἀλλὰ τὸ ἀμαχώτερον τέθεικε, τὸ εἶναι αὐτὸν Θεόν. « Οὕτως καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτούς. » Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσι· Καὶ τί, φησὶ, πρὸς ἡμᾶς, εἰ ἅπαξ ἀποθανὼν ὁ Χριστὸς οὐκέτι ἀποθνήσκει ; « φησὶν, Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἑαυτοὺς λογίζεσθε. » Πῶς ; Ὅτι ἀποθανεῖσθε μὲν διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἅπαξ, ζήσετε δὲ τῷ Θεῷ. Καὶ γὰρ ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν, καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν. Ἢ οὕτως· Ὥσπερ ὁ Χριστὸς, φησὶν, ἀπέθανε καὶ ζῇ οὕτως καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς χρεὼν εἶναι, νεκροὺς μὲν ὅσον πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν, ζῶντας δὲ εἰς τὰ κατὰ Θεὸν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τουτέστι, συμμαχοῦντος Χριστοῦ. « Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· Διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Διὰ γὰρ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἡ ζωὴ ἡμῶν.

pere. « Annon infatuavit Deus sapientiam mundi hujus? » Omnes enim qui sapientes esse videbantur infatuati sunt.adeo ut illi invenire non possent quæ a piscatoribus et illitteratis hominibus prædicata sunt et confirmata. Quomodo autem confirmavit? Hoc est, stultam esse coarguit, eo quod veritatem invenire non possent.—*Aliud.* Sapientiam mundi vocat eloquentiam ; etenim hujus largitor Deus est. Nam et ipse linguas divisit, et proprios cuique characteres distribuit. Itaque Græcæ quoque linguæ ipse dedit splendorem. At illi hoc usi non sunt ad id quod oportuit, efficientes ipsam seductionis illecebras, idque agentes ut sermonis persuasibilitas causa fieret introducendi erroris per fabulosas ratiocinationes.Redarguit igitur non eloquentiam,sed eamquæ in ipsa est fallendi promptitudinem,

1,21-23. « Quandoquidem enim in sapientia Dei « non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere « credentes. Quoniam et Judæi signa postulant, et « Græci sapientiam quærunt. Nos autem prædicamus Christum crucifixum,Judæi quidem offendiculum, Grœcis vero stultitiam. »

426 « In sapientia. » Quæ videlicet in creaturis relucebat nempe in cœlo et in terra.Quandoquidem, inquit, non cognovit mundus Deum per talem ipsius sapientiam quæ in creaturis conspiciebatur, placuit Deo per crucem salvos facere eos qui crederent, quæ stultitia esse videtur incredulis,et his qui pereunt. Sapientiam autem appellat humanam quoque intelligentiam et eloquentiam, sive ipsam doctrinæ suavitatem : ut ostendat Deum mentis esse creatorem et prudentiæ ac eloquentiæ largitorem : quanquam nonnulli his ad ea quæ non oportet usi sint.Stultitiam vero prædicationis dicit simplicitatem dictionum. Divini siquidem discipuli idiotæ erant, quod ad sermonem attinet, sed divites scientia. « Et Judæi signa postulant. » Si Judæo, inquit, dixerimus : Crede, protinus signa ac prodigia fieri postulat ad prædicationis confirmationem. Nos autem Christum prædicamus crucifixum, quod non modo non est signorum demonstratio,quin potius imbecillitatis est, quantum ad id quod apparet. Attamen cum hoc infirmum videatur, et his quæ requirunt contrarium, adducuntur nihilominus ad fidem, quod magnam Dei ostendat potentiam.Rursum Græci sapientiam a nobis requirunt, sed illis quoque nos crucem prædicamus,quod ad id quod in prospectu est stultitiæ esse videtur, Deum videlicet prædicare crucifixum : at hoc quoque modo persuadentur et obtemperant. Annon hæc maximæ sunt admirationis ac miraculi, eos per hæc persuaderi quæ contraria sunt iis quæ requirunt ? Aut hoc quoque modo intelligi potest : Quoniam, inquit, Judæi signa postulant et Græci sapientiam, inveniunt utrique in Christo ea quæ requirunt. Quomodo ? Siquidem incredulis Judæis offendiculum est,Græcisque infidelibus fatuitas apparet. At hi qui ex ipsis vocati sunt et electi, inveniunt eum Patris

A τούτου ; » Πάντες γὰρ οἱ δοκοῦντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, τῷ μὴ δυνηθῆναι αὐτοὺς εὑρεῖν ἅπερ ἐκ τῶν ἀλιέων καὶ ἀγραμμάτων κεκήρυκται καὶ πεπίστευται. Πῶς δὲ ἐμώρανε ; τουτέστι, μωρὰν οὖσαν ἤλεγξε, τῷ μὴ ἰσχύσαι εὑρεῖν τὸ ἀληθές. — Ἄλλο. [ΘΕΟΔΩΡ.] Σοφίαν τοῦ κόσμου, τὴν εὐγλωττίαν καλεῖ. καὶ γὰρ ταύτης χορηγὸς ὁ Θεός. Αὐτὸς γὰρ καὶ τὰς γλώσσας διεῖλε, καὶ ἑκάστῃ χαρακτῆρας ἰδίους ἀπένειμε. Καὶ τῇ Ἑλλάδι τοίνυν φωνῇ, αὐτὸς ἔδωκε τὴν λαμπρότητα. Οἱ δὲ γε οὐκ εἰς δέον ταύτῃ χρησάμενοι, δέλεαρ αὐτὴν τῆς ἀπάτης ἀπέφηναν, καὶ πιθανὴν τὴν μυθολογίαν τῆς πλάνης εἰργάσαντο. Κατηγορεῖ τοίνυν, οὐ τῆς εὐγλωττίας, ἀλλὰ τῆς ἐν αὐτῇ κρυπτομένης ψευδολογίας.

B Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοίας τὸν Θεὸν, εὐδόκησεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος, σῶσαι τοὺς πιστεύοντας. Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν, ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν.

« Ἐν τῇ σοφίᾳ. » Τῇ διὰ τῶν κτισμάτων φαινομένῃ οἷον οὐρανοῦ καὶ γῆς. Ἐπειδὴ, φησὶν οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος τὸν Θεὸν διὰ τῆς τοιαύτης αὐτοῦ σοφίας τῆς ἐνθεωρουμένης τοῖς κτίσμασιν, εὐδόκησεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ σταυροῦ σῶσαι τοὺς πιστεύοντας, ὅστις μωρία τοῖς ἀπίστοις καὶ ἀπολλυμένοις εἶναι δοκεῖ. Σοφίαν δὲ, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὀνομάζει συνέσιν, καὶ τὴν εὐγλωττίαν, ἤτοι αὐτὸ τὸ τῆς λέξεως ἀνθηρὸν, ἵνα διδάξῃ, ὅτι νοῦ ποιητὴς ὁ Θεὸς, καὶ φρονήσεως C χορηγὸς καὶ εὐγλωττίας, εἰ καὶ τινες αὐτοῖς ἐφ' ἃ μὴ δεῖ ἐχρήσαντο. Μωρίαν δὲ τοῦ κηρύγματος, τὴν τῶν λέξεων ἁπλότητά φησιν. Ἰδιῶται μὲν γὰρ ἐῷ λόγῳ ἦσαν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, πλούσιοι δὲ τῇ γνώσει. « Καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσιν. » Ἐὰν, φησὶν, εἴπωμεν Ἰουδαίῳ, Πίστευσον, εὐθὺς σημεῖα καὶ τέρατα ἐπιζητεῖ γενέσθαι, πρὸς σύστασιν τοῦ κηρύγματος. Ἡμεῖς δὲ Χριστὸν κηρύσσομεν ἐσταυρωμένον. Ὅπερ οὐ μόνον οὐκ ἔστι σημείων ἐπίδειξις, ἀλλὰ καὶ ἀσθενείας, ὅσον κατὰ τὸ φαινόμενον, Καὶ ὅμως τούτῳ τῷ δοκοῦντι ἀσθενεῖ καὶ ἐναντίῳ ὡς πρὸς ἃ ἀπαιτοῦσιν ἐνάγονται πρὸς τὴν πίστιν, ὅπερ μεγάλην δείκνυσι τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν. Πάλιν Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσι παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ κἀκείνοις ἡμεῖς τὸν σταυρὸν κηρύσσομεν, ὅπερ, κατὰ τὸ φαινόμενον, μωρίας εἶναι δοκεῖ, Θεὸν κηρύσσειν ἐσταυρωμένον, ἀλλὰ καὶ οὕτως πείθονται. Ἆρα οὐ ταῦτα μεγίστου θαύματος τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων ὡς πρὸς αὐτοὺς ἐπιζητοῦσι πείθεσθαι αὐτούς ; ἢ καὶ οὕτως νοητέον· Ἐπειδὴ, θησὶ, καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖα ἐπιζητοῦσι καὶ Ἕλληνες σοφίαν, εὑρίσκουσιν ἀμφότεροι ἃ ζητοῦσιν εἰς τὸν Χριστόν. Πῶς ; Τοῖς μὲν γὰρ ἀπίστοις Ἰουδαίοις σκάνδαλόν ἐστι, καὶ τοῖς ἀπίστοις Ἕλλησι μωρία δοκεῖ. Οἱ δὲ γε, φησὶ, κλητοὶ καὶ ἐπίλεκτοι ἐξ αὐτῶν, εὑρίσκουσιν αὐτὸν ὄντα δύναμιν καὶ σοφίαν τοῦ D Πατρός. Τί γὰρ λέγεις, ὦ Ἰουδαῖε ; Σημεῖα ἐπιζητεῖς ; Ἰδοὺ ὁ Χριστὸς, Θεοῦ δύναμίς ἐστιν ἡ τῶν σημείων ποιητική. Καὶ σὺ τί λέγεις, ὦ Ἕλλην ; σο-

σίαν ζητεῖς; Ἔχεις τὸν Χριστὸν, σοφίαν ὄντα τοῦ Πατρός. Ἐπεὶ οὖν σημεῖα καὶ σοφίαν ἐπιζητούμεθα, κηρύσσομεν τὸν Χριστὸν ἀμφότερα ὄντα τοῖς κλητοῖς. Οἵτινες καὶ εὑρίσκοντες ἃ ζητοῦσι, πιστεύουσιν· οἱ δέ γε ἄπιστοι, σκανδάλου καὶ μωρίας ἄξια τὰ ἀξιοθαύμαστα νομίζουσι. Καὶ τί θαυμαστόν; καὶ γὰρ ὁ αἰσθητὸς ἥλιος σκοτεινὸς τοῖς ἀμβλυώττουσι τὰς ὄψεις ὁρᾶται. « Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον. » Σκάνδαλον εἶναι δοκοῦν κατὰ τὴν πρώτην ὄψιν. Τίς γὰρ τῶν ἀπίστων οὐκ ἄν σκανδαλισθείη καὶ ἀπιστήσῃ; « Ἕλλησι δὲ μωρίαν. » Οἷον εἶναι δοκοῦσι, θεὸν ἐσταυρωμένον κηρύσσεσθαι.

A esse potentiam et sapientiam. Quid enim ais, Judæe? Signa requiris? Ecce Christus potentia est quæ signa edit. Tu vero quid ais, Græce? Sapientiam postulas? Habes Christum, qui Patris sapientia est. Quoniam igitur signa ac sapientia a nobis requiruntur, prædicamus Christum, qui utrumque est his qui vocati sunt, qui cum ea inveniant quæ requirunt, credunt. Increduli vero offendiculo ac fatuitate digna existimant quæ vehementem merentur **427** admirationem. Et quid mirum? Cum hic quoque sensibilis sol obscurus videatur his qui aspectu cæcutiunt? « Judæis quidem offendiculum. » Qui primo aspectu videtur offendiculum. Quis enim incredulorum non offenderetur? aut quis infidelitatem relinqueret? « Græcis vero stultitiam. » Quemadmodum esse videtur prædicare cum esse Deum, qui crucifixus est.

Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι, Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν. Ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν.

B I, 24, 25. « Sed iisdem vocatis Judæis pariter et « Græcis, Christum Dei potentiam ac Dei sapientiam. « Quoniam stultum Dei sapientius est hominibus: « et imbecille Dei robustius est hominibus. »

Εἶναι μὲν δοκεῖ, φησὶ, σκάνδαλον καὶ μωρία. πλὴν αὐτοῖς τούτοις, φησὶ, δοκεῖ ὁ Χριστὸς καὶ τὰ αὐτοῦ πάθη, εἶναι δύναμις Θεοῦ καὶ σοφία. Ἆρα οὐ θαυμαστόν; « Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς. » Κλητούς φησιν, οὓς ὁ Θεὸς ἐκάλεσε διὰ τὸ ἀξίους εἶναι. « Ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ. » Ὁ σταυρὸς μὲν δοκεῖ μωρὸν, πλὴν σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Πῶς; οἱ μὲν γὰρ σοφοὶ καὶ φιλόσοφοι περὶ ψυχρὰ καὶ ἀνόνητα ἠσχολήθησαν, ὁ δὲ σταυρὸς τὸν κόσμον ἔσωσεν. Ἢ καὶ οὕτως. Βούλει μαθεῖν ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, καὶ τὸ ἀσθενὲς ἰσχυρότερον; Ἀπ' αὐτῆς καὶ μόνης τῆς κλήσεως, ῥᾴδιόν ἐστι τοῦτο κατανοῆσαι. Βλέπε γάρ μοι. Οὐχὶ πολλοὶ σοφοὶ ἦσαν τὴν ἐν κόσμῳ σοφίαν; Οὐχὶ πολλοὶ δυνατοὶ ταύτην τὴν δύναμιν; Οὐχὶ πολλοὶ εὐγενεῖς τὴν ἐπίκαιρον εὐγένειαν; Τί οὖν; Μὴ τούτους ἐποιήσατο ὁ Χριστὸς ἑαυτοῦ μαθητὰς, καὶ δι' αὐτῶν ἐκλήθητε ὑμεῖς; Οὐδαμῶς. Ἀλλὰ τουναντίον. Ἀλλὰ τὰ μωρὰ κατὰ κόσμον, καὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ τὰ ἀγενῆ, καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο, ἀνθρώπους ἁλιεῖς, πένητας, ἀγραμμάτους. Καὶ δι' αὐτῶν ἐποιήσατο τὴν κλῆσιν ὑμῶν πάντων, καὶ σοφῶν καὶ ἰδιωτῶν, καὶ πενήτων καὶ πλουσίων, καὶ ἀσθενῶν καὶ ἰσχυρῶν, καὶ κατῄσχυνε τοὺς εὐγενεῖς καὶ ἰσχυροὺς καὶ σοφούς. Ὅτι ὅπερ αὐτοὶ οὐκ ἄν οὐδὲ ἐπιχειρῆσαι ἐτόλμησαν, κόσμον ὅλον μεταστῆσαι, τοῦτο τὰ ἀσθενῆ καὶ τὰ μωρὰ περιφανῶς κατεπράξαντο. Ἆρ' οὐ κατῃσχύνθησαν οἱ δοκοῦντες εἶναι σοφοὶ καὶ δυνατοί; Ἆρ' οὐχὶ ἐναργῶς ἀποδέδεικται, ὅτι τὸ μωρὸν καὶ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον καὶ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί; Καὶ γὰρ μυρίων ἐπιχειρούντων σβέσαι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον οὐκ ἐσβέσθη, ἀλλὰ καὶ πλέον ἀνθεῖ, διὰ τοῦ ἀσθενοῦς εἶναι δοκοῦντος σταυροῦ, τοὺς ἰσχυροὺς τροπωσαμένου. — Ἄλλο. Οὐ μόνον ὅτι πᾶσα ἀνθρωπίνη διάνοια πλάνη τις, κρινομένη πρὸς τὸ σταθερὸν καὶ μόνιμον τῶν θείων καὶ τελειοτάτων νοήσεων, ἀλλ' ὅτι καὶ σύνηθές ἐστι τοῖς θεολόγοις ἀντιπεπονθότως ἐπὶ Θεοῦ τὰ τῆς

C

D

Esse quidem videtur offendiculum, inquit, ac fatuitas: attamen iisdem ipsis apparet Christus, et ea quæ passus est, esse Dei potentia ac sapientia. Annon hoc admirandum? « Sed iisdem vocatis. » Vocatos appellat eos quos Deus vocavit, eo quod digni essent. « Quoniam stultum Dei. » Crux enim stultum quiddam videtur, verum sapientius est hominibus. Quomodo? Siquidem sapientes ac philosophi circa frigida ac insensata occupati erant, crux autem mundum salvum fecit. Aut hoc etiam modo. Vis discere quod stultum Dei sapientius est hominibus, et imbecille robustius? Ab ipsa etiam sola vocatione facile est hoc intelligere. Intuere enim, obsecro, nonne multi sapientes erant mundana sapientia? Nonne multi potentes erant hac potentia? Nonne multi generosi erant temporali generositate? Quid ergo? Num hos fecit Christus suos discipulos, et per ipsos elegit vos? Nequaquam, sed e diverso. Imo quæ juxta mundum stulta erant et imbecillia ac ignobilia contemptaque elegit: nempe homines piscatores pauperes ac illitteratos et per illos vocationem effecit omnium vestrum, et sapientium et insipientium, et pauperum, et divitum et imbecillium et robustorum, et pudefecit nobiles robustos ac sapientes. Quod enim illi tentare nequaquam ausi sunt, nempe mundum universum transmutare, hoc imbecillia et stulta manifeste peregerunt. Annon ex eo pudefacti sunt qui sapientes esse videbantur ac potentes? Annon aperte demonstratum est quod stultum ac imbecille Dei sapientius ac robustius sit hominibus? **428** Etenim cum innumeri tentassent Christi nomen exstinguere, non modo non exstinctum est, sed et floret amplius per crucem, quæ cum imbecillitas esse videretur, robustos devicit. — *Aliud.* Non solum quia omnis humana intelligentia error quidam est, si ad firmitatem ac immobilitatem divinarum et perfectissimarum intelligentiarum conferatur; sed quod etiam familiare sit theologis ad obviandum huma-

nis affectibus, de Deo per privativa effari. Sic et oracula dicunt invisibile lumen, quod tamen omnia illustrat : et multimodis laudatum atque nominatum, ineffabilem dicunt, nomineque carere ; et eum qui omnibus præsens est, et ex omnibus rebus invenitur, incomprehensibilem appellant, et qui investigari non possit.

1,26-29. « Videtis enim vocationem vestram, fratres, « quod non multi sapientes secundum carnem, non « multi potentes : non multi nobiles, verum quæ stulta « secundum mundum erant delegit Deus, ut pudefa- « ceret sapientes : et quæ secundum mundum im- « becillia erant delegit Deus, ut ea pudefaceret quæ « robusta sunt : et quæ secundum mundum igno- « bilia erant et contempta delegit Deus, et ea quæ « non erant, ut ea quæ sunt obscuraret, ne gloria- « retur ulla caro coram ipso. »

Considerate, inquit, et attendite quanta potest vocatio, quæ effecit ut idiotæ adeo sapientia discerent dogmata. « Quod non multi sapientes. » In hanc vocationem et finem non venerunt multi sapientes. Addit autem multi, quia nonnulli etiam sapientes crediderant, ut Areopagita, Anthypatus ac alii : et ob hanc causam ubique additur : « Multi, » quia erant et quidam potentes ac præclaro genere orti qui crediderant. « Secundum carnem. » Juxta id quod apparet, secundum præsentem vitam et externam eruditionem. Hi enim maxime stulti sunt, qui sibi ipsis persuaserunt quod essent sapientes : ideoque difficillimi sunt a suis avelli dogmatis. « Non multi potentes. » Siquidem potentes ac præclaro nati genere, fastu pleni : illi quidem propter divitias, hi autem propter genus, seipsos a Dei cognitione separant, nec volunt præsentia despicere.

« Sed quæ stulta sunt secundum mundum. » **429** Ubique rejecta ac vilia accepit, ut potentes incredulos pudefaceret. Cum autem audis « Delegit, » ne suspiceris quod Deus opus habuerit pauperes assumere, potentes vero repellere, sed quod abjecti accurrerunt magis ad fidem. Qui enim in potentatibus erant et sapientia, seipsos abstraxerunt, indignum ducentes quod ab idiotis discerent ; Deus namque omnes salvos fieri cupiebat. » Ut sapientes pudefaceret. » Cum autem ubique audis, « Pudefaceret, » de illis intellige qui in propria fidebant sapientia ac divitiis, nec crediderant. Hæc enim maxima Christi victoria est per stultos sive idiotas devincere sapientes ac pudefacere. Maximus sapientum pudor est quod idiotis inferiores inveniantur : et maxima quidem Christi victoria est per stultos superare sapientes. « Quæ robusta sunt. » Hoc est, intumescentes ob potentiam et divitias. « Et ea quæ non erant. » Ea non esse dicit quæ esse quidem existimantur, propter multam abjectionem. « Ut ea quæ sunt obscuraret. » Omnia, inquit, fecit Deus quo eos ab arrogantia cohiberet, et a sui reputatione, qua sese aliquid esse existimabant et vos adhuc arrogantes estis ac intumescitis, « Ea quæ non erant. » Videbantur apostoli non esse quidquam utpote abjecti : Græci vero esse vide-

A στερήσεως ἀποφάσκειν. Οὕτω καὶ ἀόρατον, φησὶ, τὰ λόγια τὸ παμφαὲς φῶς, καὶ τὸν πολυύμνητον, καὶ πολυώνυμον, ἄῤῥητον καὶ ἀνώνυμον, καὶ τὸν πᾶσι παρόντα καὶ ἐκ πάντων εὑρισκόμενον, ἀκατάληπτον καὶ ἀνεξιχνίαστον.

Βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοὶ, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς, ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφοὺς, καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά. Καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ, ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ.

B

Ἐπισκέψασθε, φησὶ, προσέχετε, πῶς μεγάλα δύναται ἡ κλῆσις, ὅτι ἰδιώτας, οὕτω σοφὰ δόγματα μαθεῖν παρεσκεύασεν. « Ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοί. » Ἐν τῇ κλήσει ταύτῃ καὶ τῇ πίστει, φησὶν, οὐκ ἦλθον πολλοὶ σοφοί. Προσέθηκε δὲ τὸ πολλοὶ, ὅτι ἦσαν καὶ σοφοί τινες πιστεύσαντες, οἷον ὁ Ἀρεοπαγίτης, ὁ Ἀνθύπατος, καὶ ἕτεροι. Καὶ πανταχοῦ τὸ, « Πολλοί, » διὰ τοῦτο πρόσκειται, ὅτι ἦσάν τινες δυνατοὶ καὶ εὐγενεῖς πιστεύσαντες. « Κατὰ σάρκα. » Κατὰ τὸ φαινόμενον, κατὰ τὸν παρόντα βίον, καὶ τὴν ἔξωθεν παίδευσιν. Οὗτοι γὰρ μάλιστα μωροὶ, οἱ πεπιστευκότες ἑαυτοῖς ὅτι εἰσὶ σοφοί. Διὸ καὶ δυσαποσπάστως ἔχουσι πρὸς τὰ ἴδια δόγματα. « Οὐ πολλοὶ δυνατοί. » Καὶ γὰρ οἱ δυνατοὶ καὶ οἱ εὐγενεῖς, C τύφου πεπληρωμένοι, οἱ μὲν διὰ τὸν πλοῦτον, οἱ δὲ διὰ τὸ γένος, ἐξέλκουσιν ἑαυτοὺς τῆς θεογνωσίας, καὶ οὐχ αἱροῦνται τῶν παρόντων καταφρονεῖν.

« Ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου. » Καὶ πανταχοῦ τὰ ἀποβόλιμα καὶ τὰ εὐτελῆ προσελάβετο, ἵνα τοὺς δυνατοὺς ἀπίστους καταισχύνῃ. Ἀκούων δέ, « Ἐξελέξατο, » μὴ τοῦτο ὑποπτεύσῃς ὅτι ἔργον ἔσχεν ὁ Θεὸς; τοὺς μὲν πτωχοὺς λαβεῖν, τοὺς δὲ δυνάστας ἀπώσασθαι, ἀλλ' ὅτι οἱ εὐτελεῖς προσέδραμον μᾶλλον τῇ πίστει. Οἱ δὲ ἐν δυναστείαις ὄντες καὶ σοφίᾳ ἑαυτοὺς ἀπεσχοίνισαν, ἀπαξιώσαντες παρὰ ἰδιωτῶν μαθεῖν, ὡς ὅ γε Θεὸς πάντας ἤθελε σῶσαι, « Ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ. » — « καταισχννῃ » δὲ πανταχοῦ ἀκούω, περὶ ἐκείνων νόει τῶν οἰκείᾳ σοφίᾳ καὶ πλούτῳ πεποιθότων, καὶ μὴ πιστευσάντων. D Αὕτη γὰρ νίκη μεγίστη τοῦ Χριστοῦ, τὸ διὰ τῶν μωρῶν, ἤτοι ἰδιωτῶν, νικῆσαι τοὺς σοφοὺς καὶ καταισχῦναι. Μεγίστη γὰρ τῶν σοφῶν αἰσχύνη παρὰ ἰδιωτῶν ἡττᾶσθαι, καὶ μεγίστη νίκη Χριστοῦ, ἐν μωροῖς νικᾷν τοὺς σοφούς. « Τὰ ἰσχυρά. » Τοὺς μέγα φρονοῦντας ἐπὶ δυνάμει καὶ πλούτῳ. « Καὶ τὰ μὴ ὄντα. » Μὴ ὄντα καλεῖ, τοὺς μηδὲ εἶναι νομιζομένους, διὰ τὴν πολλὴν εὐτέλειαν. « Ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ. » Πάντα, φησὶν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἵνα παύσῃ αὐτοὺς τῆς ἀλαζονείας, καὶ τοῦ νομίζειν ἑαυτοὺς εἶναί τι, καὶ ὑμεῖς ἔτι ἀλαζονεύεσθε, καὶ φρονεῖτε μέγα. « Μὴ ὄντα. » Μὴ εἶναί τι ἐδόκει τοὺς ἀποστόλους ὡς εὐτελεῖς. Ὄντα δὲ ἐδόκει τοὺς Ἕλληνας, ὡς οἰομένους εἶναί τι, μὴ ὄντας δέ.

« Ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ. » Οὐκοῦν οὐδὲ ἡμεῖς, φησὶ, καυχησόμεθα; Ναὶ, φησὶν, ὑμεῖς οἱ πιστοὶ, καυχᾶσθαι ὀφείλετε. Οὐ γὰρ ἐστε ὑμεῖς σὰρξ, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ διὰ τῆς παλιγγενεσίας ἐγεννήθητε, καὶ σοφοί ἐστε, ἀλλ' αὐτὸν ἔχοντες σοφίαν, τὸν ἀπολυτρωσάμενον τῆς τυραννίδος, καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἁγιάσοντα διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ δικαιώσαντα διὰ χαρισμάτων. Ἡμεῖς οὖν διὰ ταῦτα ὀφείλομεν καυχᾶσθαι, καυχᾶσθαι δὲ, οὐχ ὅτι κατορθώματί τινι ἡμετέρῳ τούτων ἠξιώθημεν, ἀλλ' ἐν Κυρίῳ, ὅτι πάντα τῆς αὐτοῦ δωρεᾶς καὶ φιλανθρωπίας τῆς εἰς ἡμᾶς, τὰ τηλικαῦτα ὑπάρχει πλεονεκτήματα.

Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις, ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.

« Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε » Ἤτοι τοῦ Θεοῦ. Τουτέστιν ἀφελόμενος ὑμᾶς τῆς ἀλαζονείας ὁ Θεὸς, τέκνα ἴδια πεποίηκε διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τοιγαροῦν ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς φεύγειν τὴν ἀλαζονείαν, ἐχθρὰν οὖσαν τοῦ Θεοῦ, « Ὃς, φησὶ, Χριστὸς ἐγενήθη ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ σοφία καὶ δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις. » Τουτέστιν, ὃς ἐποίησεν ἡμᾶς καὶ δικαίους καὶ ἁγίους, λυτρωσάμενος ἡμᾶς ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐναντίων. Ἐπειδὴ γὰρ μωρὰ ἐξελέξατο, σοφὰ αὐτὰ ἐποίησε καὶ δίκαια καὶ ἅγια, « Ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ. » Οὐκ εἶπεν, Ἐσόφισεν ἡμᾶς, ἀλλὰ, δεικνὺς τὸ ἄφατον τῆς δωρεᾶς. φησίν· « Ἐγενήθη ἡμῖν σοφία, » τουτέστιν, ἑαυτὸν ἡμῖν ἔδωκεν. Μεγάλα εἰπὼν περὶ τοῦ Υἱοῦ, οἷον σοφίαν, δικαιοσύνην, ἁγιασμὸν, ἀπολύτρωσιν, προστίθησι τό, « Ἀπὸ Θεοῦ, » ἵνα μὴ ἀγέννητον αὐτὸν ὑπολάβῃς. « Καὶ ἀπολύτρωσις. » Ὅρα πῶς ὁδῷ προβαίνει. Πρῶτον γὰρ, σοφοὺς ποιήσας, ἀπήλλαξε τῆς πλάνης, καὶ τότε δικαίους καὶ ἁγίους τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσει, καὶ οὕτως ἠλευθέρωσε πάντων τῶν κακῶν. « Τοῦτο γὰρ ἐστι, φησὶν, ἡ ἀπολύτρωσις. Ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. » Πάντα, φησὶ, γέγονε ταῦτα, ἵνα μηδεὶς ἑαυτὸν εἶναί τι νομίζῃ, μηδὲ εἰς ἑαυτὸν καυχῶνται, ἀλλ' εἰς τὸν Θεόν. Αἰνίττεται δὲ αὐτούς. Ἦσαν γὰρ τινες μεγάλα φρονοῦντες.

Κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας, καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον.

Εἰρηκὼς ὅτι ἡ σοφία ἐμωράνθη, καὶ οἱ δοκοῦντες μωροὶ ἐξελέγησαν, προστίθησι· Καὶ ἐγὼ δὲ αὐτὸς ὁ κῆρυξ, οὐκ ἦλθον συλλογισμοῖς παρεσκευασμένος, καὶ σοφίᾳ ἀνθρωπίνῃ, φησί. « Λόγου ἢ σοφίας. » Τί γὰρ, εἰ καὶ ἠθέλησεν, ἠδύνατο, εἴποι τις, τὸ εἶναι ἐν σοφίᾳ; Αὐτὸς μὲν οὐκ ἠδύνατο, ὁ δὲ Χριστὸς ἠδύνατο αὐτὸν ποιῆσαι σοφὸν, εἰ ἠθέλησεν. « Τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ. » Θάνατον γὰρ περιήει κηρύσ-

A bantur, quod sese aliquid esse arbitrarentur, cum tamen non essent. « Ne glorietur ulla caro coram ipso. » An igitur neque nos, inquit, gloriabimur? Utique vos qui fideles estis, gloriari debetis; non enim estis caro, sed ab eo per regenerationem nati estis, et sapientes estis: sed ipsum habentes qui sapientia est, qui a tyranni redemit: nec id solum, sed et sanctificavit per baptisma: nec tantum etiam hoc, verum etiam per dona justificavit. Nos ergo propter hæc gloriari debemus. Gloriari autem non quod nostro aliquo egregio facinore his digni facti simus: sed in Domino, quod universa hujusmodi commoda gratiæ ipsius sint, ac benignitatis quam nobis exhibuit.

B 1,30-31. « Ex eo autem estis per Christum Jesum, « qui factus est nobis sapientia a Deo, justitiaque et « sanctificatio ac redemptio: ut, quemadmodum « scriptum est: Qui gloriatur in Domino glorietur. »

430 « Ex eo autem vos estis. » Nempe Deo. Hoc est, abduxit vos ab omni fastu Deus, filios suos per Jesum Christum effecit. Itaque debemus et nos arrogantiam fugere quæ inimica est Deo: « Qui, inquit, Christus factus est nobis a Deo sapientia, et justitia, et sanctificatio, et redemptio. » Hoc est, qui fecit nos et justos et sanctos cum nos redemisset ab illis quæ sunt istis contraria. Cum enim stulta delegisset, effecit ea sapientia et justa. « Qui factus est nobis sapientia a Deo. » Non dixit: Sapientes nos effecit, sed ostendens ineffabile munus, ait: « Factus est nobis sapientia; » hoc est, seipsum nobis dedit. Cum magna de Filio dixisset, utpote quod sapientia esset, justificatio ac redemptio, addit: « A Deo, » ne ingenitum eum suspiceris. « Ac redemptio. » Vide quo ordine procedat. Primum quidem sapientes efficiens ab errore liberavit, et tunc justos et sanctos superventione Spiritus sancti reddidit, et ita a cunctis malis liberavit; nam hoc est redemptio. « Ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in Domino glorietur. » Omnia, inquit, hæc facta sunt, ut nemo seipsum aliquid esse existimet, neque in seipso glorietur, sed in Deo. Occulte autem ipsos notat; nam erant nonnulli superbientes et elati.

D II, 1-2. « Et ego cum venissem ad vos, fratres, veni « non in excellentia sermonis aut sapientiæ annun- « tians vobis testimonium Dei. Non enim judicavi « me scire quidquam inter vos nisi Jesum Christum, « et hunc crucifixum.

Cum dixisset quod sapientia infatuata est, et qui stulti videbantur delecti sunt, addit: Et ego ipse, qui præco sum et prædicator, non veni syllogismis instructus aut humana sapientia. « Sermonis aut sapientiæ. » Quid enim, etiam si voluisset, dixerit quispiam, num in sapientia versari potuisset? Ipse quidem non potuisset, at Christus potuisset ipsum sapientem efficere si voluisset. « Testimonium

Dei. » Mortem enim Christi prædicando annuntiabat, ideo illam appellat testimonium. « Non enim judicavi. » Etenim ego hoc censui, inquit, **431** (quoniam et Christus statuit) ut sine eloquentia prædicarem. « Nisi Jesum Christum. » Externa, inquit, non fuit mihi opus sapientia, sed solum Christum prædicavi, et hunc crucifixum : et tamen omnium sapientium ora obturavi.

II, 3-5. « Et ego in imbecillitate et timore ac tre- « more multo versatus sum apud vos. Et sermo « meus ac prædicatio mea non fuit persuasoriis « humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spi- « ritus ac potentiæ : ut fides vestra non sit per sa- « pientiam hominum, sed per potentiam Dei. »

Nam quomodo non imbecillis, cum a tot magistratibus persecutiones sustineret? Tantum non dicit : Ut quid vos ipsos traditis quidam sapientibus, quidam vero potentibus ; num hæc quidpiam ad prædicationem conferunt, nempe apparens sapientia, divitiæ et potentia? Considerate quomodo venerim vobis prædicans. Num in sapientia? Sed nequaquam hoc dicere possetis. An in potentatu? Atqui tremens ac timens, plenusque minis intentatis ita prædicabam inter vos. Cur ergo vos sumpta horum oblivione, sapientes et divites ac potentes requiritis, et hos vobis præceptores et doctores exhibetis? « Et timore. » Non solum, inquit, mihi opus non fuit sapientia ut prædicarem, verum etiam cum in multo essem timore ac tremore propter persecutiones, ita tamen prædicavi, quod opus multam ostendit potentiam crucis, quia in ruditate ac timore prædicando prævaluerit. Eos deprimit qui apud ipsos sapientes erant : ostendens quanta fuerint obstacula impedientia ne crederetur prædicationi, et tamen creditum est. « Non persuasoriis. » Neque enim prædicatio adulterata erat per externam eloquentiam aut eruditionem. « Sed in ostensione Spiritus. « Nam per Spiritum sanctum et signa ac virtutes quæ ab eo sunt, demonstramus aperte quod vera dicamus, et per vim ac potentiam quæ exerit se in nobis. « Ut fides vestra non sit. » Etenim si per humanam fuisset sapientiam, suspicio fortassis haberi potuisset quod per eloquentiam superasset ; nunc vero cum per signa sit et virtutes, certitudinem. **432** Cum autem prius appellasset principes sæculi hujus sapientes Græcorum, nunc dicit sapientes Judæorum.

II, 6-8. « Porro sapientiam loquimur inter perfectos « sapientiam autem non sæculi hujus neque princi- « pum sæculi hujus, qui abolentur : sed loquimur « sapientiam Dei in mysterio, quæ recondita est, quam « præfinivit Deus ante sæcula in gloriam nostram, « quam nemo principum sæculi hujus cognovit. »

Postquam semel demonstravit eam, quæ hominibus sapientia videtur, esse stultitiam : Dei vero sapientiam, quæ pereuntibus stultitia videtur, veram esse sapientiam, jam deinceps sumpta audacia vocat ipsam sapientiam. Dicit autem sapientiam, prædicationem de Christo, quodque per crucem salva facta sit creatura, quæ sub cœlo est. « Inter per-

A σων Χριστοῦ. Διὸ μαρτύριον αὐτὸν καλεῖ. « Οὐ γὰρ ἔκρινα. » Καὶ γὰρ ἐγὼ τοῦτο ἐδοκίμασα (ἐπειδὴ καὶ ὁ Χριστὸς), τὸ ἄνευ, φησὶν, εὐγλωττίας κηρύξαι. « Εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστόν. » Τῆς ἔξωθεν, φησὶν, οὐκ ἐδεήθην σοφίας, ἀλλὰ μόνον Χριστὸν ἐκήρυξα, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, καὶ ὅμως πάντων, φησὶ, τῶν σοφῶν ἐνέφραξα τὰ στόματα.

Καὶ ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς. Καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου, οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει Πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ.

B [ΦΩΙ.] Πῶς γὰρ οὐκ ἀσθενὴς, ὁ ὑπὸ τοσούτων δυναστῶν διωκόμενος ; Μονονουχὶ λέγων, Τί προσενείματε ἑαυτοὺς, οἱ μὲν τοῖς σοφοῖς, οἱ δὲ τοῖς δυνατοῖς ; Μή τι ταῦτα συμβάλλεται πρὸς τὸ κήρυγμα, ἡ δοκοῦσα σοφία καὶ ὁ πλοῦτος καὶ ἡ δύναμις, ἐνθυμήθητε πῶς ἦλθον κηρύσσων ὑμῖν. Ἐν σοφίᾳ ; ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιτε τοῦτο εἰπεῖν. Ἀλλ' ἐν δυναστείᾳ ; καὶ μὴν τρέμων καὶ φόβων καὶ ἀπειλῶν γέμων, οὕτως ἐκήρυσσον ἐν ὑμῖν. Τί οὖν ὑμεῖς τούτων λήθην λαβόντες, σοφοὺς καὶ πλουσίους καὶ δυνάστας ἐπιζητεῖτε, καὶ τούτους ὑμῖν διδασκάλους καὶ καθηγητὰς ἀποφαίνεσθε ; « Καὶ ἐν φόβῳ. » Οὐ μόνον, φησὶν, οὐκ ἐδεήθην σοφίας εἰς τὸ κηρύξαι, ἀλλὰ καὶ ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ ὢν πολλῷ διὰ τοὺς διωγμοὺς, οὕτως ἐκήρυξα, ὅπερ πολλὴν δείκνυσι τὴν δύναμιν τοῦ σταυροῦ, ὅτι ἐν ἰδιωτείᾳ καὶ φόβῳ κηρυσσόμενος κατέσχε. Καταβάλλει δὲ τοὺς παρ' αὐτοῖς σοφοὺς,

C δεικνὺς πόσα μὲν ἦν τὰ κωλύματα τοῦ πιστευθῆναι τὸ κήρυγμα, πῶς δὲ ἐπιστεύθη ; « Οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης. » Οὐ γὰρ ἦν τὸ κήρυγμα σεσοφισμένον διὰ τῆς ἔξωθεν εὐγλωττίας καὶ παιδεύσεως. « Ἀλλ' ἐν ἀποδείξει Πνεύματος. » Διὰ γὰρ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ σημείων καὶ δυνάμεων τὰς ἀποδείξεις τοῦ ἀληθῆ λέγειν παρεχόμεθα, καὶ διὰ τῆς εἰς ἡμᾶς ἐνεργούσης δυνάμεως. « Ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν. » Εἰ γὰρ ἦν ἐν σοφίᾳ ἀνθρωπίνῃ, ἴσως ἂν ὑπενοήθη τῇ εὐγλωττίᾳ περιγενέσθαι, νῦν δὲ τὸ διὰ σημείων καὶ δυνάμεων εἶναι, τὸ ἀναμφίβολον προξενεῖ τῇ πίστει. Ἡ γὰρ διὰ τῶν ἔργων καὶ σημείων ἀπόδειξις, τῆς ἐκ ῥημάτων βεβαιοτέρα.

D Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων, ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν.

Ἐπειδὴ ἅπαξ ἀπέδειξε τὴν τῶν ἀνθρώπων σοφίαν δοκοῦσαν, μωρίαν οὖσαν, τὴν δὲ τοῦ Θεοῦ δοκοῦσαν τοῖς ἀπολλυμένοις μωρίαν, ταύτην οὖσαν τὴν ἀληθῆ σοφίαν, τότε λοιπὸν θαῤῥεῖ καλεῖν αὐτὴν σοφίαν. Σοφίαν δὲ λέγει, τὸ περὶ Χριστοῦ κήρυγμα, καὶ τὸ διὰ σταυροῦ σωθῆναι τὴν ὑπ' οὐρανόν. « Ἐν τοῖς

τελείοις. » Τουτέστιν ἐν τοῖς πιστοῖς· ἐκεῖνοι γὰρ σοφοὶ καὶ τέλειοι, οἱ τὰ ἀνθρώπινα ὑπεριδόντες ὡς ἀσθενῆ, καὶ Θεῷ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες. « Οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου. » Αἰῶνος τοῦτου λέγει, διὰ τὸ ἐπίκαιρον αὐτῶν, καὶ μέχρι τοῦ αἰῶνος τούτου ἑστάναι, καὶ μὴ προϊέναι εἰς τὸ μέλλον. « Τῶν καταργουμένων. » Καὶ γὰρ καταργοῦνται καὶ συμπαύονται τῷ παρόντι βίῳ, ἀλλ' οὐχ οἱ δίκαιοι, ἀλλά τότε μᾶλλον ἢ νῦν ἀνθοῦσιν. Ἄρχοντας δὲ καλεῖ, αἰνιττόμενος τοὺς παρ' αὐτοῖς φιλοσόφους, λογογράφους, ῥήτορας, οἳ καὶ δημαγωγοὶ ἐγίνοντο. « Ἐν μυστηρίῳ, » Μυστήριον καλεῖ, τὸ κατὰ Χριστὸν κήρυγμα, ὅτι οὐδεμία δύναμις οὐρανία, ἦδει αὐτὸ πρὸ τοῦ γενέσθαι, καὶ ὅτι, ἄλλα ὁρῶντες, ἄλλα πιστεύομεν. Χρίστον ὁρῶν, ὡς φιλάνθρωπον σέβω· δοῦλον γεγονότα ἀκούων, τῆς κηδεμονίας αὐτὸν προσκυνῶ, « Τὴν ἀποκεκρυμμένην. » Ἔτι γὰρ καὶ νῦν κέκρυπται, τοῖς μὲν ἀπίστοις καὶ σφόδρα, τοῖς δὲ πιστοῖς, οὐ σφόδρα. « Ἣν προώρισεν ὁ Θεός. Ἣν σοφίαν προώρισεν ὁ Πατὴρ, φησὶ, τὴν περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν ἐνδεικνύμενος, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτῆς δοξάσῃ. Τὸ δὲ, « Πρὸ τῶν αἰώνων, » δηλοῖ, συναΐδιον πρὸς τὸν Πατέρα. « Ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων. » Ἕνι μὲν νοῆσαι τοῦτο, καὶ περὶ τοῦ Πιλάτου καὶ Ἡρώδου, ἠγνόουν γάρ. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ γραμματέων, οἵτινες ἠγνόουν τὴν διὰ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ θανάτου γινομένην οἰκονομίαν. Ἄνω δὲ εἰπὼν ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου τοὺς τῶν Ἑλλήνων σοφοὺς νῦν λέγει τοὺς τῶν Ἰουδαίων.

A fectos. » Hoc est, inter fideles : nam illi sapientes ac perfecti sunt, qui humana tanquam imbecillia despexerunt, ac sese Deo tradiderunt Non sæculi hujus. » Sæculi hujus dicit propter temporalitatem ipsorum, quod una cum hoc sæculo persistant, at non procedant ad futurum. « Qui abolentur. » Siquidem cessant una cum præsenti vita. At non ita justi : quin potius florent tunc magis quam nunc. Principes autem vocat : clam designans philosophos qui apud eos erant, historiographos ac rhetores, qui etiam reipublicæ administratores facti erant. « In Mysterio » Mysterium vocat prædicationem de Christo, quia neque ulla cœlestis virtus noverat illud priusquam fieret, et quia alia videmus et alia credimus. Christum videns, tanquam benignum et humanum colo : servum audiens effectum, ob dispensationem eum adoro. « Quæ recondita est. » Nam et hoc quoque tempore occulta est, incredulis quidem vehementer, credentibus vero non adeo. « Quam præfinivit Deus. » Quanquam, inquit, sapientiam præfinivit Pater, ostendens gubernationem, quam circa nos habuit, ut per ipsam nos glorificaret. Quod autem ait : « Ante sæcula, » significat coæternitatem cum Patre. « Quam nemo principum. » Potest quidem hoc intelligi etiam de Pilato et Herode : nam ignorabant sapientiam. Potest et de pontificibus ac scribis qui ignorabant factam per Christi crucem et mortem dispensationem. **433** Cum autem prius appellasset principes sæculi hujus sapientes Græcorum, nunc dicit sapientes Judæorum.

B

Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωκαν· ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται, Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

C

II. 8, 9. « Nam si cognovissent, nequaquam Do« minum gloriæ crucifixissent ; sed, quemadmodum « scriptum est ; Quæ oculus non vidit, nec auris au« divit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præpa« ravit Deus diligentibus se. »

Ἐπειδὴ τοῖς ἀνοήτοις ὁ σταυρὸς ἀδοξία εἶναι δοκεῖ, ὅρα πῶς, Χριστοῦ μνησθεὶς, Κύριον αὐτὸν δόξης καλεῖ, δεικνὺς ὅτι οὐ μόνον οὐδὲν εἰς δόξαν παρεβλάβη ἐκ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ ἐδοξάσθη. — Ἄλλο. [ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΥ] Εἰ μὲν τό, « Τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου δέξῃ, » ὡς πρὸς τὸν Ἡρώδην καὶ τὸν Πιλᾶτον, ἁπλουστέρως νοήσεις τὸ ἑπόμενον. « Εἰ γὰρ, φησὶν, ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. » Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἐμεμήνεσαν, φθόνου μὴ ὑποκειμένου. Εἰ δὲ πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς ἐκλάβοις οἳ ἤδεσαν αὐτὸν ὄντα τὸν Χριστὸν (καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἔλεγον οἱ γεωργοὶ τοῦ ἀμπελῶνος· « Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ὁ ἀμπελὼν ἡμῶν ἔσται, » ἀλλὰ τῷ φθόνῳ ἀπετυφλώθησαν), οὕτως νοήσεις τὸ κατω. ὅτι, Εἰ ἔγνωσαν, φησὶν, ὅτι τοσαύτη ἔσται τοῖς ἔθνεσι σωτηρία ἐκ τοῦ σταυροῦ, οὐδ' ἂν ἦλθον εἰς τὸ σταυρῶσαι, ἐκτήκεσθαι μᾶλλον ἐκ τοῦ φθόνου αἱρούμενοι, ἢ ἵνα σωθῇ τὰ ἔθνη καὶ ἐκβάλῃ αὐτοὺς, καὶ ἀντικαταστῇ εἰς τὸν τόπον αὐτῶν. — Ἄλλο. [ΙΩΑΝ.] Εὐκαίρως Κύριον δόξης ἐκάλεσεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀ σταυρὸς ἀδοξίαν δοκεῖ, ὅρα πῶς, Χριστοῦ μνησθεὶς, Κύριον αὐτὸν δόξης καλεῖ, δεικνὺς ὅτι οὐ μόνον οὐδὲν εἰς δόξαν παρεβλάβη ἐκ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ ἐδοξάσθη. — Ἄλλο. [ΙΩΑΝ.] Εὐκαίρως Κύριον δόξης ἐκάλεσεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀ σταυρὸς ἀδο-

Quoniam insensatis crux ignominia esse videtur vide quomodo, facta Christi mentione, Dominum gloriæ ipsum vocat : ostendens quod non solum nihil illi ad gloriam crux aut mors obfuit, verum etiam ob humanitatem seu benignitatem magis glorificatus est. — *Aliud.* Si id quod ait : « Principum sæculi hujus, » pro Herode et Pilato acceperis, simplicius intelliges quod sequitur : « Nam si cognovissent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent ; » neque enim tanta capti erant insania, cum eos non occuparet invidia. Si vero pro pontificibus et pharisæis acceperis, qui noverant ipsum esse Christum (idque ex eo manifestum est quod dicebant cultores vineæ : « Hic est hæres, agite, occidamus eum, et vinea erit nostra [71] ; » Sed invidia excæcati sunt), tunc quod inferius additur sic intelliges : Si cognovissent quod a cruce tanta gentibus futura salus, nequaquam ad hoc pervenissent ut eum crucifigerent : eligentes potius invididia tabescere, quam ut gentes salvæ fierent, et ipsis ejectis illæ eorum loco substituerentur — *Aliud* Opportune Dominum gloriæ appellavit. Nam quoniam crux-

D

[71] **Matth. xxi, 38.**

ignominiæ esse videbatur, ostendit eam esse magnam gloriam : « Quæ præparavit Deus. » Quæ autem præparavit Deus diligentibus se? Christum videlicet ac salutem, quæ per incarnationem facta est Diligentes autem Scriptura vocat credentes. Sed quomodo, ait, auris non audivit, nec in cor hominis ascenderunt, cum sancti prophetæ prius audiverint mysterium ? Et dicimus aliud esse audisse ut hominem, et aliud audisse ut prophetam. Isaias enim dicit: « Addidit mihi autem ad audiendum [73], » non quod antea aure hominis destitutus fuisset, sed quod prophetæ aurem accepisset.

434 II, 10, 11. « Nobis autem Deus revelavit « per Spiritum suum. Nam Spiritus cuncta scru- « tatur, etiam profunda Dei. Quis enim novit quæ « sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in « eo ? Sic et ea quæ Dei sunt nemo novit, nisi « Spiritus Dei. »

Si igitur nullus novit, vos, inquit, quomodo didicistis ? Quia Deus, ait, nobis revelavit per Spiritum, non per humanam sapientiam. Hæc enim non est habita digna quæ videat mysteria. Nam Spiritus cuncta scrutatur. Deinde ostendit quod potissimum est in hac disciplina. Nisi enim Spiritus nos docuisset, inquit, qui Dei quoque profunda novit, nequaquam scire potuissemus ; nam hoc mysterium est inter inenarrabilia, ideo quoque Spiritu nobis opus erat præceptore. Quod autem ait : « Scrutatur, » non ignorantiæ ostensivum est, sed e diverso exactæ potius cognitionis. Divus Gregorius intelligit : Non quod Spiritus curiose indaget, sed quod in contemplatione delectetur. » Etiam profunda Dei. » Profunda Dei appellat profundissimas ipsius, maximeque nos latentes dispositiones seu dispensationes. — *Alio modo.* Profunda Dei sunt sacrarum Litterarum occulta ac recondita cognitio, cum Spiritus qui novit, sanctorum revelat animabus, divinam quamdam intelligentiam in eis exhibens. « Nisi spiritus hominis qui est in eo. « Quemadmodum enim, inquit, quæ hominis sunt nullus hominum novit, nisi proprius ipsius spiritus : ita neque ea quæ Dei sunt quispiam novit nisi Spiritus Dei.

II· 12, 13. « Nos autem non spiritum mundi ac- « cepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus « quæ a Christo donata sunt nobis : quæ et loqui- « mur, non per sermones quos docet humana sa- « pientia, sed per eos quos docet Spiritus sanctus, « spiritualibus spiritualia comparentes. »

Mundi spiritum vocat, ut opinor, humanam sapientiam, ac eruditionem, quam non accepimus, inquit ut qui crucem obscuret, ne aboleatur crux sicuti prædixit. Sed Spiritum Dei accepimus, ut sciamus quæ donata sunt nobis a Deo : hoc est, dispensata sive facta sunt a Christo.

435 « Non per sermones quos docet humana sapientia. » Tanto, inquit, nos hominibus sapientiores sumus, quando sapientiori utimur præce-

[73] Isa. L, 5.

A ξίας εἶναι δοκεῖ, δείκνυσιν ὅτι μεγάλη δόξα ἐστὶν ὁ σταυρός. « Ἃ δὲ ἡτοίμασεν ὁ Θεός. » Τί δὲ ἡτοίμασε τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν ; τὸν Χριστὸν δηλαδὴ, καὶ τὴν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως σωτηρίαν. Ἀγαπῶντας δὲ, τοὺς πιστεύσαντας καλεῖ ἡ Γραφή. Καὶ πῶς οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, τῶν ἁγίων προφητῶν, φησὶ, προακουσάντων τὸ μυστήριον ; Καί φαμεν, ὅτι ἕτερόν τί ἐστι τὸ ὡς ἄνθρωπον ἀκοῦσαι, καὶ ἕτερόν τὸ ὡς προφήτην. Καὶ γὰρ Ἡσαΐας φησί· « Προσέθηκέ μοι ὠτίον εἰς τὸ ἀκουσαι, » οὐκ ἐπειδὴ ἐνέλιπεν αὐτῷ οὖς ἀνθρώπου, ἀλλ' ὅτι προσελάβετο τοῦ προφήτου.

Ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. Τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ B ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρόπου τὸ ἐν αὐτῷ ; Οὕτως καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.

Εἰ οὖν οὐδεὶς ἔγνω, ὑμεῖς, φησὶ, πῶς μεμαθήκατε ; Ὅτι, φησὶν, ὁ Θεὸς ἡμῖν διά τοῦ Πνεύματος ἀπεκάλυψεν, οὐ δι' ἀνθρωπίνης σοφίας. Αὕτη γὰρ οὐκ ἠξιώθη ἰδεῖν τὰ μυστήρια. Τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ. Εἶτα δείκνυσι τὸ μέγιστον τῆς τοιαύτης μαθήσεως. Εἰ μὴ γὰρ τὸ Πνεῦμα, φησὶ, τὸ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ ἐπιστάμενον, ἐδίδαξεν ἡμᾶς, οὐκ ἂν ἠδυνήθημεν μαθεῖν. Ἐν τοῖς ἀπορρήτοις γὰρ ἦν τὸ μυστήριον τοῦτο. Διὸ καὶ τοῦ Πνεύματος ἐδεήθημεν διδασκάλου. Τὸ δὲ, « Ἐρευνᾷ, » οὐκ ἀγνοίας δεικτικόν ἐστιν, ἀλλὰ τουναντίον, ἀκριβοῦς γνώσεως. Ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Γρηγόριος οὕτως· Οὐκ ὡς περιεργαζόμενον, C ἀλλ' ὡς ἐντρυφῶν τῇ θεωρίᾳ. « Καὶ τὰ βαθη τοῦ Θεοῦ. » — [ΣΕΥΗΡ.] Βάθη τοῦ Θοῦ λέγει, τὰς βαθυτάτας αὐτοῦ καὶ διαλανθανούσας ἡμᾶς οἰκονομίας. — Ἄλλως. [ΚΥΡΙΑ.] Βάθη τοῦ Θεοῦ εἰσι τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἡ κεκρυμμένη καὶ ἀπόθετος γνῶσις, ἣν εἰδὸς τὸ Πνεῦμα ταῖς τῶν ἁγίων ἀποκαλύπτει ψυχαῖς, θεῖόν τινα νοῦν ἀποφαῖνον ἐν αὐτοῖς. « Εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ. » Ὥσπερ γὰρ, φησὶ, τὰ κατὰ ἄνθρωπον οὐδὶς οἶδεν ἀνθρώπων, εἰ μὴ τὸ ἴδιον αὐτοῦ πνεῦμα, οὕτεως οὐδὲ τὰ τοῦ Θεοῦ τις οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.

Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμοῦ ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ Θεοῦ, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν, ἃ καὶ λαλοῦμεν, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλὰ ἐν D διδακτοῖς Πνεύματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες.

[ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΥ.] Πνεῦμα κόσμου καλεῖ, ὡς οἶμαι, τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν καὶ παίδευσιν, ὅπερ, φησὶν, ὡς καταργοῦν τὸν σταυρόν, ὡς προεῖπεν, οὐκ ἐλάβομεν, ἵνα λὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν, ἵνα εἰδῶμεν τὰ χαρισθέντα ἡμῖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, τουτέστι, τὰ κατ' οἰκονομίαν γεγονότα τοῦ Χριστοῦ.

« Οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας. » Τοσοῦτον ἡμεῖς φησὶ, τῶν παρ' ἀνθρώπους σοφῶν σοφώτεροι, ὅσον οἱ μὲν Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν ἔχουσι διδα-

σκάλους, ἡμεῖς δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. « Ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος ἁγίου. » Οὐκοῦν οὐδαμοῦ χρεία τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας. Ὅλα γὰρ πνευματικά. « Πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες. » Τοῦτο λέγει, ὅταν, φησὶν, ἀνακύψῃ ζήτημα πνευματικὸν, ἀπὸ παραδειγμάτων πνευματικῶν τὰς συγκρίσεις καὶ τὰς ἐπιλύσεις ἐπάγομεν. οἷον· εἰ ἀνέστη τριήμερος ὁ Χριστὸς, ἐκ τοῦ Ἰωνᾶ τὰς ἀποδείξεις παράγω καὶ τὴν μαρτυρίαν· εἰ ἐγέννησε παρθένος τὸν Κύριον, ἐκ τῶν στειρῶν Ἄννης καὶ Ἐλισάβετ ἡ ἐπίλυσις.

Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος, οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐ δύναται γνῶναι ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται. Ὁ δὲ πνευματικὸς, ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου ὃς συμβιβάσει αὐτόν ; Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν.

Ψυχικὸν ἄνθρωπον καλεῖ, τὸν πάντα τοῖς λογισμοῖς τῆς ψυχῆς διδόντα, καὶ μηδὲν πίστει δεχόμενον, μήτε νομίζοντά τινος ἄνωθεν δεῖσθαι βοηθείας. Ὃς τοῖς τῆς ψυχῆς νοήμασιν οὐ δυνάμενος καταλαβεῖν τὰς διδασκαλίας τοῦ Πνεύματος, πιστεῦσαι δὲ λογισμῶν χωρὶς οὐκ ἐθέλων, πάντα μωρὰ νομίζει τὰ τῆς οἰκονομίας τοῦ Κυρίου. — Ἄλλως. [ΙΩΑΝ.] Ψυχικός ἐστιν, ὁ κατὰ σάρκα ζῶν, καὶ μήπω τὸν νοῦν φωτισθεὶς διὰ τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ μόνην τὴν ἔμφυτον καὶ ἀνθρωπίνην σύνεσιν ἔχων, ἣν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς ἐμβάλλει ὁ Δημιουργός. — Ἄλλως. Ἀντὶ τοῦ, Ὅταν τι πνευματικὸν καὶ ἀπόῤῥητον ᾖ, ἀπὸ τῶν πνευματικῶν τὰς μαρτυρίας ἄγομεν, οἷον ὅτι ἀνέστη, παράγω τὴν τοῦ Ἰωνᾶ μαρτυρίαν. Ὅτι ἐκ παρθένου ἐγεννήθη, παράγω τὴν τῶν στειρῶν γέννησιν. Ψυχικὸς δέ ἐστιν ὁ τὸ πᾶν τοῖς λογισμοῖς τῆς ψυχῆς διδοὺς καὶ μὴ νομίζων ἄνωθέν τινος βοηθείας. — Ἄλλως. [ΦΩΤ.] Ὁ ψυχικὸς, χρείαν ἔχει ἀνακρίσεως καὶ ἐξετάσεως καὶ μαθήσεως πνευματικῆς, ἵνα παραδέξηται τὰ τοῦ πνεύματος. Ἀλλὰ πρὸς ταύτην ἀπαυθαδιζόμενος, καὶ δοκῶν ἀρκεῖσθαι τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς, οὐ μόνον οὐδὲν ὧν ἀγνοεῖ καταλαμβάνει, ἀλλὰ καὶ τούναντίον εἰς πλείονα καταβαπτιζόμενος ἄγνοιαν, τὸ ἐκείνου πάθος καὶ νόσημα, τοῖς τοῦ πνεύματος νόμοις περιάπτει, καὶ ἡγεῖται αὐτὰ μωρίαν, δέον ἑαυτῷ μέμφεσθαι, ταπεινοῖς καὶ ἀνθρωπίνοις μέτροις, τὰ ὑπερφυνῆ καὶ κρείττονα λογισμῶν μετρεῖν καὶ καταλαμβάνειν ἐγχειρήσαντι. Ὁ δὲ πνευματικὸς οὐ δεῖται ἀνακρίσεως, ἀλλ' αὐτὸς πνευματικῶς καὶ θεοσόφως ἅπαντα δοκιμάζων καὶ κρίνων τελειοῦται τῇ γνώσει τοῦ πνεύματος. Διὸ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. Ὑπὸ μὲν τῶν πιστῶν, ὅτι οὐ διαφωνεῖ ἡ διστασιάζει πρὸς αὐτούς· ὑπὸ δὲ τῶν ἀπίστων, ὅτι πολλῷ κρείττων ἐστὶ τῆς ἐκείνων ἀνακρίσεως, καὶ ὅτι οὐ μόνον οὐ δεῖται ταύτης, ἀλλὰ καὶ σύνοιδεν ἀκριβῶς ἀκρινόμενον, ὅτι τοῖς ταύτῃ χρωμένοις μέγιστον ἐμπόδιον αὕτη καθέστηκεν, εἰς τὸ πνευματικῶς ἀνακρίνεσθαι καὶ δέξασθαι τὰ τοῦ Πνεύματος. Διὸ καὶ χηρεύουσιν οὗτοι τοῦ Κυριακοῦ νοῦ, ἤτοι τῶν ἐντο-

ptore. Illi siquidem Platonem ac Pythagoram habent præceptores, nos autem Spiritum sanctum. « Sed per eos quos docet Spiritus sanctus. » Nullus itaque usus est humanæ scientiæ : omnia namque spiritualia sunt. « Spiritualibus spiritualia comparantes. » Hoc est, quod dicit. Cum investigatur quæstio aliqua spiritualis, ac exemplis spiritualibus comparationes ac interpretationes adducimus, ut, verbi causa ; si surrexit tertio die Christus, ex Jona probationes ac testimonium adduco : si natus est Dominus ex virgine, ex sterilibus Anna et Elisabeth sumitur interpretatio.

II, 14-16. *Animalis autem homo non accipit ea quæ sunt Spiritus Dei, stultitia siquidem ipsi sunt : nec potest cognoscere, quia spiritualiter dijudicantur. Spiritualis vero universa quidem dijudicat, ipse autem a nemine dijudicatur. Quis enim cognovit mentem Domini qui conciliabit eum ? Nos autem mentem Christi tenemus.*

Animalem vocat hominem eum, qui omnia animæ rationibus tribuit : nec quidquam fide suscipit, nec superno opus esse auxilio arbitratur : qui cum doctrinas Spiritus non possit mente comprehendere, nec velit absque rationibus credere, omnia arbitratur esse stulta quæ divinæ sunt dispensationis. — *Alio modo.* Animalis est, qui juxta carnem vivit et nondum per spiritum mente illuminatus est, sed innatam tantum et humanam habet intelligentiam, quam cunctorum animabus Creator immittit. — *Alio modo.* Hoc est : Quando aliquid spirituale et ineffabile fuerit, a spiritualibus testimonia ducimus Utpote ad id quod surrexit Christus, Jonæ testimonium adduco : quod ex virgine natus est, adduco sterilium partum ac generationem. Animalis vero est, qui rem omnem animæ considerationibus attribuit, nec arbitratur superno aliquo opus esse auxilio. — *Alio modo.* Animalis opus habet dijudicatione et perscrutatione, ac disciplina spirituali, ut suscipiat ea, quæ sunt spiritus, 666 sed cum arrogantior sit quam ut ad hanc sese demittat, et sufficere judicet humanas considerationes, non modo nihil comprehendit eorum quæ ignorat, sed e diverso quoque in majorem demersus ignorantiam, animæ affectum et ægritudinem legibus spiritus adoptat, et existimat ea esse stultitiam, cum seipsum accusare deberet, qui humilibus ac humanis mensuris supernaturalia et ratiocinationes excedentia mensurare tentaverit· Spiritualis vero non opus habet dijudicatione, sed cum omnia spiritualiter et divina sapientia probet ac judicet, spiritus cognitione perficitur. Ideo a nullo dijudicatur : a fidelibus quidem, quia non dissonat nec dissenti ab ipsis ; ab incredulis vero, quia longe superior est illorum dijudicatione, et quia non solum hac non eget, sed et novit exacte dijudicans quod hac utentibus maximum ita præstiterit impedimentum ad spiritualiter dijudicandum, et recipiendum ea quæ sunt Spiritus. Idcirco quoque hi Dominico sensu carent, sive præce-

ptis, et ea quæ inde sequitur, legis traditione, quæ eos castigaret, et ad spiritualium quæstionum apprehensionem excitaret. Ipsa enim Dominica præcepta confirmant nos et ad eum nos reducunt, aptosque efficiunt ad divinam doctrinam et intelligentiam, quæ dignis inde suppeditatur. Propter ea cum nos ipsos ad hæc composuerimus, merito Christi mentem habemus. Nam quæ Christi sunt sentientes ac intelligentes, jam non humana et carnali cogitatione fluctuantes obruimur, adversus utrinque flatibus tempestatem ferentes: sed solidi ac firmi in cœlesti divinaque mente effecti, veritatis apprehensionem assequimur. » Nec potest cognoscere. » Ignorat, inquit, quod ipse stolidus sit. Non enim potest intelligere quod in talibus sola fide sit opus, deficientibus scilicet humanis conitationibus. Nam hoc est, spiritualiter dijudicantur, quod per fidem ac Spiritum demonstrationes habent ea quæ divina sunt. « Universa quidem dijudicat. » Spiritualis, inquit, fideliter intuetur omnia ac intelligit universa, et quæ propria sunt et quæ infidelium : quæ autem ipsius sunt, increduli nequeunt intelligere. Nam hoc est, quod ait : « Ipse autem a nemine dijudicatur. » Quomodo igitur fidelis novit omnia? Quoniam præsentia quidem novit, **437** quod videlicet caduca sint et fragilia, futura vero novit, nempe quod stabilia sint et æterna. Incredulus autem neque præsentia novit (magnifacit enim ipsa cum nihil sint) neque futura, nam ea ne esse quidem credit. « Quis enim cognovit mentem Domini. » Quare infidelis nihil novit ? Nam hoc est quod ait ; Quis, id est, nullus infidelis novit ? Quia, inquit, non cognovit mentem Domini.

Ideo neque conciliabit eum sibi, hoc est, placabit aut in amicitiam reducet : inimico autem nequaquam revelabit Deus. Et quare fideles et spirituales cognoscunt? Quoniam, inquit, mentem Christi habemus, hoc est, spiritum Christi ? et quæ novimus, a Spiritu sancto edocti sumus. Illi igitur merito ignorant, cum Deum habeant aversum : nos vero, inquit, cognoscimus, cum usi sumus doctore Spiritu — Est autem hyperbaton quod ait: « Quis enim cognovit mentem Domini » Consecutive enim debet illi particulæ conjungi, Nec potest cognoscere, quia spiritualiter dijudicant. Potest tamen et sine hyperbato declarari, prout posita est elocutionis particula. « Nos autem mentem Domini habemus. » Qui imitatione mentis illius quo ad humanitatem quam suscipit Christus Deus noster suam mentem purificarunt, hi mentem Christi habent. — *Aliud.* Aut mentem Christi vocat Patrem. Habemus, inquit in vobis ipsis Christi Patrem » juxta illud : « Inhabitabo in eis et inambulabo [78]. » Mentem enim appellare Patrem, sanctis frequens est, ut cum habet Gregorius ; Mente, Verbo, et Spiritu una connaturali divinitate. Et rursum : Primum quidem considerat angelicas potentias ac cœlestes et conceptus Mentis opus fuit Verbo completum et Spiritu perfectum. « Mentem Christi

[78] II Cor. vi, 16.

A λῶν καὶ τῆς ἐκεῖθεν νομοθεσίας, τῆς φρενούσης αὐτοὺς καὶ διεγειρούσης ε'ς τὴν τῶν πνευματικῶν ζητημάτων κατάληψιν. Αὗται γὰρ αἱ Κυριακαὶ ἐντολαὶ, συμβιβάζουσι ἡμᾶς καὶ καταλλάσσουσαι πρὸς αὐτὸν, παρασκευάζουσιν ἐπιτηδείους εἰς τὴν ἐκεῖθεν τοῖς ἀξίοις χορηγουμένην ἔλλαμψιν τε καὶ κατανόησινι Διὸ οἱ ταύτοὺς ἑαυτοὺς καταρτίσαντες, εἰκότως νοῦν Χριστοῦ ἔχεμεν. Τὰ γὰρ τοῦ Χριστοῦ φρονοῦντες καὶ νοοῦντες, οὐκ ἔτι ἀνθρωπίνῳ καὶ σαρκικῷ λογισμῷ σαλεύοντες κυμαινόμεθα, ταῖς ἑκατέρωθεν ἀντιπνοίαις χειμαζόμενοι, ἀλλὰ πάγιοι καὶ ἀμετάπειστοι γεγονότες ἐν οὐρανίῳ καὶ θείῳ νοΐ, τῆς ἀληθείας καρπούμεθα τὴν κατάληψιν. « Καὶ οὐ δύναται γνῶναι. » Ἀγνοεῖ, φησὶν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἀνόητος. Οὐ δύναται γὰρ γνῶναι ὅτι ἐπὶ τῶν B τοιούτων, πίστεως μόνης χρεία, ὡς ἀσθενούντων τῶν λογισμῶν. Τοῦτο γάρ ἐστι, πνευματικῶς ἀνακρίνεται, τουτέστιν ὅτι διὰ πίστεως καὶ Πνεύματος τὰς ἀποδείξεις ἔχει τὰ θεῖα. « Ἀνακρίνει μὲν πάντα. » Ὁ πνευματικὸς, φησὶ, πιστῶς ὁρᾷ πάντα καὶ νοεῖ πάντα, καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ τῶν ἀπίστων. Τὰ δέ γε αὐτοῦ, οἱ ἄπιστοι εἰδέναι οὐ δύνανται. « Τοῦτο γάρ ἐστιν, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. » Πῶς οὖν ὁ πιστὸς πάντα οἶδεν ; ἐπειδὴ οἶδε μὲν τὰ ἐνταῦθα, ὅτι σαθρὰ καὶ ἐπίκηρα, οἶδε δὲ τὰ ἐκεῖ, ὅτι μόνιμα καὶ αἰώνια· ὁ δέ γε ἄπιστος, οὐδὲ τὰ ἐνταῦθα οἶδεν. (Ἡγεῖται γὰρ αὐτὰ μεγάλα, οὐδὲν ὄντα.) οὐδὲ τὰ ἐκεῖ, ἀπιστεῖ γὰρ αὐτοῖς. « Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου. » Διατί δὲ ὁ ἄπιστος οὐδὲν οἶδε ; τοῦτό ἐστι τό. Τίς, ἀντὶ τοῦ, Οὐδεὶς τῶν ἀπίστων οἶδεν. Ὅτι, φησὶν, οὐκ ἔγνω νοῦν Κυρίου.

C Διὸ οὐδὲ συμβιβάσει αὐτὸν ἑαυτῷ, τουτέστι καταλλάξει. Οὐκ ἂν δὲ τῷ ἐχθρῷ ἀποκαλύψει ὁ Θεός. Διατί δὲ οἱ πιστοὶ καὶ οἱ πνευματικοὶ ἴσασιν ; ὅτι, φησὶ, σοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, τουτέστι πνεῦμα Χριστοῦ, καὶ ἅπερ ἴσμεν, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος δεδιδάγμεθα. Εἰκότως οὖν οἱ μὲν ἀγνοοῦσιν, ἀπεστραμμένον ἔχοντες τὸν Θεὸν, ἡμεῖς δὲ, φησὶν, ἴσμεν τοῦ Πνεύματος εὐπορήσαντες διδασκάλου. — [ΦΩΤ.] Καθ' ὑπερβατὸν δὲ τὸ, « Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου ; » Ἐφ' ἑξῆς γὰρ ὀφείλει συντάττεσθαι, τοῦ, Οὐ δύναται γνῶναι ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται. Δυνατὸν δὲ καὶ χωρὶς ὑπερβατοῦ ὡς ἔχει φράσεως τὸ χωρίον ἐκλαβεῖν. « Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. » — [ΓΡΗΓ., ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΥ.] Οἱ μιμήσει τοῦ νοῦ ἐκείνου τοῦ ἀνθρωπίνου, οὗ ἀνέλαβε Φριστὸς ὁ Θεὸς D ἡμῶν, τὸν ἑαυτῶν νοῦν ἐκκαθάραντες, « Οὗτοι νοῦν Χριστοῦ ἔχουσιν. » Ἄλλο. Ἢ νοῦν Χριστοῦ τὸν Πατέρα καλεῖ. « Ἔχομεν, φησὶν, ἐν ἑαυτοῖς τὸν τοῦ Χριστοῦ Πατέρα, ὡς τὸ, Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω. » Νοῦν γὰρ τὸν Πατέρα λέγειν ἔθος τοῖς ἁγίοις, ὡς Γρηγόριος· Καὶ Νῷ καὶ Λόγῳ καὶ Πνεύματι τῇ μιᾷ συμπεφυίᾳ θεότητι. Καὶ πάλιν· Πρῶτον μὲν ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις καὶ οὐρανίους, καὶ τὸ Ἐννόημα ἔργον ἦν, Λόγῳ συμπληρούμενον, καὶ Πνεύματι τελειούμενον. « Νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. » Τουτέστι, τὰ ἐν τῷ νῷ τοῦ Χριστοῦ·

Οὐ παρὰ τὴν τῶν μυστηρίων φύσιν λέγει, ἀλλὰ παρὰ τῶν προσιόντων ἀναξιότητα. « Μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου. » Τουτέστι, μὴ ἐξετάζων μηδὲ ἐννοῶν τῶν προκειμένων τὸ μέγεθος. Εἰ γὰρ μάθοιμεν, τίς ποτέ ἐστιν ὁ προκείμενος, οὐ δεηθησόμεθα ἑτέρου, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο ἡμᾶς νήφειν παρασκευάσει. « Διὰ τοῦτο πολλοὶ ἀσθενεῖς, καὶ πολλοὶ κοιμῶνται. » Διὰ τοῦτο, ποῖον; Διὰ τὸ ἀναξίως προσιέναι. Τί οὖν, εἴποι τις, οἱ γηράσκοντες οὐχ ἁμαρτάνουσιν, ἐπεὶ μὴ κοιμῶνται πρόωροι; Ναὶ, φησὶν, ἀλλ' οὐχ αὕτη μόνη ἀνταπόδοσις τοῖς ἀναξίως προσιοῦσι, τὸ ἀποθνήσκειν πρὸ καιροῦ, ἀλλ' εἰσὶ καὶ ἐκεῖ χαλεπώταται τιμωρίαι. Τὸ δὲ, ἱκανοὶ, τινὲς ἀντὶ τοῦ, πολλοὶ, ἐνόησαν, τουτέστιν, Ἀρκετοὶ εἰς τοῦτο ἀπέθανόν τινες. « Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν. » Οὐκ εἶπεν, Ἑαυτοὺς ἐκολάζομεν, ἀλλὰ μόνον, « Ἐκρίνομεν, » τουτέστιν, Εἰ κατεγινώσκομεν ἑαυτῶν μόνον ἁμαρτανόντων, καὶ τῶν ὧδε καὶ τῶν ἐκεῖ ἀπηλλάγημεν ἂν τιμωριῶν. Ὁ γὰρ ἑαυτοῦ καταγινώσκων ὡς δεῖ, οὐκ ἂν εἰς τὴν αὐτὴν ἁμαρτίαν πολλάκις ἐμπέσοι. « Κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου. » Ἐπεὶ οὖν τὸ οὕτως κοῦφον οὐ ποιοῦμεν, τουτέστι τὸ καταγινώσκειν ἑαυτῶν, οὐδὲ οὕτως ἀφειδῶς ἡμῖν ὁ Θεὸς κέχρηται, ἀλλὰ ὧδε παιδεύει, ἵνα ἐκεῖ ἐλεήσῃ. « Παιδευόμεθα. » Οἷον, Νουθετούμεθα. Οὐ γὰρ εἶπε, Τιμωρούμεθα, ἀλλὰ, « Παιδευόμεθα, » ὡς νουθεσίας καὶ διορθώσεως γινομένης. « Ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. » Κόσμον φησὶ τοὺς ἐν ἀπιστίᾳ καὶ ἁμαρτίᾳ ἀνθρώπους. Φησὶ δὲ ὅτι οἱ πιστοὶ καὶ Θεῷ περισπούδαστοι ὧδε ἀπολαμβάνουσι τὰς ἁμαρτίας, ἵνα μὴ μετὰ τῶν λοιπῶν ἐκεῖ δώσουσι δίκην. « Εἰς τὸν πρότερον ἦλθε λόγον. » Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπε, Τοῖς πένησι μεταδίδοτε, ἀλλὰ τὸ σεμνότερον, « Ἀλλήλους ἐκδέχεσθε, » ὡς κοινῶν ὄντων τῶν ἐκεῖσε εἰσφερομένων ἐδεσμάτων, Ὡς ὄγε τοῦτο, φησὶ, μὴ ποιῶν, ἀνάξιός ἐστι τῆς μυστικῆς μεταλήψεως. « Ὥστε, ἀδελφοί μου, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε. » — [ΦΩΤ.] Διατί; Ἵνα μὴ ἀναξίως δειχθῆτε τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος μετέχοντες, ἔνοχοι τοῦ σώματος αὐτοῦ τῆς ἀναιρέσεως, καὶ τοῦ αἵματος τῆς ἐκχύσεως γενόμενοι, ἀπαραίτητον τὸ κρῖμα ἔξοιτε, ἵνα μὴ κρίματι τηλικούτῳ περιπεπτωκότες, νόσοις καὶ πάθεσι καὶ θανάτῳ ἐκδαπανηθείητε, ἵνα μὴ ἂν μὴ τούτοις ἀποδῶτε τὴν ἔκτισιν, εἰς ἀπέραντον κόλασιν σὺν τοῖς ἀπίστοις

A quæcunque interim inciderent aut intersererentur, disponere. « Seipsum homo. » Non alius alium, nam hoc est judicare, sed ipse seipsum.

XI, 29-34. *Nam qui edit aut bibit indigne, judicium sibi edit ac bibit, non dijudicans corpus Domini. Propter hoc multi inter vos infirmi sunt ac imbecilles, et dormiunt multi. Etenim si nos ipsos dijudicaremus, nequaquam judicaremur. Cum autem judicamur, a Domino corripimur, ne cum mundo condemnemur. Itaque, fratres mei, cum ad edendum convenitis, invicem vos exspectate. Quod si quis esurit, domi edat, ne ad condemnationem conveniatis. Cætera vero cum venero disponam.*

Non propter mysteriorum naturam hæc dicit, sed
B propter accedentium infirmitatem. **533** « Non dijudicans corpus Domini. » Hoc est, Non examinans aut considerans eorum quæ proposita sunt magnitudinem. Si enim cognosceremus quisnam sit qui proponitur, nullo alio nobis opus esset stimulo, sed hoc ipsum vigilantes nos redderet ac modestos. « Propter hoc multi sunt infirmi et dormiunt multi. » Propter hoc, quidnam? quia indigne accedunt. Quid ergo (dicet aliquis) an qui senescunt non peccant, cum non moriamur ante diem? Utique, inquit : sed non hæc sola fit repensio his qui indigne accedunt, ut ante tempus moriantur, sed in futuro quoque sunt miserrima supplicia. Quod ergo dixit Ἱκανοὶ, quidam intellexerunt, « Multi, » aut, « Sufficientes » ad hujus criminis correctionem
C interierunt. « Etenim si nos ipsos dijudicaremus. » Non dicit, Si nosipsos puniremus, sed tantum, « Dijudicaremus, hoc est, si duntaxat nos ipsos ut peccatores condemnaremus, utique et a præsentibus et futuris liberaremur suppliciis. Nam qui seipsum condemnat ut oportet, nequaquam in idem peccatum frequenter incidere poterit. Cum autem judicamur a Domini. » Quoniam ergo rem adeo levem non facimus ut nosipsos condemnemus : ne ita quidem temere Deus interimit, sed castigat hic, ut ibi misereatur. « Corripimur. » Hoc est, admonemur. Non enim dixit : « Punimur, » sed « Corripimur, » tanquam facta sit admonitio ac correctio. « Ne cum mundo condemnemur. » Mundum dixit homines qui in incredulitate et peccato degunt. Dicit autem quod fideles ac Dei cultores ob peccata
D hic puniuntur, ne in futuro cum cæteris pœnas luant. « Itaque cum ad edendum convenitis. » Ad priorem rediit sermonem. Considero vero quod non dixerit : Pauperibus tradite, sed honestius, Invicem alius alium exspectate, tanquam communia fuerint quæ ibi inferebantur cibaria : ut qui hoc, inquit, non facit, mystica indignus sit participatione. « Itaque, fratres mei, invicem vos expectate. » — Quamobrem? Ne indigne Dominicum corpus et sanguinem participare probemini : ne indigne participando, rei effecti cædis corporis ipsius ac effusionis sanguinis, inevitabile judicium excipiatis : ne in tale judicium incidentes, morbis, afflictionibus

cladibus ac morte consummamini : 534 ne si tuli pœna non lueritis puniti, in æternum supplicium cum infidelibus tradamini. « Quod si quis esurit. » Castrimargiam ipsorum condemnat : et habet se tanquam cum puerulis qui indignantur nec moram ferunt, ab ecclesia remittens eos ad proprias domos. « Ne ad condemnationem conveniatis. » Id est,ne ad supplicium conveniatis vestram propriam ecclesiam injuria afficientes, et pauperes despicientes.Nam propter charitatem ad cœnas convenitis : quod si hæc adsit, præstat vos domi refici. Hoc autem ipsos attrahens dicit : « Cætera vero cum venero. » Aut de hac re dicit hoc, tanquam Dominica cœna in aliis quoque capitibus correctione egeat : aut de alia re in qua non opus sit verbis, sed ipsius præsentia.

A ἐκδοθείητε. « Εἰ δέ τις πεινᾷ. » Γαστριμαργίας αὐτῶν καταγινώσκει, καὶ ὡς παιδίοις δυσανεσχετοῦσι κέχρηται, ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς ἰδίους οἴκους παραπέμπων. « Ἵνα μὴ εἰς κρῖμα συνέρχησθε. » Ἵνα μὴ εἰς κόλασιν συνέρχησθε, ἑαυτῶν τὴν ἐκκλησίαν ὑβρίζοντες, καὶ τοὺς πένησας περιορῶντες. Διὰ γὰρ ἀγάπην συνέρχεσθε εἰς τὰ δεῖπνα. Ταύτης δέ, φημί, οὔσης, βέλτιον ὑμᾶς οἴκοι σιτεῖσθαι. Τοῦτο δέ φησιν, ἐφελκόμενος αὐτούς. « Τὰ δὲ λοιπά, ὡς ἄν ἔλθω. » Ἴλι περὶ αὐσοῦ τοῦ πράγματός φησι τοῦτο, οἷον τοῦ Κυριακοῦ δείπνου, καὶ ἐν ἄλλοις κεφαλαίοις διορθώσεως δεομένου, ἢ περὶ ἑτέρου πράγματος δεομένου οὐ ῥημάτων, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ παρουσίας.

B

CAPUT VIII.

De varietate donorum eorumque dispensatione.

XII, 1-3. ***Porro de spiritualibus, fratres, nolo vos ignorare. Scitis quod, cum gentes essetis, ad idola muta, utcunque abducti, ducebamini. Quapropter notum vobis facio quod nullus per Spiritum Dei loquens dicit anathema Jesum ; et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi per Spiritum sanctum.***

Hoc est de divinis donis. Id autem argumentum est hujus particulæ. Apud Corinthios, qui crediderant, donis spiritualibus dotabantur ; et hi quidem linguis loquebantur,alii vero prophetabant,quidam autem alia assequebantur : quæ dona ipsis facta sunt duplicis occasio dissensionis, eo quod insipientes essent. Nam qui majus donum acceperat, efferebatur adversus eos qui minora habebant ; qui vero minus acceperat, invidia accendebatur adversus eum qui majori donatus erat. Deinde etiam vates apud ipsos erant ac pseudoprophetæ : nec manifestum eis erat quis per Spiritum sanctum prophetaret, quis vero per dæmonem vaticinaretur. Quoniam igitur hoc quoque illos turbabat, signa ponit vatis seu divini ac prophetæ ; 535 et quæcunque apud ipsos flebant disponit. « Scitis quod cum gentes essetis. » De Spiritus sancti donis loquitur, ostendere volens quænam eorum qui spiritu aguntur sit diversitas a vatibus et unde dignoscantur, et ait : Scitis quod vobis opus est ut a me discatis. « Cum gentes essetis. » Hoc est, incredulis et gentibus annumeramini. Cum ergo gentes essetis, sive gentibus connumerati : ad idola ducebamini vaticinantes. Bene autem dicit : « Utcunque ducebamini, » hoc est, quomodocunque contingeret, neque prudenti intus ratione, aut modo permoti : neque ultro abeuntes, sed cum violentia inviti furore perciti ac insanientes. Abducebantur autem a dæmone, qui in ipsis erat : modestiæ nihil habentes, sed omnia insaniæ plena. « Quod nullus per Spiritum Dei loquens. » Una quidem differen-

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ διαφορᾶς χαρισμάτων, καὶ οἰκονομίας αὐτῶν.

Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, ἀδελφοί, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν. Οἴδατε ὅτι ἔθνη ἦτε πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγόμενοι. Διὸ γνωρίζω ὑμῖν ὅτι οὐδεὶς ἐν Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν, καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

Οἷον χαρισμάτων. Ἡ ὑπόθεσις τοῦ χωρίου αὕτη· Ἦκρὰ Κορινθίοις οἱ πιστεύσαντες, πνευματικῶν ἠξιοῦντο χαρισμάτων. Καὶ οἱ μὲν γλώσσαις ἐλάλουν, οἱ δὲ προεφήτευον, οἱ δὲ ἑτέρων ἐπετύγχανεν, ἅτινα C χαρίσματα διχοστασίας πρόφασις αὐτοῖς ἐγίνετο, νηπίοις οὖσιν. Ὅ τε γὰρ τὸ μεῖζον χάρισμα λαβών, ἐπῆρτο κατὰ τῶν τὰ ἐλάττονα ἐχόντων· ὅ τε τὸ ἔλαττον λαβών, διεφθονεῖτο τῷ μεῖζον λαβόντι. Ἔπειτα καὶ μάντεις ἦσαν παρ' αὐτοῖς καὶ ψευδοπροφῆται. Ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτοῖς δῆλον, τίς μὲν ὁ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ προφητεύων, τίς δὲ ὁ ἐν δαίμονι μαντευόμενος. Ἐπεὶ οὖν καὶ τοῦτο αὐτοὺς ἐτάραττε, λέγει σημεῖα μάντεως καὶ προφήτου, καὶ πάντα τὰ κατ' αὐτοὺς διορθοῦται. « Οἴδατε ὅτε ἔθνη ἦτε. » Περὶ τῶν ἐκ Πνεύματος ἁγίου χαρισμάτων λέγει, δεῖξαι θέλων, τίς μὲν τῶν πνευματοφόρων, τίς δὲ τῶν μάντεων ἡ διαφορὰ καὶ ἐπίγνωσις, καὶ φησιν· Οἴδατε, ὅτι οὐ δεῖσθε μαθεῖν παρ' ἐμοῦ. « Ὅτε ἔθνη ἦτε, » τουτέστι, Τοῖς ἀπίστοις καὶ ἔθνεσιν ἐγκατελέγεσθε. Ὅταν τοίνυν ἔθνη ἦτε, ἤγουν συναριθμούμενοι τοῖς ἔθνεσι, πρὸς τὰ εἴδωλα ἀΩήδεσθε μαντευόμενοι. Καλῶς δὲ τὸ, « Ὡς ἂν ἤγεσθε, » τουτέστιν, ὅπως ἔτυχε, μήτε σώφρονος ἐντὸς ὄντες λογισμοῦ ἢ σχήματος, μήτε ἑκόντες ἀπιόντες, ἀλλὰ μετὰ βίας ἄκοντες ἐνθουσιῶντες καὶ μαινόμενοι. Ἀπήγοντο δὲ παρὰ τοῦ ἐν αὐτοῖς δαίμονος, οὐδὲν ἐπιεικὲς ἔχοντες, ἀλλὰ πάντα μανιώδη. « Ὅτι οὐδεὶς ἐν Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν. » Μία μὲν διαφορὰ πορφητῶν καὶ ψευδοπροφητῶν, ὅτι οἱ μὲν καθεστηκότες, καὶ μάλιστα σωφρονοῦντες, προλέγουσι τὰ ἐσόμενα. Οἱ δὲ ψευδοπροφῆται, ἐξεστηκότες καὶ μαινόμενοι, καὶ ὥσπερ βίᾳ ὑπὸ τῶν κινούντων δαιμόνων ἀγόμενοι. Δευτέρα

δὲ, ὅτι οἱ μὲν οὐδὲν βλάσφημον οὐδὲ ἀπαίσιον φθέγγονται, ἀλλὰ καὶ θεολογοῦσιν ὡς ἄριστα, καὶ πάντα σεμνῶς λέγουσιν. Οἱ δὲ βλασφήμους τε καὶ ἀπηχεῖς φωνὰς ἀπερεύγονται. « Καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Εἶπε σημεῖον μάντεως, τὸ ἐξεστηκότας αὐτοὺς βίᾳ ἕλκεσθαι πρὸς τὰ εἴδωλα, καὶ προλέγειν δἠθεν τὰ ἐσόμενα. Λέγει καὶ προφήτου σημεῖον. Ποῖον τοῦτο; Ὅτι οὐδεὶς ἔχων Πνεῦμα Θεοῦ, ἀνάθεμα τίζει καὶ ὑβρίζει τὸν Κύριον. Καὶ πάλιν οὐδεὶς αὐτὸν δύναται Κύριον εἰπεῖν, μὴ ἔχων Πνεῦμα ἅγιον.

A tia prophetarum ac pseudoprophetarum est quod illi suæ mentis compotes, et maxime prudentes futura prædicunt : pseudoprophetæ autem mente alienati ac dementes, tanquam a moventibus dæmonibus violentia ducti. Altera vero quod illi quidem nihil exsecrabile aut blasphemum loquuntur, quin potius de Deo optime disserunt, et omnia cum gravitate efferunt : hi autem blasphemas et absurdas eructant voces. » Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi per Spiritum sanctum. » Signum dixit vatis seu divini, quod mente alienati ad idola vi trahantur ac futura prædicant scilicet. Nunc prophetæ quoque signum ponit. Quodnam illud est ? quod nullus Spiritum Dei habens exsecratur, aut injuria afficit Dominum. Rursumque nullus potest ipsum dicere Dominum qui non habeat Spiritum sanctum.

Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα. Καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσι, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος. Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτός ἐστι Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.

B XII, 4 6. *Divisiones autem donorum sunt, sed idem Spiritus ; et divisiones ministeriorum sunt idemque Dominus ; et divisiones operationum sunt, sed idem est Deus qui operatur omnia in omnibus.*

Λοιπὸν εἰς τὸν περὶ χαρισμάτων ἦλθε λόγον, καὶ φησι· « Διαιρέσεις δὲ » καὶ οἷον μερίδες, « χαρισμάτων εἰσί. » Τῷ δὲ, « χαρισμάτων » εἰπεῖν, ἐπαίδευσε τὸν δοκοῦντα τὸ ἔλαττον ἔχειν χάρισμα, μὴ ἀλγεῖν. Εἰ γὰρ ἐδωρήθη σοι, φησὶ, χάριν ἔχε ὑπὲρ ὧν ὅλως εἴληφας, καὶ μὴ ἄλγει ὑπὲρ ὧν ἔλαττον εἴληφας. Πάλιν δὲ τῷ προσθεῖναι, « Τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα, » πλέον παραμυθεῖται. Εἰ γὰρ καὶ ἔλαττόν σου, φησὶ, τὸ χάρισμα, ἀλλὰ τοῦ ἑνός ἐστι Πνεύματος δωρεὰ, καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ μεγάλα. — Ἄλλως. [ΦΩΤ.] Χαρίσματα μὲν αὐτὰ καλεῖ, τὴν φιλοτιμίαν δεικνὺς τοῦ δωρήματος· διακονίας δὲ, διδάσκων μὴ ἐπαίρεσθαι τούτοις τοὺς ἀξιωθέντας, ἀλλὰ μετὰ συστολῆς καὶ μετριοφροσύνης, ὡς εἰς ὑπηρεσίαν καὶ διακονίαν τῶν πλησίον κληθέντας, οὕτως ἐντυγχάνειν τοῖς προσιοῦσιν· ἐνεργήματα δὲ πάλιν, αὐτὴν δηλῶν τὴν πρᾶξιν. Ὅρα ἀκριβῶς πῶς τὸ πανάγιον Πνεῦμα, τρανῶς καὶ Κύριον καὶ Θεὸν ἀνεκήρυξεν. Εἰπὼν γὰρ, « Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶν, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα, » καὶ πάλιν ἐπὶ τοῦ πράγματος ἐπαγαγὼν, « Καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος· » εἶτα ἔτι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μείνας νοήματος, καὶ εἰπὼν, « Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς ἐστι Θεός· » ἐπισυνάπτει λέγων· « Ἑκάστῳ τὶ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον, » δεικνὺς ὅτι καὶ τὸ Θεὸς καὶ τὸ Κύριος, ἐπὶ τοῦ ἁγίου ἔταξε Πνεύματος. Πάντα γὰρ ὅσα προεῖπεν, εἰς τὴν τοῦ Πνεύματος συνῆξεν ὑπόστασιν, οὐ μόνον διὰ τοῦ εἰπεῖν, « Ἑκάστῳ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος, » ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἑφεξῆς τῶν χαρισμάτων ἀπαριθμήσεως. Πάντα γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοσθαι διατείνεται. Καὶ συγκεφαλαιούμενος πάλιν λέγει· « Πάντα δὲ ταῦτα τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα ἐνεργεῖ. » Ὥστε φανερὸν ὅτι τὸ πανάγιον Πνεῦμα, καὶ Κύριον καὶ Θεὸν λαμπρῶς καὶ διαῤῥήδην ἐνταῦθα ὁ θεῖος Παῦλος θεολογεῖ. Εἰ δέ τις τὸ μὲν Πνεῦμα ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκλάβοι, τὸ δὲ Κύριος καὶ Θεὸς, τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ οὕτως οὐδὲν ἧττον ἡ τε κυριότης καὶ ἡ θεότης

Consequenter ad sermonem de donis pervenit, et ait : « Divisiones autem, » et tanquam partes « Donorum sunt. » Dicendo autem « Donorum, » instituit eum qui minus donum habere videbatur ne doleret. Si, inquit, donum accepisti, habe gratiam quod omnino acceperis, et non doleas quod minus acceperis. Rursum autem per hoc quod addit : « Sed idem Spiritus, plus affert consolationis. **836** Quanquam enim minus si tum donum, attamen unius Spiritus dona et parva et magna sunt. — *Alio modo.* Dona quidem ipsa vocat, magnificentiam ostendens largitionis : ministeria vero, docens his non debere extolli eos qui acceperunt, sed cum moderatione, animique modestia esse, ut qui ad obsequium ac ministerium proximorum vocati assequantur bona præsentia. Rursum autem operationes dicit, ipsam significans actionem. Et considera diligenter quo modo sanctissimum Spiritum aperte Deum ac Dominum prædicaverit. Dicens enim : « Divisiones autem donorum sunt, sed idem Spiritus, » et rursum de opere subjungens : « Et divisiones ministeriorum sunt, idem vero Dominus ; » deinde in eadem adhuc manens sententia, ubi dixit : « Et divisiones operationum sunt, sed idem est Deus ; simul in unum conjungit dicens : « Unicuique vero datur manifestatio Spiritus ad id quod expedit ; » ostendens quod et Deus et Dominus Spiritui sancto aptaverit. Quæcunque enim prædixit, in Spiritus personam clausit, non ex eo solum quod dixit : « Unicuique datur manifestatio Spiritus, » verum etiam per sequentem donorum enumerationem. Nam omnia per Spiritum dari asseverat : rursumque in summam redigens, ait : « Hæc autem omnia operatur unus idemque Spiritus. » Manifestum itaque est quod sanctissimum Spiritum, Deum ac Dominum esse, clare et aperte hoc loco divus Paulus divinitus asseruerit. Quod si quis Spiritum quidem ad Spiritum sanctum referat : Dominum vero ac Deum, illud sane ad

Filium, hoc autem ad Patrem : hoc quoque modo nihilominus dominatio ac deitas ex horum ipsorum testimonio Spiritui sancto attribuentur. Qui autem et quomodo id fiet ? Primum quidem quia dividendo dona, ubi dixit sanctissimum Spiritum, ait idipsum operari Dominum ac Deum. Itaque ea quæ operatur Spiritus, hæc et Dominus dominatione, et Deus deitate operantur. Merito ergo eadem operanti Spiritui et dominatio adest Filii et deitas Patris : Spiritus igitur et Deus est et Dominus. Et videtur mihi divus Paulus propterea de Spiritu quidem personali usus esse nomine, **537** de Filio autem et Patre, communibus : ut perspicientibus liceret ab identitate operationis identitatem colligere substantiæ : et ipsa nomina Dominus ac Deus, propter identitatem subtantiæ de Spiritu intelligere. Non solum autem ex his quæ dicta sunt demonstratur dominatio ac deitas Spiritus, verum etiam ex ea quæ colligitur summaria collectione. Rursum enim ibi dicit apertius : « Hæc omnia operatur unus idemque Spiritus, dividens peculiariter unicuique. » Quomodo ? Propria potestate ac dominio. Ait enim, « Sicut vult. » Itaque si quæcunque Pater ac Filius operantur, hæc et Spiritus facit, idque sicut Deus ac Dominus facit : nam sicut vult ita facit, vult autem videlicet ut tanquam Deus ac Dominus. Absit enim ut contraria sit in eis voluntas. Manifestum quod Spiritus et Deus sit et Dominus : propria enim auctoritate et Patris et Filii opera facit, et tanquam Dominus ac Deus facit, et omnia facit. 'Animadvertendem est autem et hoc tanquam vice corollarii declaratum, quod ostendens eumdem Spiritum omnia operari, alibi quidem usus sit præpositione κατὰ, id est, secundum, alibi vero διὰ, id est, per, interdum quoque ἐν, id est, in, ostendens quod apud ipsum præpositionum usus sit sine discrimine. Ait enim « Secundum ipsum, et per ipsum, et in ipso, » de eodem disserens Spiritu sancto. Et his utitur ad confutationem eorum qui calumnias struunt de eo quod dicitur : « Per ipsum, et ex ipso, et in ipso [27] : » et ob dictiuncularum diversitatem in blasphemas cogitationes efferuntur. « Sed idem Spiritus. » Nequaquam possibile est eum qui a divino Spiritu motus operatur, Christum a divina natura alienum definire : sed neque rursum e diverso perfecte ac sincere potest ipsum confiteri potentem esse Deum, nisi ab illius gratia illuminetur. » Et divisiones ministeriorem sunt. » Ne auditis tantum donis, is qui minus accepisset donum ageretur tanquam in dono inferior, subjungit, ministeriorum, ostendens etiam laboriosum quoddam eis datum esse mysterium. Si ergo amplius habet, in re laboriosa aliquid amplius habet. « Et divisiones operationum sunt. » Operationum, hoc est, donorum. Nam eamdem vim habent donum, ministerium et operatio : quia æqualia quoque sunt quæ a Patre

A ἐξ αὐτῶν τούτων μαρτυρηθήσεται τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Πῶς καὶ τίνα τρόπον ; Πρῶτον μὲν ὅτι διαιρεῖν τὰ χαρίσματα εἰπὼν τὸ παν‹άγιον Πνεῦμα, τὸ αὐτὸ τοῦτο πράττειν καὶ τὸν Κύριον καὶ τὸν Θεὸν φησιν. Ὥστε ἅπερ ἐνεργεῖ τὸ Πνεῦμα, ταῦτα καὶ ὁ Κύριος τῇ κυριότητι, καὶ ὁ Θεὸς τῇ θεότητι ἐνεργεῖ. Εἰκότως ἄρα τὰ αὐτὰ ἐνεργοῦντι τῷ Πνεύματι, καὶ ἡ κυριότης ὑπάρξει τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἡ θεότης τοῦ Πατρός. Ὥστε τὸ Πνεῦμα, καὶ Κύριος καὶ Θεός. Καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος διὰ τοῦτο ἐπὶ μὲν τοῦ Πνεύματος, τῷ ὑποστατικῷ ὀνόματι χρήσασθαι, ἐπὶ δὲ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς, τοῖς κοινοῖς ἵνα ἐξῇ τοῖς συνορῶσιν, ἀπὸ τῆς ταυτότητος τῆς ἐνεργείας, τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, καὶ τὰ αὐτὰ ὀνόματα τὸ Κύριος καὶ Θεὸς, κατὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας ἐπὶ
B τοῦ Πνεύματος ἐκλαμβάνειν. Οὐ μόνον δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων ἡ κυριότης καὶ θεότης ἀποδείκνυται τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἐπαγομένης συγκεφαλαιώσεως. Φησὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα πάλιν σαφέστερον, ὅτι « Πάντα ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ. » Πῶς ; Αὐτοκρατορικῶς καὶ κυρίως. « Καθὼς γὰρ βούλεται, » φησίν. Ὥστε εἰ πάντα ἃ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἐνεργεῖ, ταῦτα καὶ τὸ Πνεῦμα ποιεῖ, καὶ θεϊκῶς καὶ κυρίως ποιεῖ (ὡς γὰρ βούλεται οὕτως ποιεῖ. Βούλεται δὲ δηλονότι, ὥσπερ ὁ Κύριος καὶ ὁ Θεός· Οὐ γάρ ἐστιν ἀντίξουν, ἄπαγε, βούλημα), φανερὸν ὡς καὶ Κύριος ἂν εἴη τὸ Πνεῦμα καὶ Θεός. Αὐτοκρατορικῶς τε γὰρ τὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἔργα ποιεῖ, καὶ ὡς Κύριος καὶ Θεὸς ποιεῖ, καὶ πάντα ποιεῖ. Ἐπισημειῶσαι δὲ δεῖ καὶ τοῦτο ὡς
C ἐν πορίσματος μοίρᾳ ἀναφανὲν, πῶς τὸ αὐτὸ Πνεῦμα ἐνεργεῖν ἀποφαινόμενος ἅπαντα, ἄλλοτε μὲν τῇ, κατὰ, προθέσει, κέχρηται, ἄλλοτε δὲ τῇ, διὰ, καὶ πάλιν ἐνίοτε τῇ, ἐν, δεικνὺς ὅτι παρ' αὐτῷ ἡ τῶν προθέσεων χρῆσις ἀδιάφορος. « Κατ' αὐτὸ » γὰρ, φησὶ, καὶ, « δι' αὐτοῦ, » καὶ, « ἐν αὐτῷ, » περὶ τοῦ αὐτοῦ διαλαμβάνων ἁγίου Πνεύματος. Καὶ τούτοις εἰς ἔλεγχον χρήσῃ τῶν λεσχηνευόντων περὶ τοῦ, « Δι' αὐτοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ, καὶ, ἐν αὐτῷ, » καὶ διὰ τῆς ἑτερότητος τῶν λεξειδίων, εἰς βλασφήμους ἐννοίας ἐξαγομένων. « Τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα. » Οὐχ οἷόν τε τὸν ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος ἐνεργούμενον, ἀλλότριον τῆς θείας φύσεως τὸν Χριστὸν ἀποφῆναι, ἀλλ' οὐδ' αὖ πάλιν δυνατὸν αὐτὸν εἰλικρινῶς ὁμολογῆσαι Θεὸν,
D μὴ ὑπ' ἐκείνης τῆς χάριτος φωτιζόμενον. « Καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν. » Ἵνα μὴ χαρισμάτων μόνον ἀκούσας, ὁ τὸ ἔλαττον λαβὼν χάρισμα ἀλγῇ ὡς ἐλαττωθεὶς περὶ τὴν δωρεὰν, ἐπάγει, « Διακονιῶν, » δεικνὺς καὶ ἐπίπονόν τι αὐτοῖς δεδόσθαι λειτούργημα. Εἰ τοίνυν τὸ πλέον ἔχει, κατὰ τὸ ἐπίπονον ἔχει τὸ πλέον. « Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων. » Ἐνεργημάτων, τουτέστι, χαρισμάτων. Ἰσοδυναμεῖ γὰρ τὸ χάρισμα καὶ ἡ διακονία καὶ ἡ ἐνέργεια, ὅτι καὶ ἴσα ἐστὶ τὰ παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος δωρούμενα. « Ὁ δὲ αὐτός ἐστι Θεός. » Πάνυ δογματικῶς τὸ χωρίον ἐξέθετο. Ἀπαριθμησαμενος γὰρ τὴν ἁγίαν Τριάδα διαιρετῶς, συνάπτει ἀσυγχύτως. Ἡ γὰρ αὐ-

[27] Rom. xi, 36.

τῇ καὶ διαιρεῖται ταῖς ὑποστάσεσι, καὶ συνάπτεται τῇ οὐσίᾳ· ὡς καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος φησί· Τρία ταῖς ὑποστάσεσιν, ἓν τῇ θεότητι. Πάνυ δὲ ἀκριβὴς ἡ ἐπαγωγή· « Ὁ δὲ αὐτὸς Θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα. » Ὁ γὰρ ἐνεργεῖ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ταῦτα Θεὸς ἐνεργεῖ. Ἐν γὰρ ταύταις ταῖς ὑποστάσεσιν ἡ θεότης, ἦγουν αὗται ἡ θεότης.

A et Filio ac Spiritu sancto tribuuntur. **538** « Sed idem est Deus. » Pulchre hanc particulam ad docendum aptavit. Ubi enim sanctæ Triadis personas divisim enumerasset, absque ulla confusione conjungit. Hæc enim et personis distinguitur et essentia conjungitur, sicut ait Gregorius Theologus, nempe tres in personis, unum vero in divinitate, ita ut exacta sit inductio. « Sed idem Deus qui operatur omnia. » Nam quæ operatur Pater et Filius ac Spiritus sanctus, hæc et Deus operatur. In his enim personis est deitas, sive ipsæ sunt deitas.

Ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις [τοῦ Πνεύματος] πρὸς τὸ συμφέρον· Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν.

XII,7-10. « Unicuique vero datur manifestatio spiritus ad id quod expedit. Nam huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ : alii vero sermo cognitionis secundum eumdem Spiritum : alii autem fides per eumdem Spiritum : alii vero dona sanationum in eodem Spiritu : alii autem operationes virtutum, alii vero prophetia : alii autem discretiones spirituum, alii vero genera linguarum : alii autem interpretatio linguarum. »

Φανέρωσιν Πνεύματος, τὰ σημεῖα καλεῖ· διὰ γὰρ τῶν σημείων, ἡ ἐπιστασία τοῦ Παρακλήτου διεδείκνυτο. « Πρὸς τὸ συμφέρον. » Ἵνα μὴ, « χαρισμάτων, » μόνον ἀκούσας ὁ τὸ ἔλαττον χάρισμα ἔχων ἀδημονῇ καὶ λέγῃ, Τί γὰρ εἰ καὶ εἷς ἐστι Θεὸς, πλὴν ἐγὼ τὸ ἔλαττον ἔχω ; ἐπάγει, « Πρὸς τὸ συμφέρον, » δεικνὺς ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ λαβεῖν ἔλαττον, συμφέρει. « Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος· » Ἀπαριθμεῖται τὰ χαρίσματα, δεικνὺς πάντα τῆς αὐτῆς ὄντα πηγῆς τοῦ Πνεύματος, ἵνα καὶ ὁ τὸ ἔλαττον ἔχων μὴ ἀλγῇ, καὶ ὁ τὸ μεῖζον μὴ ἐπαίρηται, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος κἀκεῖνα καὶ ταῦτα. « Λόγος σοφίας. » Λόγος σοφίας, οἷον εἶχεν ὁ Παῦλος, ὁ Πέτρος, ὁ Ἰωάννης, καὶ οἱ κατ' αὐτούς. Διὸ καὶ πρῶτον αὐτὸ τέθεικε. Λόγος δὲ γνώσεώς ἐστιν ὃν ἔχουσιν οἱ ἰδιῶται πιστοὶ, εἰδότες μὲν, ἄλλους δὲ διδάξαι οὐκ ἰσχύοντες. « Ἑτέρῳ δὲ πίστις. » Πίστιν δέ φησιν, οὐ τὴν τῶν δογμάτων, ἀλλὰ τὴν τῶν σημείων, περὶ ἧς ᾔτουν οἱ ἀπόστολοι, « Πρόσθες ἡμῖν, λέγοντες, πίστιν. » Οὐ γὰρ ἂν οὐκ εἶχον πίστιν οἱ ἀπόστολοι, ἀλλ' ἐπειδὴ ἤκουσαν, « Ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, » ᾔτησαν ταύτην τὴν πίστιν εἰς τὸ ἐνεργεῖν θαύματα.

B « virtutum, alii vero prophetia : alii autem discretiones spirituum, alii vero genera linguarum : alii autem interpretatio linguarum. »

Manifestationem Spiritus vocat signa ; per signa enim, Paracleti assistentia demonstrabatur. « Ad id quod expedit. » Ne auditis statim donis, is qui minus habeat donum graviter ferret, ac diceret : Quid ad me attinet etiam si unus et idem sit Deus, attamen ego minus habeo ? subjungit : Ad id quod expedit : Ostendens quod hoc etiam expediebat ut minus acciperet. « Nam huic quidem per Spiritum. » Enumerat dona, ostendens omnia ab eodem procedere fonte Spiritus : ut neque contristetur qui minus accepit, neque is extollatur qui majus : quandoquidem et hæc et illa ab eodem sunt Spiritu. « Sermo sapientiæ. » Sermo, inquit, sapientiæ qualem habuit Paulus, Petrus et Joannes, quique illorum tempore erant : ideo etiam hoc primo loco posuit. Sermo vero cognitionis est quem habent idiotæ fideles, qui sane norunt, at cæteros docere nequeunt. « Alii autem fides. » Fidem vero dicit non quæ circa dogmata versatur, sed quæ circa signa quam petebant apostoli, dicentes : « Appone nobis fidem [28]. » Neque enim apostoli fide carebant ; sed quoniam audierant. « Si haberetis fidem sicut granum sinapis, diceretis monti huic [29], etc. ; petiverunt hanc fidem ad operandum miracula.

C

Καὶ ἄλλως. [ΘΕΟΔΩΡ.] Πίστιν ὠνόμασεν οὐ τὴν κοινὴν, ἀλλὰ τὸ ἰδικὸν χάρισμα (ἔστι γὰρ καὶ χάρισμα πίστις καλούμενον), πίστιν δὲ καὶ τὴν τῶν δογμάτων. « Χαρίσματα ἰαμάτων. » Καλεῖ μὲν χαρίσματα ἰαμάτων, τῶν χωλῶν τὸν δρόμον, τῶν ἀῤῥώστων τὴν ὑγίειαν, τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ἐνεργήματα δὲ δυνάμεων, τὴν τοῦ Ἐλύμα τυφλότητα, τὸν Ἀνανίου καὶ Σαπφείρας θάνατον, τοὺς τῷ Σατανᾷ παραδοθέντας, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. « Ἐνεργήματα δυνάμεων. » Ὁ τὸ Χάρισμα τῶν ἰαμάτων ἔχων, ἰᾶτο τοὺς ἀσθενοῦντας· ὁ δὲ τὰ ἐνεργήματα τῶν δυνάμεων, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἀσθενοῦντας, καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀπιστοῦντας καὶ διαστρέφοντας ἰσχύει. « Διακρίσεις πνευμάτων. » Τὸ εἰδέναι τίς ὁ προφήτης, καὶ τίς ὁ

D

539 *Alio modo.* Fidem nominavit non eam quæ est communis, sed eam quæ proprium est donum (siquidem etiam quoddam donum est quod fidei donum appellatur), fidem vero etiam quæ dogmatum est. « Alii vero dona sanationum. » Vocat sanationum quidem dona, claudorum cursum, infirmorum sanitatem, mortuorum resuscitationem, et quæcunque sunt hujusmodi ; operationes autem virtutum Elymæ excæcationem [30], Ananiæ et Sapphiræ mortem [31], et eos qui Satanæ traditi sunt, ut discerent non blasphemare. « Operationes virtutum. » Qui donum habebat sanationum, infirmos sanabat : qui vero operationes virtutum, et sanare infirmos et punire incredulos quique cæteros depravarent, poterat. « Discretiones spirituum. » Hoc

[28] Luc., XVII, 5. [29] ibid., 6. [30] Act. XIII, 8. [31] Act. V, 1.

est, cognoscere quis sit propheta, et quisnam falsus propheta, quis spiritualis et quis talis non sit: quandoquidem eo tempore vates quoque erant seu divinatores qui hominibus imponebant. « Genera linguarum. » Hoc opinabantur Corinthii cæteris esse præstantius, eo quod illud ante omnia accepissent apostoli. « Interpretatio linguarum. » Vel quod dum alii linguis loquerentur isti interpretabantur, vel quod una quoque loquerentur et interpretarertur, quod facere non poterant qui linguis tantum loquebantur.

A ψευδοπροφήτης, τίς ὁ πνευματικὸς, καὶ τίς ὁ μὴ τοιοῦτος. Ἐπειδὴ καὶ μάντεις ἦσαν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τοὺς ἀνθρώπους ἐξαπατῶντες. « Γένη γλωσσῶν. » Τοῦτο ἐνόμιζον οἱ Κορίνθιοι μεῖζον εἶναι πάντων, διὰ τὸ ἐν πρώτοις τοῦτο λαβεῖν τοὺς ἀποστόλους· « Ἑρμηνείαν γλωσσῶν. » Ἢ ὅτι ἑτέρων γλώσσαις λαλούντων, οὗτοι ἡρμήνευον, ἢ ὅτι καὶ μετὰ τοῦ λαλεῖν, καὶ ἡρμήνευον, ὅπερ οὐκ ἴσχυον ποιῆσαι οἱ γλώσσαις μόνον λαλοῦντες.

XII, 11, 12. « Omnia autem hæc operatur unus « idemque Spiritus, dividens peculiariter unicui- « que sicut vult. Quemadmodum enim corpus unum « est et membra habet multa, omnia autem unius « corporis membra, cum multa sint, unum sunt « corpus : sic et Christus. »

Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἓν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ ἑνὸς πολλὰ ὄντα ἓν ἐστι σῶμα, B οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς.

Propter eos qui Spiritus divinitatem impugnant animadverte. Nam illi impie asserunt Spiritum sanctum a Patre factum esse. At hinc perspicito Spiritum sanctum non esse aliquid eorum quæ fiunt, sed quæ faciunt : idque tanquam Deus ac Dominus et propria potentia. Simile quoque est quod alio loco dicit : « Spiritus ubi vult spirat. » — «Quemadmodum enim corpus unum est[31] .» Ab eo quod circa corpus accidit, per exemplum vult ostendere quod omnes unum simus, quanquam varia habeamus dona. Si ergo unum sumus, quomodo jam rationi conforme erit, ut quispiam de donorum diversitate erret aut verba faciat ? 540 « Cum multa sint, unum sunt corpus. » Cuncta etenim membra aliquid conferunt ad hoc, ut unum C ac integrum sit corpus. « Sic et Christus. » Ita, inquit, et Christus multa quidem habet membra, nempe singulos fideles, unum vero corpus, puta Ecclesiæ communionem. Ex multis enim composita, unum est corpus habens caput Christum, ut corpus.

Διὰ τοὺς πνευματομάχους σημείωσαι τὸ ῥητόν. Ἐκεῖνοι γὰρ ἀνοσίως φασὶ, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐνεργεῖσθαι παρὰ τοῦ Πατρός. Ἀλλὰ ἔνθεν ὅρα, ὅτι οὐ τῶν ἐνεργουμένων, ἀλλὰ τῶν ἐνεργούντων ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δεσποτικῶς καὶ θεϊκῶς, καὶ αὐτοδυνάμως. Ὅμοιον καὶ ἀλλαχοῦ φησι, « Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ. » — « Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἓν ἐστι. » Ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ σῶμα παραδείγματος βούλεται δεῖξαι, ὅτι πάντες ἓν ἐσμεν, εἰ καὶ διάφορα ἔχομεν χαρίσματα. Εἰ οὖν ἓν ἐσμεν, ποῦ λοιπὸν ἔχει λόγον τὸ περὶ διαφορᾶς χαρισμάτων περιφέρεσθαι καὶ λογοπραγεῖν ; « Πολλὰ ὄντα, ἓν ἐστι σῶμα. » Πάντα γὰρ τὰ μέλη συντελεῖ εἰς τὸ εἶναι ἓν καὶ ὁλόκληρον τὸ σῶμα. « Οὕτως καὶ ὁ Χριστός. » — [ΦΩΤ.] Οὕτως, φησὶν, ὁ Χριστὸς, πολλὰ μὲν ἔχει μέλη τοὺς καθ' ἕκαστον, ἓν δὲ σῶμα τὴν κοινότητα τῆς Ἐκκλησίας. Ἐκ γὰρ πολλῶν συγκειμένη, ἓν ἐστι σῶμα, κεφαλὴν ἔχουσα τὸν Χριστὸν, ὡς εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν καὶ τὸν Χριστὸν ἓν αὐτοτελὲς σῶμα.

sic Ecclesia et Christus unum et idem perfectum

XII, 13-20. » Etenim per unum Spiritum nos om- « nes in unum corpus baptizati sumus : sive Judæi, « sive Græci, sive servi, sive liberi, et omnes uno po- « culo rigati sumus in unum spiritum. Siquidem cor- « pus non est unum membrum, sed multa. Si dicat « pes : Cum non sim manus, non sum de corpore : « num idcirco non est de corpore ? Et si dicat auris : « Cum non sim oculus, non sum de corpore : num « idcirco non est de corpore ? Si totum corpus oculus, D « ubi auditus ? si totum auditus, ubi olfactus ? Nunc « autem posuit. Deus membra, unumquodque eo- « rum in corpore quemadmodum voluit. Quod si es- « sent omnia unum membrum, ubi corpus ? Nunc « autem multa quidem membra, unum vero corpus.

Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ Πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι, καὶ πάντες ἓν πόμα ἐποτίσθημεν, εἰς ἓν πνεῦμα. Καὶ γὰρ τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ πολλά. Ἐὰν εἴπῃ ὁ ποῦς, ὅτι Οὐκ εἰμὶ χεὶρ, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἐστιν ἐκ τοῦ σώματος ; Καὶ ἐὰν εἴπῃ τὸ οὖς, Οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος ; Εἰ ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμὸς, ποῦ ἡ ἀκοή ; εἰ ὅλον ἡ ἀκοὴ, ποῦ ἡ ὄσφρησις ; Νυνὶ δὲ ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι καθὼς ἠθέλησεν. Εἰ δὲ ἦν τὰ μὲν μέλη ἕν, ποῦ τὸ σῶμα ; Νῦν δὲ πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα.

'Εν ἑνί, id est, δι' ἑνός, hoc est, per unum, « Omnes in unum corpus. » Deinde subjungit etiam quid effecerit omnes esse unum corpus, nempe esse unum Spiritum, et omnes ab uno baptizatos Spiritu esse in unum corpus : hoc est, ad hoc ut

Οἷον δι' ἑνὸς, « Πάντες εἰς ἓν σῶμα. » Εἶτα ἐπάγει καὶ τὸ κατασκιάσαν πάντας ἓν σῶμα, τὸ εἶναι ἓν τὸ Πνεῦμα, καὶ πάντας ὑπὸ τοῦ ἑνὸς βεβαπτίσθαι Πνεύματος εἰς ἓν σῶμα, τουτέστιν, εἰς τὸ ποιῆσαι πάντας σῶμα ἕν. Τέως δὲ διὰ δύο τούτων παραμυ-

[31] Joan. III, 8.

θεῖται τὸν τὸ ἔλαττον ἔχοντα χάρισμα, τῷ τε εἰπεῖν ὅτι ἓν σῶμα πάντες ἐσμὲν, καὶ τῷ εἰπεῖν διὰ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος καὶ τῆς αὐτῆς κολυμβήθρας, ἓν ἡμᾶς γεγονέναι. « Ἓν πόμα ἐποτίσθημεν εἰς ἓν Πνεῦμα. » Δι' ἑνὸς, φησὶ, Πνεύματος ἐσχήκαμεν τῶν χαρισμάτων τὴν δωρεάν. « Ἐποτίσθημεν » δὲ εἶπεν, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ δένδρων, των ἐκ τῆς αὐτῆς ἀρδομένων πηγῆς. « Καὶ γὰρ τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ πολλά. » Καὶ μὴ θαυμάσῃς, φησὶν, εἰ τοσοῦτοι ὄντες ἓν σῶμά ἐσμεν, ὁπότε καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος ἀπὸ πολλῶν μελῶν, ἓν ἔστιν εὑρεῖν τὸ σῶμα. Τὰ δὲ πρὸς ἐκείνους ἁρμόδια ῥήματα ὡς ἐκ προσώπου τῶν μελῶν τέθεικε, δεῖξαι θέλων ὅτι εἰ καὶ ἔλαττόν τις ἔχει χάρισμα, οὐ παρὰ τοῦτο ἐκβέβληται τοῦ εἶναι μέλος τοῦ σώματος. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρωπίνου συγκρίματος, καὶ τὸ ἔλαττον καὶ τὸ τιμιώτερον, εἰς ἓν συντελεῖ σῶμα.

A omnes efficerent unum corpus. Interim autem per hæc duo consolatur eum qui minus habet donum : tum dicendo quod omnes unum corpus sumus, tum dicendo quod per unum Spiritum idemque lavacrum unum effecti sumus. « Uno poculo rigati sumus in unum Spiritum. » Per unum, inquit, Spiritum accepimus gratiam donorum. Dicit autem rigati sumus ab arborum metaphora quæ ex eodem fonte irrigantur. « Siquidem corpus non est unum membrum,sed multa. » Ne mireris, inquit, si tam multi unum simus corpus, quando etiam in humano corpore ex multis membris unum inveniatur constitui corpus. Posuit autem ex persona membrorum verba, quæ apprime Corinthiis essent accommoda, 841 ostendere volens quod licet quispiam minus habeat donum, non ob hoc rejectus est, ne sit corporis membrum. Siquidem in humano quoque coagmento et quod abjectius est et quod honorabilius, ad unius corporis consummationem conferunt.

« Ἐὰν εἴπῃ ὁ ποῦς. » Ἐὰν τοῦτο εἴπῃ, ὅτι « Οὐκ εἰμὶ ἐκ σώματος, » οὐ παρὰ τὸ εἰπεῖν, « Οὐκ εἰμὶ, » ἤδη ἀπέστη ἐκ τοῦ σωματος. Οὕτως οὐδὲ σὺ ἐπειδὴ τόδε ἔχεις χάρισμα καὶ οὐχὶ τόδε, ἤδη πέπαυσαι τοῦ εἶναι σῶμα ἓν σὺν τοῖς ἄλλοις. « Εἰ ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμός. » Ἐπειδὴ ὀφθαλμοῦ καὶ ποδὸς ἐμνήσθη, ἐκ δὲ τούτου ἐλύπησεν αἰνιξάμενος καὶ αὐτοὺς ἐλάττωσίν τινα ἔχειν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν μελῶν, νῦν δείκνυσιν οὕτως εἶναι συμφέρον, τὸ διάφορα εἶναι χαρίσματα. Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα διὰ τοῦτό ἐστι σῶμα, ἐπειδὴ ἐκ διαφόρων συνέστηκε μελῶν, οὕτως καὶ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι τὴν Ἐκκλησίαν, τοῦτο εἶναι ποιεῖ σῶμα, ἡ διαφορὰ τῶν χαρισμάτων καὶ διακονιῶν. « Νυνὶ δὲ ὁ Θεὸς ἔθετο. » Ὅρα κἀνταῦθα πῶς τρανότερον καὶ χωρίς τινος ἀμφιβολογίας, τὸ Πνεῦμα Θεὸν ἀνεκήρυξεν. Εἰπὼν γὰρ πρὸ βραχέος ὅτι πάντα ταῦτα τὸ πνεῦμα ἐνεργεῖ, νῦν πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν λέγων φησίν· « Ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη ἓν ἕκαστον αὐτῶν καθὼς ἠθέλησεν. » Μέλη γὰρ, τοὺς τὰ χαρίσματα τὰ διάφορα παρὰ τοῦ πνεύματος εἰληφότας ὠνόμασε· κἀκεῖ μὲν ἔλεγεν, « Ἐνεργεῖ διαιροῦν ἑκάστῳ καθὼς βούλεται· » ὧδε δὲ, « Ἔθετο ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι καθὼς ἠθέλησεν. » Εἰ οὖν ὅ Θεὸς οὕτως ἠθέλησεν, ἄτοπον τὸ ἀδημονεῖν ἐφ' οἷς ὁ Θεὸς ἠθέλησε. Τὸ δὲ, « Καθὼς ἠθέλησεν, » ἄνω περὶ τοῦ Πνεύματος εἶπεν, « Ἐν ἑνὶ Πνεύματι ἡμεῖς πάντες. » Καὶ, « Πάντες ἓν πόμα ἐποτίσθημεν εἰς ἓν Πνεῦμα. » Καὶ ἐπειδὴ εἷς ἓν Πνεῦμα πάντες, καὶ τοῦ Πνεύματος τὸ θέλημα. καὶ Θεὸς τὸ Πνεῦμα. Ἦ καὶ περὶ ὅλης τῆς ἁγίας Τριάδος νοήτεις. Οὐ γὰρ ἐστι διαφορὰ τῆς ὁμοουσίου καὶ πανυμνήτου Τριάδος. Εἰ δὲ ἦν τὰ πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα; Αὐτὸ τὸ ποιοῦν ἐκείνοις πρόφασιν μικροψυχίας, τὸ εἶναι διάφορα τὰ χαρίσματα, αὐτὸς εἰς πρόφασιν ἑνώσεως λαμβάνει. Εἰ γὰρ μὴ εἴχετε, φησὶ, διάφορα χαρίσματα, οὐδὲ σῶμα ἦτε. Σῶμα

B « Si dicat pes. » Si hoc dicat : « Non sum de corpore, » non propter illud dicere, « Num sum, » jam abest a corpore : sic neque tu eo quod hoc habeas donum et non illud,jam desinis cum cæteris unum efficere corpus. « Si totum corpus oculus » Quandoquidem oculi ac pedis meminit, et ex hoc mœrore eos affecit,innuens ipsos quodammodo inferiores esse, quemadmodum et in membris : ostendit nunc ita expedire, ut varia sint dona. Sicut enim corpus ideo est corpus, quia ex variis constituitur membris : ita et corpus Christi, id est, Ecclesiam, hoc facit esse corpus, nempe C diversitas donorum ac mysteriorum. « Nunc autem posuit Deus. » Considera et hic quomodo aperte et sine ulla ambiguitate Spiritum prædicaverit esse Deum. Cum enim paulo ante dixisset quod omnia hæc Spiritus operetur, nunc rursum de eisdem loquens, ait : « Posuit Deus membra,unum quodque eorum sicut voluit ; » membra namque appellavit eos qui varia dona a Spiritu acceperant. Et ibi quidem dicebat:Operatur dividens unicuique sicut vult [32] ; » hic autem : « Posuit unumquodque eorum in corpore quemadmodum voluit. » Si ergo ita Deus voluit, absurdum est graviter anxiari, ob ea quæ Deus ita fieri voluit. Quod autem ait : « Quemadmodum voluit, » superius de Spiritu dixit : « Per unum Spiritum nos omnes. » Et : « Omnes uno poculo rigati sumus in unum Spiritum. » D Et quoniam in unum Spiritum omnes, et ipsius Spiritus est voluntas, utique Spiritus est Deus. Aut etiam de tota sancta Triade intelliges. Neque enim est diversitas in semper laudanda ejusdem essentiæ Triade. Quod si essent omnia unum membrum,ubi corpus ? Hoc ipsum quod illis occasio erat pusillanimitatis, nempe varia esse dona, ipse ad occasionem assumit unitatis. Nam si non haberetis, inquit, varia dona, ne corpus quidem

[32] I Cor. xii, 11.

essetis : quod si corpus non essetis, neque honore æquales essetis. Nam honoris æqualitas ac unio ex unitate corporis procedunt.

542 XII, 21-23. *Non potest autem oculus dicere manui, Non est mihi opus te : aut rursum caput pedibus : Non est mihi opus vobis. Imo multo potius quæ videntur membra corporis imbecilliora esse, necessaria sunt : et quæ opinamur minus honesta esse corporis, his honorem uberiorem apponimus : et indecora nostri copiosiorem decorem habent. Quæ autem decora sunt nostri, non indigent.*

Quod si etiam velit dicere : Non est mihi opus te, non ita se habet rei natura. Ubi autem superius suasisset, ne graviter ferrent qui minora haberent dona, ad modestiam nunc revocat fastum eorum qui majora habebant. Quemadmodum enim oculus dicere non potest cæteris membris : « Non est mihi opus vobis : » nam si unum desit, totum claudicat corpus. Ita neque qui majora acceperunt dona, possunt extolli adversus eos qui minora habent, quasi eis non utantur. Unius enim abjectio claudicare facit corpus Ecclesiæ, cum non soli illi sufficiant ad eam ædificandam qui majora habent dona. « Imo multo potius. » Nunc ostendere vult quod fortassis magis necessarii sint qui ea acceperunt dona quæ minora videntur. Bene autem dixit : « Quæ videntur, » ostendens in sola opinione esse inferioritatem, et nequaquam in veritate. « Quæ videntur membra corporis imbecilliora esse. » Quidam aiunt hoc dixisse eum de oculis, qui imbecilles quidem sunt si ad cætera conferas membra, magnum tamen aliquid conferunt corpori, et si imbecilles esse videantur. Itaque si imbecilles vos judicatis, ne ægre feratis, necessarii estis. Quod autem neque vos imbecilles sitis, sed illis potius qui magnam habent sui existimationem, hinc manifestum est, inquit. Quæ arbitramur minus honesta esse corporis, majori dignamur providentia et auxilio, etc. « Et quæ opinamur minus honesta esse. » Ubique adjungit « Opinamur, » ostendens humanam hanc esse opinionem. Quod autem ait ἀτιμότερα, id est, minus honesta sive indigniora, quidam ipsum de pedibus dixisse aiunt, qui locum quidem inferiorem sumpserunt, foventur tamen, illisque plus interdum a nobis providetur quam cæteris membris. In his enim firmatur totum corpus. Aut hoc de genitalibus membris accipito, quæ videntur quidem indecora esse et inhonesta : **543** attamen malit quis totum corpus nudum habere quam hæc. Ideo subjungit : His honorem uberiorem opponimus, et copiosiorem decorem habent.

— Licebit autem id proprius hoc etiam modo intelligere. Non contingit vobis, inquit, ex hoc inferiores esse quod minus donum sortiti sitis : neque enim omnino si quis majus sortitus sit donum, jam etiam major est, quoniam multi quoque eorum qui acceperunt, inferiores iis sunt qui nihil om-

δὲ μὴ ὄντες, οὐδὲ ἰσότιμοι ἂν ἦτε. Ἡ γὰρ ἰσοτιμία καὶ ἕνωσις, ἐκ τοῦ εἶναι ἓν σῶμά ἐστιν.

Οὐ δύναται δὲ ὁ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρὶ, χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσὶ, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω. Ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν, ἀναγκαῖά ἐστι, καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος, τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν. Καὶ τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν, εὐσχημοσύνην περισσοτέραν ἔχει. Τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν οὐ χρείαν ἔχει.

Κἂν γὰρ θέλῃ εἰπεῖν, « Χρείαν σου οὐκ ἔχω, » οὐχ οὕτως ἔχει φύσεως τὸ πρᾶγμα. Πείσας δὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν μὴ ἀθυμεῖν τοὺς τὸ ἐλάττονα ἔχοντας χαρίσματα, νῦν καταστέλλει τὸ φρόνημα τῶν τὰ μείζονα ἐχόντων. Ὥσπερ γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς οὐ δύναται λέγειν τοῖς λοιποῖς μέλεσι, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω » (ἑνὸς γὰρ ἐνδέοντος, ἅπαν χωλεύει τὸ σῶμα)· οὕτως οὐδὲ οἱ τὰ μείζονα εἰληφότες χαρίσματα, δύνανται ἐπαίρεσθαι κατὰ τῶν τὰ ἐλάττονα ἐχόντων, ὡς οὐ χρῄζοντες αὐτῶν. Ἑνὸς γὰρ ἀποβολὴ, χωλεύειν ποιεῖ τὸ πλήρωμα τῆς Ἐκκλησίας, οὐκ αὐτάρκων ὄντων τῶν τὰ μείζονα ἐχόντων χαρίσματα μόνων, οἰκοδομεῖν αὐτήν. « Ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον. » Νῦν δεῖξαι θέλει ὅτι καὶ χρειωδέστεροι τάχα εἰσὶν οἱ τὰ δοκοῦντα ἐλάττονα τῶν χαρισμάτων εἰληφότες. Καλῶς δὲ εἶπε, « Τὰ δοκοῦντα, » δεικνὺς ἐν δοκήσει μόνῃ τὴν ἐλαττωσιν εἶναι, οὐ μὴν ἐν ἀληθείᾳ. « Τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν. » Φασί τινες περὶ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτὸν τοῦτο εἰρηκέναι, οἳ ἀσθενεῖς μέν εἰσιν ὡς πρὸς τὰ λοιπὰ μέλη, μέγα δέ τι συντελοῦσι τῷ σώματι, εἰ καὶ δοκοῦσιν ἀσθενεῖς εἶναι. Ὥστε εἰ ἀσθενεῖς οἴεσθε ἑαυτοὺς, μὴ ἀθυμεῖτε. Ἀναγκαῖοί ἐστε. Ὅτι δὲ οὐδὲ ἀσθενεῖς ὑμεῖς, ἀλλ' ἐκεῖνοι μᾶλλον οἷς ἡ οἴησις, δῆλον ἐντεῦθεν, φησίν. Ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος, πλέον ἀξιοῦμεν προνοίας καὶ βοηθείας, καὶ ἐξῆς. « Καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι. » Πανταχοῦ τὸ, « Δοκοῦμεν, » ἐπιλέγει, δεικνὺς ἀνθρωπίνων ταύτην τὴν οἴησιν. Τὸ δὲ, ἀτιμότερα, τινές φασιν αὐτὸν περὶ τῶν ποδῶν εἰρηκέναι, οἳ τὴν μὲν κάτω χώραν εἰλήφασι, θάλπονται δὲ καὶ προνοοῦνται παρ' ἡμῶν, πλέον σχεδὸν τῶν λοιπῶν μελῶν. Ἐπ' αὐτῶν γὰρ ἑστήρικται ἅπαν τὸ σῶμα, ἢ γοῦν τοῦτο λάβε, περὶ τῶν γεννητικῶν μορίων, ἃ δοκεῖ μὲν ἄσχημα εἶναι καὶ ἄτιμα, πλὴν ἕλοιτ' ἄν τις ὅλον ἔχειν τὸ σῶμα γυμνὸν, ἢ ταῦτα· Διὸ ἐπάγει, « Τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν, καὶ εὐσχημοσύνην περισσοτέραν ἔχει.

— [ΦΩΤ.] Ἔστι δὲ τοῦτο οἰκειότερον καὶ οὕτως ἐκλαβεῖν· Οὐ συμβαίνει ὑμῖν ἐλάττους εἶναι, φησὶν, ἐκ τοῦ δοκεῖν ἐλάττονος χαρίσματος τυχεῖν. Οὐ πάντως γὰρ εἴ τις ἔτυχε μείζονος χαρίσματος, ἤδη καὶ μείζων. Ἐπεὶ καὶ πολλοὶ τῶν εἰληφότων, τῶν μηδ' ὅλως εἰληφότων ἐλάττους εἰσί. Καὶ τί λέγω ἐλάττους ;

ἀλλὰ καὶ ἄθλιοι παντελῶς, ὡς ἐκεῖνοι οἱ λέγοντες, « Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι τάδε καὶ τάδε ἐποιήσαμεν ; » Οἷς ἀπεῖπεν ὁ Δεσπότης, μήτε εἰδέναι αὐτοὺς ποτε. Οὐ γὰρ καλῶς ἐχρήσαντο τῷ χαρίσματι, ἀλλὰ καὶ ἀποχωρεῖν κατὰ κεφαλὴν ἐπέτατταν, οἷος ἦν καὶ ὁ μὴ ἀκολουθῶν τῷ Χριστῷ καὶ σημεῖα ποιῶν, οἷος αὐτὸς ὁ Ἰούδας. Αὐτὸς δὲ ταῦτα μὲν τέως οὐ καταλέγει, ἀπὸ τῶν σωματικῶς δ' εἰρημένων αὐτῷ, κατασκευάζει καὶ τοῦτο, ὅτι ἀνάγκη μείζους νομίζειν τοὺς λογιζομένους μείζον εἰληφέναι χάρισμα, τούναντίον δ' ἔσθ' ὅτε καὶ ἐλάττους. Φησὶ γὰρ ὅτι τοῖς ἀσχήμοσιν ἡμῶν εὐσχημοσύνην περισσοτέραν περιτιθέαμεν, καὶ τοῖς ἀτιμοτέροις, τιμὴν περισσοτέραν. Μὴ ἄρα διὰ τοῦτο καὶ τιμιώτερα καὶ εὐσχημονέστερα τῶν τιμιωτέρων καὶ εὐσχημονεστέρων εἰσίν ; Οὕτω, φησὶ, καὶ ὁ Θεὸς ἐνίοτε ὑστεροῦντι πλεῖον διδωσι χάρισμα, τῷ δὲ αὐτάρκως καὶ ἱκανῶς ἔχοντι ῥυθμίσαι ἑαυτὸν, ἔλαττον. Μὴ οὖν ὑμῖν ἀθυμητέον, ἔλαττον δοκοῦσιν ἔχειν χάρισμα, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τὰ εὐσχημονέστερα καὶ τιμιώτερα ἡμῶν μέλη, ἅτε οὐ πολλῆς ἔχοντα χρείαν εὐσχημοσύνης, ἐφ' ἧς εἰσι κοσμιότητος καὶ σεμνότητος μένειν ἐῶντες, τοῖς ἀτιμονέροις καὶ ἀσχημονεστέροις τιμὴν καὶ εὐσχημοσόνην περιτιθέαμεν. Ὥστε ἐκ τοῦ ἔλαττον λαβεῖν μᾶλλον ἔστιν εὐθυμεῖν καὶ εὐχαριστεῖν, ὅτι οὕτως κατ' ἀρχὰς ἔπλασεν ὁ πάντα σοφῶς καὶ ἀκατακλήπτως Θεὸς ἡμῶν ποιῶν, ὥστε ἐλαττόνων δεῖσθαι εἰς αὐτάρκειαν καὶ τελείωσιν. Ταῦτα δέ φησι, τούς τε ἔλαττον δοκοῦντας ἔχειν ἐπὶ τῇ ἀθυμίᾳ παρακαλῶν, καὶ τοὺς πλέον λαβεῖν οἰομένους, τῆς οἰήσεως κατασπῶν. Τί φυσᾷς ἑαυτὸν, πλέον ἔχειν δοκῶν ; ἀσθενείας σου τοῦτο μαρτυριόν ἐστιν, ὅτι πλειόνων ἐδεήθης· Τί καταπίπτεις, ἔλαττον ἔχειν δοκῶν ; ἰσχύος σου τοῦτο τεκμήριον, ὅτι ἐλαττόνων σε δεηθέντα παρέδειξεν ὁ Θεός. Καὶ σκόπει πῶς ἤρξατο μὲν καταβραχὺ πρὸς τὴν χρείαν εἰσάγειν αὐτοὺς, κἂν ἀνίσων ἐδόκουν τῶν χαρισμάτων τυχεῖν. Ἔπειτα δὲ καὶ πλέον ἐπῆρε τοὺς ἐλαττοῦσθαι δοκοῦντας. Μᾶλλον γὰρ οἱ ἀθυμοῦντες δέονται παραψυχῆς, ἢ οἱ ἀλαζονευόμενοι φειδοῦς καὶ ἐπιεικοῦς ἐπιτιμήσεως. Εἶτα ταῦτα εἰπὼν, συμβιβάζει αὐτοὺς εἰς τὴν ὁμοτιμίαν καὶ ὁμόνοιαν, « Ἵνα μὴ ᾖ, φησὶ, σχίσμα ἐν τῷ σώματι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπερ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη, » καὶ ἑξῆς. « Τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν. » Ἵνα μή τις εἴπῃ, Καὶ ποῖος οὗτος λόγος προνοῶν τῶν ἀσχημόνων κἀι ἀτίμων, καταφρονεῖν δὲ τῶν εὐσχημόνων ; Οὐ καταφρονοῦμεν, φησὶν, ἀλλ' οὐδενὸς τῶν ἐξ ἡμῶν δέονται, ὡς φύσει τὸ εὔσχημον ἔχοντα, παραμυθούμενος πάλιν διὰ τούτου, τοὺς ἔχοντας τὰ μείζω χαρίσματα.

nino acceperunt. Et quid dico inferiores ? Imo etiam penitus miseri : sicut illi qui dicebant : « Domine, nonne per nomen tuum hæc et illa faciemus ?» quibus respondit Dominus quod ne novisset quidem illos unquam [32]. Neque enim bene usi fuerant dono ; ideo etiam eodem capite discedere ipsos a se jussit. Qualis et ille erat qui Christum non sequebatur et signa edebat [33], qualis erat et ipse Judas. Ipse tamen hæc interim non recenset, sed ab his quæ corporalium more ab ipso dicta sunt, hoc etiam confirmat, quod non oporteat illos ducere majores qui majus accepisse donum existimantur : nec similiter e diverso, minores. Ait enim, his qui indecora sunt nostri copiosiorem addimus decorum, et his quæ minus honesta sunt, uberiorem honorem. Nunquid ob id honestiora sunt magisque decora, his quæ a natura sunt honestiora et magis decora ? Ita, inquit, et Deus interdum ei qui egens est majus tribuit donum, ei vero qui sibi sufficiens est, et abunde habet quo seipsum dirigat, minus. Non ergo vobis ægre fereddum est si minus donum habere videmini : quoniam nos ipsi quoque ea quæ magis decora nostri membra videntur, tanquam non multo decore egentia, in ornatu et decore quem habent manere sinentes, minus honestis minusque decoris addimus honorem ac decorem. Ex eo itaque quod minus accepit quispiam, magis forti potest esse animo ac gratias agere, quod hoc modo Deus noster ab initio eum creavit (qui cuncta sapienter et absque ullo defectu facit) quod paucioribus egeret ad sui sufficientiam et perfectionem. Hæc autem dicit, et eos qui minus habere videbantur, a mœrore consolando, et eos qui amplius accepisse videbantur, a fastu retrahendo. Ut quid teipsum inflas qui amplius accepisse videris ? Imbecillitatis tuæ testimonium, nempe quod pluribus egebas Ut quid animo dejiceris qui minus habere videris ? 544 atqui fortitudinis tuæ hoc argumentum est, nempe quod paucioribus te egere ostendit Deus. Et considera quomodo sensim cœpit eos ob necessitatem æquales ostendere, quanquam inæqualia videbantur assecuti bona. Deinde vero illos adhuc amplius extulit qui videbantur inferiores esse. Afflictis enim ac mœrentibus magis opus est consolatione, quam arrogantibus tenui ac moderata increpatione. Deinde his dictis rursus eos confirmat ad honoris paritatem et concordiam : Ne sit, inquit, dissidium in corpore, sed eamdem sollicitudinem pro se invicem gerant membra. etc. « Quæ autem decora sunt nostri. » Ne quis dicat : Et quisnam hic sermo est, ut quis curam gerat eorum quæ indecora sunt minusque honesta, ea vero contemnat quæ decora sunt ? Non contemnimus, inquit, sed illa non egent ulla re nostra, utpote naturalem habentia decorem : per hoc rursum eos consolando qui minora habebant dona.

Ἀλλ' ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμὴν, ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλή-

XII, 24-26. « Sed Deus simul temperavit corpus : « ei cui deerat copiosiorem dans honorem : ne sit « dissidium in corpore, sed eamdem sollicitudinem

[32] Matth. VII, 22. [33] Marc. IX, 37.

« pro se invicem gerant membra; et sive patitur « unum membrum, simul patiuntur omnia mem- « bra : sive glorificatur unum membrum, simul « gaudent omnia membra. »

Si simul temperavit, ergo et unum fecit: quod enim temperatur ac commiscetur, unum efficitur. « Cui deerat. » Vide quod jam non dixerit : Minus honesto, aut, Indecoro, sed, « Ei cui deerat, » ostendens quod non natura sint decora aut indecora,sive honesta aut inhonesta. « Copiosiorem dans honorem. » De corpore poterit quis hoc intelligere, at de hominibus quomodo hoc inveniri poterit,ut de minus honestis ac imbecillibus major habeatur cura ac providentia? Et dicimus quod imbecilliorum curam magis suscipere videtur Deus. Idque videas in latrone qui ante apostolos paradisum ingressus est [34], et ove ex numero centenario perdita, quæ etiam inventa super humeros reportata est [35], et operarios qui hora undecima venerant, primique mercedem referunt [36] : eo quod Deus imbecilles magis ferat eisque condescendat. Ideo etiam dicit : « Copiosiorem dans honorem, » ut per hoc illos consoletur qui minus hacent donum.

« Ne sit dissidium in corpore. » 545 Siquidem non dissidere aut dividi est omnino corpus esse, quod si dividatur, jam totum periit. Hoc autem dicit terreas eos qui magna habebant dona, et ad modestiam revocans, quod discessio ac separatio ab his qui inferiores erant in donis, illos quoque perdat,sitque periculum, ne deinceps desinant esse corpus Christi. Itaque providendum est, inquit, habendaque sollicitudo uni de alio : Per unionem enim habemus esse. « Et sive patitur unum membrum. » Si enim membra exacte unita esse oportet,mutuamque suscipere curam, perspicuum est quod ea quæ contingunt etiam communia esse debent,sive afflictiones sint sive laudes. Abruptio enim, sive detractio minorum, tibi etiam qui majores perditionem affert,quemadmodum et oculis amputatus pes,aut inferior pars corporis quæ præstantior videtur. « Sive glorificatur unum membrum. » Coronatur caput, et universis membris gloria et gaudium accedit.

B hoc ostendit quod non sit magna linguarum utilitas : siquidem nullum audientium ædificat : Deo enim loquitur non hominibus : quoniam nullas intelligit quæ dicuntur, et hoc est quod subdit : « Nullus enim audit. » Deinde ne omnino inutiles eos ostendat, subjungit ; « Spiritu vero loquitur mysteria. » Hoc est, vel suo spiritu tanquam apud proprium animum sermocinatur, vel Spiritu sancto, hoc est, per Spiritum sanctum loquitur. Sed quanquam per Spiritum loquatur, tanto minus donum est quam prophetia, quanto minor est utilitas. « Qui autem prophetat. » At communi utilitate ostendit meliorem esse prophetiam. Nam homines, inquit, ædificat, et ad fidem adhortatur, et propter futuras afflictiones consolatur. « Qui loquitur lingua seipsum ædificat. » De his loquitur qui no-

C verunt quidem ea quæ loquuntur, sed aliis interpretari non norunt. « Qui vero prophetat, Ecclesiam ædificat. » Quantum ergo discrimen est ejus quod est uni afferre utilitatem, ab eo quod est Ecclesiæ illam afferre, tantum discrimen est linguarum a prophetia.

XIV, 5-7. « Volo autem omnes vos loqui linguis, « magis tamen ut prophetetis. Nam major est qui « prophetat quam qui loquitur linguis, nisi inter- « pretetur, ut Ecclesia œdificationem accipiat. Nunc « autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens, « quid vobis prodero : nisi vobis loquar aut per re- « velationem, aut per scientiam, aut per prophetiam, « aut per doctrinam ? Quin et inanima sonum red- « dentia, sive tibia, sive cithara, nisi distinctionem « sonis dederint, quomodo cognoscetur quod tibia

D « canitur aut cithara ? »

Deinde quia multi apud ipsos linguis loquebantur, ne existimetur invidia parvifacere linguas, ait : « Volo autem omnes loqui linguis, » non unum aut duos, « sed magis vos prophetare volo, « **555** quoniam major est is qui prophetat, eo quod afferat utilitatem multis. « Nisi interpretetur. » Quoniam ostendit majorem esse prophetam, subjungit : « Nisi interpretetur ; » hoc est, major est propheta, nisi ille et linguis loquatur et interpretetur quæ dicit : nam talis æqualis est prophetæ. Similiter enim communem affert Ecclesiæ utilitatem. « Nunc autem, fratres, si venero ad vos. »

— Nunc autem volo, inquit, in mea persona, ne vobis grave sit hæc effigurare, et ostendere quantum desit ad perfectionem si quis tantum linguatur. « Nam si venero, inquit, ad vos linguis loquens, » etc. Cumque prius in se effiguraverit, deinceps procedendo, eniam hæc in illis ipsis ostendit. Sed et ibi cum asperius aliquid dicturus est, in seipsum hoc recipit; ut dum ait: « Ero ei qui loquitur barbarus, et si quid est simile. « Si veniam ad vos linguis loquens. » Volens in propria persona ostendere indigentiam et abjectionem linguarum, ait: « Etiam si detur me loqui linguis, nihil tamen ex hoc vobis prodero. » Nisi enim loquar vobis per revelationem sive manifestatienem, hoc est aliqua manifesta clara et intellecta. Aut per scientiam sive cognitionem, hoc est, ut cognoscatis quæ dico: « Aut per prophetiam. » Nam hanc intelligebant, cum modo communi loquendi exprimeretur: Aut per doctrinam. Qui enim docet, studium adhibet ut qui discunt intelligant quæ dicuntur: non ero, inquit, aliter vobis utilis. « Aut per revelationem. » Genera ponit donorum quæ in sermone sunt: Hæc autem sunt linguas interpretari, et quæ ab illis dicantur revelare sive manifestare: aut simul utrumque, et linguis loqui et explanare, quod etiam vocat scientiam, quia loquitur, et tanquam sciens interpretatur quod dicit: « Aut prophetare; » hoc autem manifestum est quid significet: « Aut docere. » Aliud est hoc donum ab his quæ dicta sunt. Ait ergo: Si venero habens quidem donum loquendi linguis, non habens tamen aliquod prædictorum quatuor donorum, quæ vobis erit utilitas? « Quin et inanima sonum reddentia. » Et quid, inquit, dico in vobis, puta utile esse illud quod intelligitur, inutile vero quod non intelligitur? Etenim in inanimis quoque instrumentis hoc licebit invenire. Siquidem nec in cythara aut tibiis confuse efferre oportet quæ dicuntur: alioqui nullo modo quemquam delectarent. **556** Si ergo in his pusillis magnum est ipsa claritas et manifestatio, quanto magis in spiritualibus? Oportet enim ordinatim et articulatim pulsare organa, quod differentiam et cantus immutationem.

XIV, 8-11. « Etenim si incertum sonum tuba dederit, quis apparabitur ad bellum? Sic et vos nisi per « linguam manifestum sermonem dederitis, quomodo intelligitur quod dicitur? Eritis enim in « aera loquentes. Tam multa, si res ferat, genera sonorum sunt in mundo, et nullum horum aphonum. « Si igitur nesciero vim vocis, ero ei qui loquitur « barbarus: et qui loquitur, etc.

Ab exemplis ostendit quæ potentia sit et utilitas manifestationis, et ait: Non solum tibiæ et cythara, sed et tuba si incertum dent sonum, nemo erit qui ad bellum præparetur (nam ponitur, « Quis, » pro, « Nullus, ») cum videlicet ignoretur quid tuba canatur. Deinde, ne dicant, Et quid ad nos hæc exempla? subjungit: Sic et vos nisi manifestum et

πρὸς ὑμᾶς. » — [ΦΩΤ.] Νυνὶ δὲ, φησὶ, βούλομαι ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ προσώπου, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι ὑμῖν φορτικὸν, ταῦτα σχηματισαι, καὶ δεῖξαι ὅσον λείπει εἰς τελείωσιν, τῷ γλώσσαις μόνον λαλεῖν. « Ἐὰν γὰρ, φησὶν, ἔλθω πρὸς ὑμᾶς γλώσσαις λαλῶν, » καὶ ἐξῆς. Ὑστερον δὲ ἐπὶ οἰκείου σχηματισας, λοιπὸν προϊὼν καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων ταῦτα γυμνάζει. Ἀλλὰ κἀκεῖ ἔνθα τραχύτερόν τι μέλλει λέγειν, εἰς ἑαυτὸν τοῦτο ἀναδέχεται, ὡς τὸ, « Ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, » καὶ εἴ τι ὅμοιον. « Ἐὰν ἔλθω πρὸς ὑμᾶς γλώσσαις λαλῶν. » Ἐπὶ τοῦ οἰκείου προσώπου δεῖξαι θέλων τὸ τῶν γλωσσῶν ὑποδεὲς, φησίν· « Ὑποθώμεθα ἐμὲ αὐτὸν εἶναι τὸν γλώσσαις λαλοῦντα, ἀλλ' οὐδὲν ὑμᾶς ἐκ τούτου ὠφελήσω. » Ἐὰν γὰρ μὴ λαλήσω ὑμῖν, φησὶν, ἐν ἀποκαλύψει, τουτέστιν εὐσύνοπτά τινα καὶ σαφῆ καὶ νοούμενα, « Ἢ ἐν γνώσει, » τουτέστιν, ἵνα γινώσκητε ἅ λέγω, « ἢ ἐν προφητείᾳ » (ταύτην γὰρ ἐνόουν κατὰ τὴν κοινὴν ὁμιλίαν λαλουμένην), « ἢ ἐν διδαχῇ » (καὶ γὰρ ὁ διδάσκων σπουδάζει νοεῖν τοὺς διδασκομένους τὰ λεγόμενα), οὐκ ἔσομαι, φησὶν, ὑμῖν ἐπωφελής. « Ἢ ἐν ἀποκαλύψει. » Τὰ εἴδη λέγει τῶν ἐν λόγῳ χαρισμάτων. Ταῦτα δέ ἐστι, γλώσσας ἑρμηνεύειν, καὶ τὰ λαλούμενα παρ' αὐτῶν ἀποκαλύπτειν, ἢ συνάμφω, καὶ γλώσσαις λαλεῖν καὶ ἀποκαλύπτειν, ὅ καὶ γνῶσιν καλεῖ, ὅτι λαλεῖ καὶ ἑρμηνεύει ὡς εἰδὼς ὅ λέγει. « Ἢ προφητεύειν » (τοῦτο δὲ δῆλον τί ἐστιν)· « Ἢ διδάσκειν. » Ἕτερον τοῦτο χάρισμα παρὰ τὰ εἰρημένα. Φησὶν οὖν. Ἐὰν ἔλθω ἔχων μὲν τὸ χάρισμα τοῦ γλώσσαις λαλεῖν, μὴ ἔχων δέ τι ἄλλο χάρισμα τῶν εἰρημένων τεσσάρων, τί ἔσται ὑμῖν ὄφελος; « Ὅμως τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόντα. » Καὶ τί, φησὶ, λέγω ὅτι ἐφ' ἡμῶν, τὸ μὲν νοούμενον ὠφέλιμον, τὸ δὲ μὴ νοούμενον ἀκερδές; Καὶ γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἀψύχοις ὀργάνοις τοῦτό τις εὕροι. Καὶ ἐπὶ κιθάρας γὰρ καὶ αὐλοῦ, μὴ συγχεῖσθαι χρὴ τὰ λεγόμενα. Ἐπεὶ οὐκ ἄν ποτέ τινα ψυχαγωγήσειεν. Εἰ οὖν ἐπὶ τῶν μικρῶν μέγα ἡ σαφήνεια, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τῶν πνευματικῶν; Κατὰ τάξιν γὰρ χρὴ κροτεῖσθαι τὰ ὄργανα, καὶ ἐνάρθρως, ὅπερ λέγει διαστολὴν, ἤγουν παραλλαγὴν καὶ ἐναλλαγὴν μέλους.

Καὶ γὰρ ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ, τίς παρασκευασεται εἰς πόλεμον; οὕτως καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς γλώσσης ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῶτε, πῶς γνωσθήσεται τὸ λαλούμενον; Ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες. Τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον. Ἐὰν οὖν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, καὶ ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ βάρβαρος, οὕτως καὶ ὑμεῖς.

Ἐκ τῶν παραδειγμάτων δείκνυσι τίς ἡ δύναμις καὶ ἡ ὠφέλεια τῆς σαφηνείας, καί φησιν· Οὐ μόνον αὐλὸς καὶ κιθάρα, ἀλλὰ καὶ σάλπιγξ ἐὰν δῷ φωνὴν ἄδηλον, οὐδεὶς ἔσται ὁ εἰς πόλεμον παρασκευαζόμενος (τὸ γὰρ, « Τίς, » ἀντὶ τοῦ, οὐδεὶς, » κεῖται), ἀγνοουμένου δηλαδὴ τοῦ σαλπισθέντος. Εἶτα, ἵνα μὴ λέγωσι, Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς ταῦτα τὰ παραδείγματα;

significat διαστολήν, id est, distinctionem sive dif-

ἐπάγει· Οὕτως καὶ ὑμεῖς, εἰ μὴ σαφῆ καὶ νοούμενον εὔπητε λόγον, ἔσεσθε, φησὶν, εἰς ἀέρα λαλοῦντες, τουτέστιν, εἰκῇ καὶ μάτην καὶ ἀνωφελῶς. Καὶ εἰ ἀνωφελές ἐστι τὸ τῶν γλωσσῶν διατί ἐν εἴδει χαρισματος ταύτας ἐλάμβανον ; Ἵνα ὁ ἔχων καὶ λαλῶν, ὠφελῆται μόνος. Εἰ δὲ μέλλοι καὶ ἑτέροις εἶναι χρήσιμος, ἑρμηνείας χρεία, ἣν ἐλάμβανον οἱ μᾶλλον κεκαθαρμένοι.. Κατὰ τὴν ἀναλογίαν γὰρ τῆς πίστεως καὶ τῆς καθάρσεως, ἐδίδοντο καὶ τὰ χαρίσματα. « Τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη φωνῶν. » Τοσαῦτα, τουτέστι, πολλὰ, φησὶ, καθὼς ἔτυχεν ὄντα γένη φωνῶν ἔστιν ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων, οἷον, ἀνθρώπων, ζώων πτηνῶν. Καὶ ἀψύχων ὀργάνων, οἷον λύρας μουσικῆς, ναύλης, καὶ ἑτέρων. Ἀλλ' οὐδὲ ἐξ ἑνὸς τούτων, φησὶν ὠφεληθείη τις, εἰ μὴ εἰδείη τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς. Τοιγαροῦν οὐδὲ ἐκ τῶν ὑμετέρων γλωσσῶν ὠφέλειά τις εἰς ἄλλους διαβήσεται, εἰ μὴ εἰδείη τὴν δύναμιν τοῦ λαλουμένου. Ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν διερμηνεύῃς λαλῶν γλώσσαις. Διερμηνεύσῃ δὲ, εἰ πλεῖον ἅληπτον βίον καὶ πίστιν θερμὴν πεπυρωμένην κτήσῃ. — [ΦΩΤ.] Τὸ, « Τοσαῦτα γένη φωνῶν, » καὶ ἑξῆς, δῖχῶς ἔστι. Καὶ τούτων τῶν γενῶν οὐδέν ἐστιν ἄφωνον, ἐκλαβεῖν· ἢ ὅτι πολλά ἐστι γένη φωνῶν, ἀλλ' οὐδεμία τοῖς ὁμογενέσιν αὐτῶν ἐστιν ἄσημος καὶ ἀνεπίγνωστος.

Τό γὰρ ἄφωνον, τὰ δύο ἔστι σημαῖνον εὑρεῖν, καὶ τὸ παντελῶς ἄφωνον, καὶ τὸ ἄσημον μόνον καὶ ἀδιάγνωστον. Εἰ μὲν οὖν, ὡς προείρηται, ἐκληψόμεθα, εἴη ἂν τοιοῦτος ὁ ἀποστολικὸς νοῦς· Πολλά ἐστι γένη φωνῶν, καὶ τούτων τῶν γενῶν, οὐδέν ἐστιν ἄφωνον. Ἀλλὰ τί κερδαίνομεν ἡμεῖς ἐκ τῶν φωνῶν ἐκείνων, μὴδὲν αὐτῶν συνιέντες ; Ἐὰν γὰρ μὴ εἰδῶ τί σημαίνει ἡ φωνὴ, ἔσομαι ἐγώ τε ἐκείνῳ, καὶ ἐκεῖνος ἐμοὶ βάρβαρος. Εἰ δὲ, ὡς ὕστερον ἐρρήθη, ἐκληψόμεθα, καὶ ὁ νοῦς τοιοῦτος· Πολλὰ γένη ἐστὶ φωνῶν ἐν κόσμῳ καὶ οὐδὲν τούτων ἐστὶ τοῖς ὁμογενέσιν ἄσημον καὶ ἀνεπίγνωστον. Πῶς οὖν ὑμεῖς εἰς ἀέρα λαλοῦντες, καὶ ἄσημα τοῖς ὁμογενέσι φθεγγόμενοι, ὡς μέγα τι κατωρθωκότες ἐπαίρεσθε ; ἀλλ' οὐχὶ σπουδάζετε μᾶλλον καὶ ἐπιμελεῖσθε, ἵνα καὶ τὸ διερμήνευειν τὰς γλώσσας προσλαβόντες, εἰς κοινὴν ὠφέλειαν χρήσησθε τῷ χαρίσματι ; Ὁ γὰρ δὴ μόνον γλώσσαις λαλῶν, ἀσήμου καὶ ἀνεπιγνώστου τῆς φωνῆς ὑπαρχούσης τῷ ἀκροατῇ, ἀντὶ τοῦ ὠφελεῖν, ἔσται αὐτῷ βάρβαρος καὶ ὁ ἀκροατὴς ὁμοίως τῷ λαλοῦντι βάρβαρος λογισθήσεται. Καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν κέρδος ; « Ἐὰν οὖν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς. » Εἰσὶν οὖν μυρίαι φωναὶ ἐν τῷ κόσμῳ. Ἐὰν οὖν μὴ οἶδα τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς τουτέστιν, ἐὰν μὴ οἶδα τί λαλεῖ, ἐσόμεθα ἀλλήλοις Βάρβαροι, οὐ παρὰ τὴν τῆς φωνῆς κακίαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμῶν ἄγνοιαν. « Οὕτως καὶ ὑμεῖς. » Οὕτως, πῶς ; Ὥσπερ οἱ λαλοῦντες καὶ μὴ νοούμενοι, καὶ διὰ τοῦτο ὄντες ἑαυτοῖς Βάρβαροι, οὕτως καὶ ὑμεῖς· ἀντὶ τοῦ, Διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς. Διὰ ποῖον ; Ἵνα μὴ ἦτε ἀλλήλοις βάρβαροι. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ ὑμεῖς, ἐπεὶ ἐπιθυμίαν ἔχετε χαρισμάτων, ἐκείνων τυχεῖν ἀγωνίσασθε δι' ὧν ὑμῖν ἡ ὠφέλεια τῆς

intellectum loquamini sermonem, eritis, inquit, in aera loquentes, hoc est, frustra et vane ac sine utilitate. Atqui si nulla erat linguarum utilitas, quare has in forma doni accipiebant. Ut qui eas habebat iisque loquebatur, solus utilitatem acciperet. Quod si et aliis futurus erat utilis, opus erat interpretatione quam accipiebant qui magis purificati erant Nam juxta fidei ac purificationis proportionem, dabantur et dona.Tam multa, si res ferat, genera sonorum τοσαῦτα, id est, plurima, sicut accidit, sunt genera sonorum, animatorum et inanimatorum : puta hominum, belluarum, volucrum : et inanimorum instrumentorum, nempe lyræ musicalis, naulæ ac cæterorum.Sed a nullo, inquit, horum refert quispiam utilitatem, nisi vim soni cognoscat. Itaque neque ex linguis vestris ulla transibit ad alios utilitas, nisi vim cognoscat ejus quod dicitur. Erit autem hoc si interpreteris : interpretaberis autem si amplius nanciscaris vitam inculpatam, fidemque ferventem et ignitam. — Quod ait : » Tam multa genera vocum » sive « sonorum, » etc., dupliciter accipi potest. Aut quod multa sunt genera vocum. et nullum horum generum est aphonum aut sine voce ; vel quod multa 557 sunt genera vocum, et nulla horum obscura est aut ignota his qui ejusdem inter se sunt generis.

Nam ἄφωνον duo hæc significare invenitur, et quod obscurum tantum est et incognitum. Itaque si ut prius dictum est, intellexerimus, talis esse poterit sensus Apostoli : multa sunt genera vocum, et nullum horum generum aphonum est : sed quodnam nobis lucrum a vocibus illis proveniet, si nihil horum intelligamus ? Nam si non cognovero quid vox significet, ero et ego illi et ille mihi barbarus. Si vero ut posterius dictum est, acceperimus, talis etiam erit intellectus. Multa genera vocum sunt in mundo, et nullum horum obscurum est aut incognitum his qui ejusdem inter se sunt generis, quomodo ergo vos in aera loquentes, et ignota his qui vestri sunt generis sonantes, cristas erigitis, ac si magnum aliquid peregissetis ? et non magis studetis aut curatis, ut, accepta linguarum interpretatione, ad communem utilitatem dono utamini ? Nam qui tantum linguis loquitur, si obscura et incognita sit vox auditori, cum prodesse deberet, erit ei barbarus, et auditor similiter ei qui loquitur reputabitur barbarus : et quod inde lucrum erit ? « Si igitur nesciero vim vocis. » Sunt ergo innumeræ voces in mundo. Itaque si non sciam vim vocis, hoc est, si nesciam quid loquitur, erimus nobis mutuo barbari ; non ob vocis vitium, sed ob ignorantiam nostram. « Ita et vos. » Ita. Quonam modo ? Sicut qui loquuntur nec intelliguntur, et ideo sibi mutuo sunt barbari : ita et vos, id est, propterea et vos. Propter quid ? ne scitis vobis invicem Barbari, Propterea igitur et vos : quoniam dona concupiscitis, illa assequi contendite per quæ Ecclesiæ utilitas et ædificatio a

vobis attingatur. Ipse vero ait : « Ut excellatis. » Hoc est, ut plus quam nunc habeatis : linguis tantum nunc loquentes et non interpretantes. — *Vel.* Ut excellatis magis quam linguis loquendo. Nam alia dona linguis excellentiora sunt, utpote uberiorem afferentia utilitatem.

558 XIV, 12-14. « Quandoquidem æmulatores « estis spirituum ad ædificationem Ecclesiæ, quærite « ut excellatis. Quapropter qui loquitur lingua, oret « ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus « orat, at mens mea sine fructu est. »

Ubi cessavit ab adducendis exemplis, apertius eos adhortatur. Quandoquidem omnino æmulamini et exoptatis dona (illa enim dicuntur in Spiritus) concupiscite et ea quæ possint Ecclesiam ædificare et ei prodesse, « Quærite ut excellatis. » Non dixit : Ut acquiratis dona, sed, » Ut excellatis, » hoc est, ut cum magna exuberantia habeatis. « Quapropter qui loquitur lingua. » Deinde et modum ponit, quo pacto possint habere dona quæ Ecclesiæ prosint. Ait enim : « Quæ loquitur linguis, oret ut et posse interpretari accipiat. » Itaque ipsi in causa sunt quod majus non accipiant, ut qui non petunt quod majus est. « Nam si orem lingua. » Nam si loquar, inquit, lingua et non etiam interpreter : Spiritus quidem meus, id est, animus ipse quoad seipsum utilitatem percipit, at mens mea sine fructu invenietur, ex hoc quod aliis non affert utilitatem : mentis enim fructus est per varias ac omnigenas cogitationes utilitatem proximis excogitare. « Spiritus meus orat, » hoc est, donum spirituale, nempe ipsum loqui linguis. — Verba *orem* et *orat* accepit pro eo quod est linguis loqui aliquid quod honestum sit et studiosum. Nam et precatio genus quoddam est sermonis. Ait ergo : Si quid loquar eorum quæ necessaria sunt et honesta, sed id non interpreter etiam auditoribus, meipsum quidem juvo : nam hoc est quod ait : « Spiritus meus orat, » id est, ego solus fruor re illa necessaria et honesta. Sed alius non accipit utilitatem, ut mens mea etiam inde lucrifaciat fructum utilitatis istorum. Itaque tali fructu mentem privari rursumque frui supponit, eo quod illa inter nostras potentias maxime amet proximi utilitatem, quomodo neque vis irascibilis movetur neque concupiscibilis : quæ facile affectus excitat, aut a propria naturalique virtute facile transmutat. Et hæc magis fructu vacat, quando una consentit : rursumque ubi fructum nacta fuerit, **559** abunde lætatur.

Deinde ait : « Quid ergo est ? « hoc est, quid oportet fieri ? Quomodo nobis continget ne sine fructu simus ? quomodo ? si per virtutem nobis curæ sit ut qui linguis loquitur, et spiritu loquatur et mente : hoc est, et causa propriæ utilitatis loquatur, et ut mens mutuo fructu fruatur : hic autem proximorum est utilitas. Id autem erit si

A Ἐκκλησίας καὶ ἡ οἰκοδομὴ κατορθωθήσεται. Αὐτὸς δὲ, « Ἵνα περισσεύητε, » φησὶ, τουτέστιν Ἵνα πλέον ἢ νῦν ἔχητε, γλώσσαις νῦν μόνον λαλοῦντες, καὶ οὐχ ἑρμηνεύοντες. — Ἢ. Ἵνα περισσεύητε μᾶλλον, ἀντὶ τοῦ, γλώσσαις λαλεῖν. Τὰ γὰρ ἄλλα χαρίσματα περισσεύει τῶν γλωσσῶν, ὡς πλείονα ὠφέλειαφν παρεχόμενα.

Ἐπεὶ ζηλωταί ἐστε πνευμάτων πρὸς τὴν οἰ κοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας, ζητεῖτε ἵνα περισσεύητε . Διόπερ ὁ λαλῶν γλώσσῃ, προσευχέσθω ἵνα διερμηνεύῃ. Ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ. τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστιν.

Παυσάμενος τῶν παραδειγμάτων, γυμνότερον αὐτοῖς παραινεῖ. Ἐπειδὴ ὅλως ζηλοῦτε καὶ ποθεῖτε τὰ
B χαρίσματα, φησὶ (τοῦτο γὰρ τὰ πνεύματα), τοιαῦτα ἐπιθυμεῖτε καὶ ζητεῖτε τὰ δυνάμενα τὴν Ἐκκλησίαν οἰκοδομῆσαι, καὶ ὠφελῆσαι. « Ζητεῖτε ἵνα περισσεύητε. » Οὐκ εἶπεν, Ἵνα κτήσησθε τὰ χαρισματα, ἀλλ', « Ἵνα περισσεύητε. » Τουτέστι, Μετὰ πολλῆς δαψιλείας ἔχητε. « Διʼ ὅπερ ὁ λαλῶν γλώσσῃ. » Εἶτα λέγει καὶ τρόπον, πῶς ἂν σχοίησαν χαρίσματα τὰ τὴν ἐκκλησίαν ὠφελοῦντα. « Ὁ γὰρ λαλῶν, φησὶ, γλώσσαις προσευχέσθω, ἵνα καὶ τὸ διερμηνεύειν λάβῃ. » Ἆρα οὖν αὐτοὶ αἴτιοι τοῦ μὴ τὸ μεῖζον λαβεῖν, ὡς οὐκ αἰτοῦντες τὸ μεῖζον. « Ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ » Ἐὰν γάρ, φησὶ, λαλῶ γλώσσῃ οὐ μὴν καὶ διερμηνεύω. τὸ μὲν πνεύμά μου, οἷον ἡ ψυχὴ αὐτὴ καθʼ ἑαυτὴν ὠφελεῖται, ἄκαρπος δὲ μου ὁ νοῦς εὑρεθήσεται, τῷ μὴ καὶ ἄλλους ὠφελεῖν. Νοῦ γὰρ καρπὸς, τὸ διὰ ποικίλων καὶ παντοδαπων νοημάτων ὠφέλειαν
C τοῖς πλησίον ἐπινοεῖν. « Τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται. » Ἀντι τοῦ, Τὸ χάρεσμά μου τὸ πνευματικὸν, αὐτὸ τὸ λαλεῖν γλώσσαις. — [ΦΩΤ.] Τὸ Προσεύχομαι καὶ Προσεύξομαι, ἀντὶ τοῦ λαλεῖν τι ταῖς γλώσσαις καλὸν καὶ σπουδαῖον εἴληφε. Καὶ γὰρ καὶ ἡ προσευχὴ, εἶδός τί ἐστι τοῦ λόγου. Φησὶν οὖν, ὅτι Ἐὰν τι λαλῶ τῶν ἀναγκαίων καὶ καλῶν, μὴ διερμηνεύω δὲ αὐτὸ καὶ τοῖς ἀκροαταῖς, ἐμαυτὸν μὲν ὠφελῶ (τοῦτο γὰρ ἐστι, « Τὸ πνεῦμά μου προσεύχεταί, » τουτέστιν, Ἐγὼ μόνος ἀπολαύω τοῦ ἀναγκαίου ἐκείνου καὶ τοῦ καλοῦ), ἄλλος δὲ οὐκ ὠφελεῖται, ἵνα ἐκέρδησέ μου ἐντεῦθεν ὁ νοῦς καὶ τὸν καρπὸν τῆς ἐκείνων ὠφελείας. Τὸν νοῦν δὲ ἐστερῆσθαι τοῦ τοιούτου καρπου καὶ πάλιν ἀπολαύειν ὑποτίθεται, ὅτι ἐκεῖνος μᾶλλον τῶν ἐν ἡμῖν δυνάμεων ἐραστής
D ἐστι τῆς τοῦ πλησίον ὠφελείας, ἅτε μήτε ὡς τὸ θυμικὸν, μήτε ὡς τὸ ἐπιθυμητικὸν, ῥᾳδίως οὕτως παθαινόμενος, καὶ τῆς ἰδίας καὶ κατὰ φύσιν ἀρετῆς εὐχερῶς μεθιστάμενος. Καὶ ἐκεῖνός ἐστι μᾶλλον ὁ καὶ ἄκαρπος, ὅτε ἐστὶ συναισθανόμενος, καὶ πάλιν ἐπειδὴ ἂν ἐπιτύχῃ τοῦ καρποῦ, ἐνευφραινόμενος.

Εἶτά φησι· « Τί οὖν ἐστιν ; » οἷον τί δεῖ γενέσθαι ; πῶς ἔσται ἡμῖν, μὴ ἀκάρποις εἶναι ; Πῶς ; ἐπιμελητεῖσι δι' ἀρετῆς, ὥσνε γλώσσαις λαλοῦντα, καὶ τῷ πνεόματι λαλεῖν καὶ τῷ νοΐ· τουτέστι, καὶ ἕνεκα τῆς ἰδίας ὠφελείας λαλεῖν, καὶ ἕνεκα τοῦ ἀπολαύει τὸν νοῦν τοῦ καταλλήλου καρποῦ. Τοῦτο δέ ἐστιν, ἡ τῶν πλησίων ὠφέλεια. Ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν ταῖς γλώσ-

σαις λαλοῦντες, λάβωμεν χάρισμα καὶ ἵνα διερμηνεύωμεν. Ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τοῦ λαλεῖν τι τῶν καλῶν καὶ σπουδαίων τὸ τῆς προσευχῆς ὄνομα λαβὼν, ἐπέμεινε χρώμενος αὐτῷ, ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι προηγουμένως περὶ προσευχῆς ἐστιν ὁ λόγος, ἀλλ' οὐχὶ περὶ παντὸς ἀναγκαίου καὶ ἐπιτηδείου λόγου γλώσσαις λαλουμένου, μετέπεσὲν εἰς τὸ ψάλλειν. Ὡσανεὶ λέγων, ὅτι Εἴτε ἐπὶ προσευχῆς, εἴτε ἐπὶ ψαλμῳδίας, εἴτε ἐπὶ ἄλλου τινὸς λόγου τῶν ἀναγκαίων καὶ καλῶν, ἐπὶ πάντων ὁμοίως δεῖ καὶ ἑαυτὸν ὠφελεῖν καὶ τὸν πλησίον. Εἶτα φέρει καὶ παράδειγμα, δεικνὺς ὅτι κατὰ πολλὰ ἐλλείπει καὶ ὑστερεῖ τὸ γλώσσαις μόνον λαλεῖν, ἄνευ γε τοῦ διερμηνεύειν. Ἐὰν γὰρ, φησὶ, τῷ πνεύματι εὐλογήσῃς, τουτέστι σὺ μόνος συνιεὶς καὶ σαυτὸν οἷς εὐλογεῖς ὠφελῶν, ὁ δὲ ἀκροατὴς οὐ συνίησιν ἃ λέγεις, τί ἀποκριθήσεται πρὸς σέ; πῶς ἐρεῖ τὸ, « Ἀμὴν, ἂν τοῦτο ᾖ χρεία τυχὸν αὐτὸν ἀποκρίνασθαι, μηδὲν ὅλως εἰδὼς ὧν λέγεις σύ; Σὺ μὲν γὰρ καλῶς καὶ ἐπὶ σαυτοῦ συμφέροντι εὐλογεῖς ἢ εὐχαριστεῖς, εἰ τύχοι, ἢ ἄλλο τι τῶν δεόντων ποιεῖς. Καθόλου γὰρ τὸν λόγον βούλεται ἐξακούεσθαι, καὶ οὐκ ἐπί τινος εἴδους ὡρισμένου. Διὸ ποτὲ μὲν τὸ, « Ψάλλειν, » ἄλλοτε δὲ τὸ, « Εὐλογεῖν, » καὶ μετ' αὐτὸ καὶ ἀντ' αὐτοῦ τίθησι τὸ, « Εὐχαριστεῖν, » δεικνὺς ὅτι καθόλου περὶ παντὸς ἀναγκαίου καὶ ἐπιτηδείου γλώσσαις λαλουμένου ἐστὶν αὐτῷ ἡ παραίνεσις καὶ ἡ σπουδή. Ἀλλ'. ὅπερ ἔλεγον, σὺ μὲν, φησὶν, ἐπὶ τῷ σεαυτοῦ συμφέροντι γλώσσαις λαλῶν, εὐλογεῖς ἢ εὐχαριστεῖς, ἢ ἄλλο τι λαλεῖς, ὁ δὲ ἀκροατὴς οὐδὲν κερδαίνει, οὐδὲν ὠφελεῖται ἀπὸ σοῦ. Ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι· » τουτέστιν, οὐκ ἔσχε τὸν ἀπὸ τῶν ἀκροατῶν συναγόμενον αὐτῷ καὶ τρυγώμενον καρπὸν, ὁ τοῦ λαλοῦντος νοῦς οὐκ ἐκέρδησεν αὐτὸν, οὐκ ἀπήλαυσε τοῦ τοιούτου καρποῦ, ἔρημος ὤφθη τοῦ καρποῦ, ἄκαρπός ἐστιν.

Τί οὖν ἐστι; Προσεύξομαι τῷ πνεύματί, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ. Ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ. Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ Ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπειδὴ τί λέγεις οὐκ οἶδε. Σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς, ἀλλ' ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν, ἀλλ' ἐν Ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ.

Τί οὖν ἐστιν ὃ χρὴ, φησὶν, αἰτεῖν τὸν Θεὸν; Τί; τὸ προσεύχεσθαι τῷ πνεύματι, οἷον τῇ ψυχῇ, ὅπερ εἰς τὴν αὐτοῦ μόνου συντείνει ὠφέλειαν, προσεύχεσθαι δὲ καὶ τῷ νοΐ, ὅπερ καὶ εἰς τὴν τῶν πλησίον φθάνει οἰκοδομὴν, κατὰ τὴν ἐπάνω παραγραφὴν, καὶ ψάλλειν δὲ ὁμοίως. « Ψαλῶ τῷ πνεύματι. » — [ΘΕΟΔΩΡ.] Ἡνεῦμα, τὸ πνευματικὸν χάρισμα καλεῖ, νοῦν δὲ, τὴν σαφήνειαν καὶ ἑρμηνείαν τῶν λεγομένων. Λέγει δὲ ὅτι προσήκει τὸν ἑτέρᾳ γλώσσῃ διαλεγόμενον, εἴτε ἐπὶ ψαλμῳδίας, εἴτε ἐπὶ προσευχῆς, εἴτε ἐπὶ διδασκαλίας, ἢ αὐτὸν ἑρμηνεύειν καὶ νοεῖν τί λέγει εἰς

A linguis loquentes, donum accipiamus, ut etiam interpretemur. Quoniam autem loquendo de re quapiam honesta et studiosa, sumpto orationis nomine permansit utens illo : ne in progressu existimes sermonem esse de oratione, et non de omni necessario et convenienti sermone qui linguis exprimitur, transivit ad ipsum psallere, ac si diceret : Sive in precatione, sive in psalmodia, sive in alio quovis necessario sermone vel decenti: in omni»us oportet pari modo et seipsum juvare et proximum. Deinde affert et exemplum, ostendens quod multis egeat ac privetur, qui solum linguis loquitur absque interpretatione. Quoniam si benedixeris, inquit, spiritum, hoc est, tu solus intelligens, et tibi ipsi verbis quibus benedicis utilitatem afferens: auditor autem non intelligens B quæ dicis, quomodo tibi respondebit? quomodo dicet : « Amen, » si fortassis hoc eum respondere oporteat, cum nihil omnino intelligat quæ tu dicis! Siquidem tu bene et ad tui ipsius commodum, si res ferat, benedicis et agis, aut aliud quippiam eorum quæ fieri oportet agis (ubique enim hoc verbum vult subaudiri, et non in aliquo genere definito insistere : ideo nunc quidem dicit, « Psallere, » alibi vero « Benedicere, » et post ipsum etiam pro eodem ponit, « Gratias agere ; » ostendens quod ubique sit ejus adhortatio ac studium de omni re necessaria ac convenienti, quæ linguis exprimitur). Itaque, ut dixi, tu quidem linguis loquens, ad tui ipsius commodum benedicis vel gratias agis, aut aliud quippiam loqueris ; auditor vero nullum reportat lucrum, nihil a te juvatur. « At mens mea sine C fructu est, » hoc est, non accepit fructum ab auditoribus collectum, vel tanquam ex vindemia congregatum : hunc non sibi lucrifecit mens ejus qui loquitur, non fruita est tali fructu, desolata apparuit fructu, sine fructu est.

560 XIV, 15-19. « Quid ergo est? Orabo spiritu, « sed orabo et mente : psaliam spiritu, sed psallam et « mente. Alioqui si benedixeris spiritu, is qui complet « locum idiotæ, quomodo dicturus est Amen ad tuam « benedictionem? quando quidem quid dicas nescit. « Nam tu quidem bene gratias agis, verum alius non « ædificatur. Gratias ago Deo meo, qui magis quam « omnes vos linguis loquor. Sed in Ecclesia malo « quinque verba mente mea loqui, ut et alios insti- D « tuam, quam decem millia verborum lingua. »

Quid igitur est, inquit, quod a Deo petere oportet? quid? orare spiritu sive anima, quod ad ipsius tantum utilitatem protenditur : sed orare et mente, quod etiam ad proximorum pertingit utilitatem juxta superiorem præscriptionem. Similiter autem et psallere. « Psallam spiritu. » Spiritum vocat spirituale donum, mentem vero manifestationem ac interpretationem eorum quæ dicuntur. Dicit autem quod expediat eum qui alia lingua loquitur, sive in psalmodia, sive in oratione, sive in doctrina, aut ipsum interpretari et intelligere quid dicat ad utili-

tatem auditorum, aut alium hoc facere convenit qui possit cooperationem doctrinæ suscipere. « Alioqui si benedixeris spiritu. » Nam si tu solus, inquit, scis quid benedicis, aut quid precaris, et anima tua hoc dicit spiritu, reliqui vero ignorant, eo quod tu non noveris interpretari, sive non noveris vim eorum quæ dicuntur : qui agit idiotam non poterit dicere Amen ad tuam orationem : non enim novit quid dicas : neque scit quando oporteat te audire Amen. « Locum idiotæ. » Idiotam dicit eum qui in ordine laico, sive plebeo constitutus est : nam eos quoque ita vocare solent qui sunt extra militiam. Hoc autem est quod dicit : Tu qui psallis, aut oras, interpretare ea quæ dicuntur, et tibi ipsi et similiter his qui te audiunt, ut dicant « Fiat ; » quoniam alioqui quid dicas nesciunt. Hoc dicit : « Psallam spiritu, psallam et mente, » hoc est, intelligam et interpretabor etiam audientibus. « Nam tu quidem bene gratias agis. »

561 Deinde etiam dignam laudem servans dono linguarum, ait : Nam tu quidem bene gratias agis, sed proximus nullam refert utilitatem. « Magis quam omnes vos linguis loquor. » Postmodum ne ob id videatur vilipendere ac dejicere, sive minus reddere donum linguarum, quod ipse illud non possideat, ait : « Magis quam omnes vos linguis loquor ; » hoc tamen dicturus primum gratias egit Deo, significans quod ab ipso donum habeat. « Quinque verba mente mea loqui. » Hoc est, intelligere ut ipse interpreter, et auditoribus explanem ut capiant utilitatem. « Quam decem millia verborum lingua. » Non potens illa interpretari. Nam hoc modo in me solo permanebit utilitas. — διὰ τοῦ νοός μου, id est, mente mea vel propter mentem meam, hoc est, causa mentis meæ, ne sit ipsis sine fructu eorum, sed fruatur fructu utilitatis ipsorum.

XIV, 20-22. « Fratres, ne sitis pueri sensibus : sed « malitia pueri estote, sensibus vero perfecti sitis. In « lege scriptum est : Variis linguis et labiis variis lo- « quar populo huic, et ne sic quidem audient me, di- « cit Dominus. Itaque linguæ in signum sunt, non « credentibus, sed incredulis : contra prophetia, non « incredulis, sed credentibus. »

Postquam ostendit majorem esse prophetiam, deinceps pungitivo utitur sermone. « Ne pueri, inquit, sitis. » Puerorum enim est parva admirari, veluti sunt linguæ, magna vero despicere, qualis est prophetia. « Sed malitia pueri estote. » Ubi injustitia aliqua proponitur aut peccatum, tunc pueri sitis. Est autem puerum esse nescire malefacere vel peccare. Sensuum vero perfectio, et vitium fugit et virtutem prosequitur : et majora ac viliora dona dijudicare novit. « In lege scriptum est. » Atqui Isaias hoc dicit, sed divus Paulus omne vetus instrumentum vocat legem. Testimonium vero adducit, latenter ostendens non esse admodum utile donum linguarum, eo quod etiam incredulis

A ὠφέλειαν τῶν ἀκουόντων, ἢ ἕτερον τοῦτο ποιεῖν, δυνάμενον συνεργὸν τῆς διδασκαλίας παραλαμβάνεσθαι. « Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι. » Ἐὰν γὰρ μόνον σὺ ἐπίστασαι, φησὶ, τί εὐλογεῖς, ἤγουν τί εὔχεσαι, καὶ ἡ σὴ ψυχὴ τοῦτο λέγει τῷ πνεύματι, οἱ δὲ λοιποὶ ἀγνοοῦσι τῷ σὲ μὴ εἰδέναι ἑρμηνεῦσαι, ἤγουν μὴ εἰδότα τὴν δύναμιν τῶν λεγομένων, ὁ εἰς ἰδιώτην τελῶν, οὐκ ἂν εἴπῃ τὸ, Ἀμὴν, ἐπὶ τῇ σῇ εὐχῇ· Μὴ εἰδὼς γὰρ τί λαλεῖς, οὐδὲ γινώσκει πότε δεῖ σοι τὸ, Ἀμὴν, ὑπακοῦσαι. « Τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου. » Ἰδιώτην λέγει, τὸν ἐν τῷ λαϊκῷ τάγματι τεταγμένον, ὅτι καὶ τοὺς ἔξω τῆς στρατείας οὕτως καλεῖν εἰώθασι. Τοῦτο δὲ λέγει, ὅτι Ψάλλων καὶ προσευχόμενος ἑρμήνευε καὶ σεαυτὸν τὰ λεγόμενα, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου ὁμοίως, ἵνα εἴπωσι τὸ, « Γένοιτο. » Ἐπεὶ οὐκ οἴδασι τί λέγεις. Τοῦτο λέγει. « Ψαλῶ B τῇ ψυχῇ. ψαλῶ καὶ τῷ νοΐ, » ἀντὶ τοῦ, Νοήσω, καὶ ἑρμηνεύσω καὶ τοῖς ἀκούουσι. « Σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς. »

Εἶτα καὶ τὸ ἀξιέπαινον φυλάττων τῷ χαρίσματι τῶν γλωσσῶν, φησί· Σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς, ἀλλ' ὁ πλησίον οὐκ ὠφελεῖται. « Πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶ. » Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ διὰ τοῦτο εὐτελίζειν καὶ ὑποτιθέναι, ἤγουν μικρότερον ποιῶν τὸ τῶν γλωσσῶν χάρισμα, ὡς αὐτὸς αὐτὸ μὴ κεκτημένος, φησὶ, Πάντων ὑμῶν πλέον γλώσσαις λαλῶ. » Ἤλήν τοῦτο εἰπὼν, πρῶτον ηὐχαρίστησε τῷ Θεῷ, δηλῶν ὡς ἐκ τούτου ἔχει τὸ χάρισμα. « Πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι. » Τουτέστι, νοῆσαι αὐτὸς ἑρμηνεύειν, καὶ τοῖς ἀκούουσι σαφηνίζειν ὅπως ὠφελῶνται, « Ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ, » μὴ C ἰσχύων αὐτοὺς ἑρμηνεῦσαι. Τότε γὰρ εἰς ἐμὲ μόνον ἡ ὠφέλεια περιστήσεται. — [ΦΩΤ.] Διὰ τοῦ νοός μου, τουτέστιν Ἕνεκα τοῦ νοός μου, τοῦ μὴ εἶναι ἄκαρπον αὐτοῖς, ἀλλὰ ἀπολαύειν καρποῦ τῆς ὠφελείας αὐτῶν.

Ἀδελφοὶ μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε. Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου, λέγει Κύριος, ὥστε αἱ γλῶσσαι εἰς σημεῖόν εἰσιν, οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις. Ἡ δὲ προφητεία οὐ τοῖς ἀπίστοις, ἀλλὰ τοῖς πιστεύουσιν.

Μετὰ τὸ δεῖξαι μείζονα τὴν προφητείαν, λοιπὸν D πληκτικωτέρῳ χρῆται λόγῳ. « Μὴ παιδία γίνεσθε, » φησί. Νηπίων γάρ ἐστι, τὸ τὰ μικρὰ θαυμάζειν, οἷον τὰς γλώσσας, τῶν δὲ μεγάλων καταφρονεῖν, τουτέστι τῆς προφητείας. « Ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε. » Ὅταν πρόκειται ἀδικία τις, ἢ ἁμαρτία, τότε νηπιάζετε. Νηπιάζειν δέ ἐστι, τὸ μὴ εἰδέναι κακοποιεῖν, ἢ ἁμαρτάνειν. Ἡ δὲ τῶν φρενῶν τελειότης, καὶ κακιαν φεύγει, καὶ ἀρετὴν διώκει, καὶ τὰ μείζω καὶ ὠφελιμώτερα τῶν χαρισμάτων διακρίνειν οἶδεν « Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται. » Καίτοι Ἡσαΐας τοῦτό φησιν, ἀλλ' ὁ Ἅγιος πᾶσαν τὴν Παλαιὰν, νόμον καλεῖ. Τὴν δὲ μαρτυρίαν παράγει, ἠρέμα δεικνὺς μὴ σφόδρα χρήσιμον τὸ τῶν γλωσσῶν σημεῖον, διὰ τὸ

ἀπίστοις γίνεσται· « Καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσεταί μου. » Τί οὖν ἐλάλει, εἰ ἤδει μὴ ἀκουσθησόμενος; Ἵνα τὰ αὐτοῦ ποιήσῃ ὁ Θεὸς, καὶ διὰ πάντων δείξῃ τὴν περὶ ἡμᾶς πρόνοιαν, καὶ νικήσῃ ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτὸν. καὶ ἀπαλλάξῃ πάσης ἀπολογίας. — [OIKOYMENIOY.] Ἢ καὶ τὸ, « Οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου, » ὡς πρὸς τὸ κοινὸν εἴρηται, καὶ τὸ μὴ πάντας εἰσακοῦσαι, ἐπεὶ ἔνι μηδὲ ἕνα εἰσακοῦσαι. « Ὥστε αἱ γλῶσσαι εἰς σημεῖόν εἰσιν. » Ὁρᾷς πῶς ὑποτίθησι τῇ προφητείᾳ τὰς γλώσσας; « Εἰς σημεῖον γάρ εἰσι, » φησί. Τὸ δὲ σημεῖον, οὐ πάντως διδάσκει καὶ ὠφελεῖ, ὁπότε καὶ βλάπτει πολλάκις, ὡς προϊών φησιν, ἔνθα λέγει, « Οὐκ ἐροῦσιν ὅτι μαίνεσθε; » — « Οὐ τοῖς πιστεύουσιν. » Οἱ γὰρ πιστοὶ οὐ δέονται σημείων, πιστοὶ ὄντες. « Ἡ δὲ προφητεία οὐ τοῖς ἀπίστοις. » Ἡ δὲ προφητεία, φησὶν, ὠφελεῖ τοὺς πιστούς. Κατηχεῖ γὰρ αὐτούς, οὐκ ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἀπίστους, οἷον τοὺς ἀνίατα νοσοῦντας, εἰ μὴ ὅτι προϊὼν λέγει, ὅτι καὶ αὐτοὺς ὠφελεῖ. Ἐλεγχόμενος γὰρ, φησὶ, καὶ ἀνακρινόμενος ὑπὸ παντων, ἐρεῖ ὅτι ὄντως ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν. Ὅρα πόση διαφορὰ τῆς προφητείας. Αἱ μὲν γὰρ γλῶσσαι, γελᾷν τοὺς ἀπίστους ποιοῦσιν. Ἐροῦσι γὰρ, φησὶν, ὅτι μαίνεσθε. Ἡ δὲ προφητεία, τοὺς πιστοὺς μὲν, πᾶσι τρόποις ὠφελεῖ. Ἔστι δ' ὅτε καὶ τοὺς ἀπίστους ὠφελεῖ, τῷ ἐλεγχειν αὐτοὺς, καὶ παρασκευάζειν ἐπὶ πρόσωπον πίπτειν, καὶ προσκυνεῖν τῷ Θεῷ. Τοῦτο γὰρ προϊὼν λέγει· Ἀλλὰ τοῖς πιστεύουσιν, εἰς ὠφέλειαν, ὅ ἐστι διδαχήν.

A contingat. « Et ne sic quidem audient me. » Quare ergo loquebatur si sciebat quod non esset audiendus? Ut faceret Deus quod in se erat, et per omnia ostenderet quam de nobis habebat providentiam : utque vinceret dum judicatur, 562 omnemque tolleret excusationem. Aut etiam, ut quod ait : « Ne sic quidem audient me, » ad id quod commune est dictum sit, et quod non omnes audierint, quandoquidem contingit ut ne unus quidem audiat. « Itaque linguæ in signum sunt. » Vides quod linguas inferiores prophetia dicat? Nam in signum sunt, inquit : signum autem non semper docet aut utile est : imo interdum, et frequenter etiam nocet, ut in progressu dicit, ubi ait : Nonne dicent vos insanire? » Non credentibus. » Credentes enim non egent signis, B cum jam fideles sint. « Contra prophetia non incredulis. » Prophetia vero fidelibus, inquit, utilis est : nam instruit ipsos : non autem etiam incredulos utpote immedicabiliter ægrotantes : nisi quod in progressu dicit quod etiam ipsos juvet, Coargutus, inquit, et dijudicatus ab omnibus dicet quod vere Deus in vobis sit. Vide quanta sit prophetiæ excellentia. Siquidem linguæ incredulos faciunt irridere : nam dicent, inquit, vos insanire : prophetia vero fideles quidem omnibus modis juvat. Contingit autem quandoque ut et incredulis sit utilis, coarguendo illos, et efficiendo ut in faciem cadant Deumque adorent : hoc enim in sequentibus dicit : sed credentibus ad utilitatem est, nempe doctrinam.

Ἐὰν οὖν συνέλθῃ ἡ Ἐκκλησία ὅλη ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ πάντες γλώσσαις λαλῶσιν, εἰσέλθωσι δὲ ἰδιῶται ἢ ἄπιστοι, οὐκ ἐροῦσιν ὅτι μαίνεσθε; Ἐὰν δὲ πάντες προφητεύωσιν, εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, καὶ οὕτως τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ, φανερὰ γίνεται, καὶ οὕτως πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει τῷ Θεῷ, ἀπαγγέλλων ὅτι ὁ Θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστιν.

C XIV, 24-25 « Si ergo convenerit universa simul « Ecclesia et omnes linguis loquantur, ingrediantur « autem idiotæ aut increduli, nonne dicent vos insa- « nire? Quod si omnes prophetent : ingrediatur autem « incredulus aut idiota, coarguitur ab omnibus, et « sic occulta cordis ejus manifesta fiunt, atque ita « procidens in faciem suam adorabit Deum, renun- « tians quod revera Deus in vobis sit. »

Ἠρέμα δεῖξαι θέλει ὅτι καὶ ἀφορμὴ βλάβης ἐστὶ τὸ λαλεῖν γλώσσαις. Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ τοῦ χαρίσματος κατηγορεῖν, ἐπάγει· Ἐὰν εἰσέλθητε πάντες γλώσσαις λαλοῦντες, εἰσέλθωσι δὲ καὶ ἰδιῶται ἢ ἄπιστοι, ὡς εἶναί τῆς ἐκείνων ἰδιωτείας καὶ ἀπιστίας τὸ ἔγκλημα, οὐ τῆς χάριτος, ὅμως ἀφορμὴ καὶ οὕτως βλάβης ἐστὶν ἰδιώταις καὶ ἀπίστοις, ὅπερ οὐχ εὑρήσεις ἐπὶ τῆς προφητείας, « Οὐκ ἐροῦσιν ὅτι μαίνεσθε; » Ἐπειδὴ μέγα ἐφρόνουν γλώσσαις λαλοῦντες, δείκνυσιν αὐτοὺς εἰς αὐτὴν τὴν ὑπόληψιν ἐκ τῶν γλωσσῶν βλαπτομένους. Ὑπολήψεις γὰρ, φησὶ, μαινομένων λαμβάνετε, ὅ ἐστι τῆς σπουδῆς ὑμῶν ἐναντίον καὶ τῆς ποιήσεως. Ἐπὶ δὲ τῆς προφητείας τὸ ἐναντίον φησί. Καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἀναισχύντους τῶν ἀπίστων, ἐφέλκεται τῷ ἐλέγχειν αὐτοὺς καὶ ἀνακρίνειν, καὶ τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτῶν φανεροῦν. « Καὶ οὕτως τὰ κρυπτά. » Τουτέστιν, ἃ ἐπὶ ψυχὴν ἔχει, καὶ κατ' αὐτὰ ἐναχθήσεται ἐν μέσῳ, καὶ φανερωθήσεται; καὶ εὕτως διὰ τοῦ ἀνακρίνεσθαι

D Sensim vult ostendere quod damni occasio sit loqui linguis. Deinde ne donum reprehendere videatur, subjungit : Si conveniatis omnes linguis loquentes : ingrediantur autem idiotæ ac increduli : quanquam reprehensio sit ignorantiæ ac incredulitatis illorum et non gratiæ, tamen hoc etiam modo occasio damni est idiotis et incredulis, quod in prophetia non invenies. « Nonne dicent vos insanire? » Quoniam arrogantes erant in eo quod linguis loquerentur, ostendit ipsos ex linguis incidere in damnum suspicionis. 563 Inciditis, inquit, in suspicionem insaniæ : quod studio vestro et actioni contrarium est. In prophetia vero e diverso accidit. Siquidem ipsos quoque impudentes incredulos attrahit, corguendo eos ac dijudicando, et occulta cordis ipsorum manifestando. « Et sic occulta. » Hoc est quæ in animo habet, quæque ex his sequuntur, proferentur in medium et propalabuntur, ac ita, per hoc videlicet quod dijudicatur,

occulta ipsius manifestantur, et procidens adorat Deum. « Procidens in faciem. » Res enim quæ accidit,eos etiam qui vehementer impudentes sunt pudefaciet.

δηλονότι, τὰ κρυπτὰ αὐτοῦ φανεροῦνται. Καὶ πεσὼν προσκυνεῖ τῷ Θεῷ. « Πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον. » Τὸ γὰρ, γινόμενον, καὶ τοὺς σφόδρα ἀναισχύντους καταισθέσει.

XIV,26-28. « Quid igitur est, fratres? Cum conve- « neritis,quisque vestrum psalmum habet,doctrinam « habet,linguam habet, revelationem habet, inter- « pretationem habet: omnia ad ædificationem fiant· « Sive lingua quis loquitur, fiat per binos, aut ad « summum ternos,idque vicissim,et unus interpre- « tetur : quod si non sit interpres, taceat in Ec- « clesia : cæterum sibi ipsi loquatur et Deo. »

Τί οὖν ἐστιν, ἀδελφοί; ὅταν συνέρχησθε ἕκαστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν ἔχει, γλῶσσαν ἔχει, ἀποκάλυψιν ἔχει, ἑρμηνείαν ἔχει. Πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γινέσθω. Εἴτε γλώσσῃ τις λαλεῖ κατὰ δύο ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς, καὶ ἀνὰ μέρος, καὶ εἷς διερμηνευέτω. Ἐὰν δὲ μὴ ᾖ διερμηνευτὴς, σιγάτω ἐν Ἐκκλησίᾳ, ἑαυτῷ δὲ λαλείτω καὶ τῷ Θεῷ.

Quid igitur, inquit, faciendum est vobis? Ecce enim audistis donorum differentias. Et consequenter dicit : Quisque vestrum sive psalmum habeat (nam ex dono quodam etiam psalmos seu cantica conficiebant, sive doctrinam habeat, hoc est, sive possit docere et utilitatem afferre : sive prophetiam (nam hoc significat ἀποκάλυψις, id est, revelatio) sive linguam habeat (bene autem linguarum quoque meminit.Nam quia in præcedentibus illas vehementer depressit,nunc etiam earum meminit: quoniam visus est sentire neque doni genus esse gratiam linguarum) sive interpretationem habeat, et possit linguas interpretari : eumdem finem omnia respiciant, nempe ut ædificet Ecclesiam, tanquam diceret : Quæcunque dixi dona,puta psalmus, doctrina, revelatio sive prophetia, lingua, interpretatio, ad utilitatem sint populi et ædificationem. « Fiat per binos aut ad summum ternos. » Non multi loquamini lingua neque confuse, ne seditio fiat : sed duo,aut ut plurimum tres. Idque ἀνὰ μέρος, id est, per partes sive vicissim, hoc est unus post alium loquatur,et alius interpretetur.« Cæterum sibi ipsi loquatur et Deo. » Quod ait : « Sibi ipsi loquatur, » neque permittentis est, neque prohibentis, **564** ac si diceret : Si non habet interpretationem,taceat; quod si non potis est tacere (hoc autem vitii est) sibi ipsi loquatur, hoc est, apud se leniter et sine strepitu, ut solus Deus audiat et non homines. Considera vero quomodo dum permittere videtur, prohibeat.

Τί οὖν, φησὶ, ποιητέον ὑμῖν; Ἰδοὺ γὰρ ἀκηκόατε τὰς τῶν χαρισμάτων διαφοράς. Καὶ λοιπὸν λέγει, Ἕκαστος ὑμῶν εἴτε ψαλμὸν ἔχει (ἀπὸ γὰρ χαρίσματός καὶ ψαλμοὺς ἐποίουν), εἴτε διδαχὴν ἔχει· οἷον, εἰ δύναται διδάξαι καὶ ὠφελῆσαι, εἴτε προφητείαν. (Τοῦτο γὰρ ἡ ἀποκάλυψις), εἴτε γλῶσσαν ἔχει (καλῶς δὲ καὶ τῶν γλωσσῶν ἐμνήσθη. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὰς ἐν τοῖς προλαβοῦσι σφόδρα καθεῖλε, νῦν καὶ αὐτῶν ἐμνήσθη, ἐπεὶ ἔδοξεν ἂν μηδὲ εἶδος εἶναι χαρίσματος τὸ τῶν γλωσσῶν), εἴτε ἑρμηνείαν ἔχει, καὶ δύναται τὰς γλώσσας ἑρμηνεύειν, πρὸς ἓν τέλος πάντα ὁράτω, τὸ οἰκοδομεῖν τὴν Ἐκκλησίαν. Ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· Πάντα ὅσα ἂν εἶπον χαρίσματα, ψαλμὸν, διδαχὴν, ἤγουν ἀποκάλυψιν, γλῶσσαν, ἑρμηνείαν, εἰς ὠφέλειαν ἔστωσαν τοῦ λαοῦ, καὶ οἰκοδομήν. « Κατὰ δύο, ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς. » Μὴ πολλοὶ λαλεῖτε γλώσσῃ μηδὲ συγκεχυμένως, ἵνα μὴ ἀκαταστασία γίνηται, ἀλλὰ δύο ἢ τρεῖς τὸ πλεῖστον, καὶ ἀνὰ μέρος, τουτέστιν εἷς ἀφ' ἑνὸς λαλείτω, καὶ διερμηνευέτω ἕτερος. « Ἑαυτῷ δὲ λαλείτω καὶ τῷ Θεῷ. » Τὸ, « Ἑαυτῷ λαλείτω,» οὐκ ἔστιν ἐπιτρέποντος, ἀλλ' οὐδὲ κωλύοντος. Ὡσεὶ ἔλεγεν· Εἰ μὴ ἔχει ἑρμηνείαν, σιγάτω. Εἰ δὲ μὴ καρτερεῖ σιγᾷν (τοῦτο δὲ κατηγορίας ἐστὶν), ἑαυτῷ λαλείτω, τουτέστιν, ἀψοφητὶ καὶ ἠρέμα, ὡς Θεὸν μόνον ἀκούειν, οὐ μὴν ἀνθρώπους. Ὅρα πῶς ἐν τῷ δοκεῖν ἐπιτρέπειν, ἀποτρέπει.

XIV,29-33.« Prophetæ vero duo aut tres loquan- « tur,et cæteri dijudicent.Quod si alteri revelatum « fuerit assidenti,prior taceat.Potestis enim singu- « latim omnes prophetare : ut omnes discant, et « omnes consolationem accipiant : et spiritus pro- « phetarum prophetis subjiciuntur.Non enim tur- « bationis auctor est Deus, sed pacis, ut in omni- « bus Ecclesiis sanctorum. »

Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν. Ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ, ὁ πρῶτος σιγάτω. Δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν, ἵνα πάντες μανθάνωσι, καὶ πάντες παρακαλῶνται. Καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται. Οὐ γὰρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης, ὡς ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις τῶν ἁγίων.

Erant inter prophetas etiam vates seu divini qui latebant, ideo ait : « Duo aut tres loquantur, et cæteri dijudicent. » Hoc est, dijudicent; ne quomodo vates quispiam esse propheta existimetur. Ideo ergo duo aut tres,ne propter multitudinem lateant falsi vates. « Quod si alteri revelatum fuerit assidenti. » Si te, inquit, prophetante alterum moverit Spiritus sanctus, tu tace, ne duobus simul prophetantibus fiat confusio, nam ob id,inquit, te prophetante alteri inspiratum est, quod

Ἦσαν ἐν τοῖς προφήταις καὶ μάντες λανθάνοντες. Διό φησι, « Δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν, » τουτέστι, διακρινέτωσαν μή πού τις μάντις προφήτης εἶναι ὑποκρίνηται. Διὰ τοῦτο δὲ δύο ἢ τρεῖς, ἵνα μὴ διὰ τὸ πλῆθος λάθωσιν οἱ μάντεις. « Ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ. » Εἰ σοῦ, φησὶ, προφητεύοντος, ἄλλον ἐκίνησε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, σὺ σίγα, ἵνα μὴ τῶν δύο ἅμα προφητευόντων, σύγχυσις γένηται. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶ, σοῦ προφητεύοντος, ἄλλος ἐνεπνεύσθη, βουλομένου

τοῦ Πνεύματος καὶ δι' ἐκείνου λεχθῆναί τι. « Δύ- A
νασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν. Ἐπειδὴ δὲ
τὸν πρῶτον σιγᾷν ἐκέλευσε, παραμυθεῖται αὐτόν
Μὴ δυσχεράνῃς, φησὶ, σιγᾷν κελευόμενος. Δύνῃ γὰρ
καὶ σὺ καὶ ἄλλος προφητεύειν, ἤγουν πάντες. Εἰ εἷς,
εἷς προφητεύῃ, τουτέστιν οὐκ ἐκλείψει ὁ καιρὸς, ἵνα
πάντες οἱ τὴν Ἐκκλησίαν πληροῦντες, καὶ μανθάνωσι
καὶ εἰς πίστιν παρακαλῶνται καὶ ὁδηγῶνται. « Καὶ
πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται. » Πνεύματα προφητῶν φησιν, αὐτὸ τὸ πνευματικὸν
χάρισμα. Εἶτα ἵνα μὴ λέγῃ τις, Καὶ πῶς σιγᾷν δύναμαι ; αὐτὸ γὰρ τὸ ἐπιπνέον ἅγιον Πνεῦμα καὶ ἐκόντα ἀναγκάζει λαλεῖν, Οὐχὶ, φησίν. Ὑποτέτακται
γὰρ τῷ προφήτῃ τὸ χάρισμα, τουτέστιν, ἐν αὐτῷ ἐστι
καὶ λαλεῖν καὶ σιωπᾷν. Ἄντικρυς, ἢ ἐπὶ τῶν μάντεων. — [ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΥ.] Ἐκεῖνοι γὰρ μετὰ τὴν B
παρ' αὐτοῖς ἐνθουσίασιν, καὶ ἄκοντες οἷα δαιμονῶντες λαλοῦσιν ἃ οὐ βούλονται. Εἰ τοίνυν τὸ χάρισμα
τοῖς προφήταις ὑποτέτακται, πῶς οὐκ ἄτοπον ὑμᾶς
μὴ ὑποτάσσεσθαι τῷ κοινῇ συμφέροντι, ἵνα ὅταν ᾖ
καιρὸς σιωπῆς, σιωπᾶτε ; « Οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεός. » Εἶτα δείκνυσιν ὅτι καὶ τῷ Θεῷ τοῦτο
δοκεῖ, τὸ, τὸν πρῶτον σιγᾷν. Ἐπεὶ μὴ ἔστιν ὁ Θεὸς
ἀκαταστασίας, ἀλλ' εἰρήνης. Ἐκ γὰρ τούτου, φησὶν,
ἀκαταστασία καὶ σύγχυσις γίνεται. Οὗτος δὲ ὁ τῆς
εἰρήνης νόμος ἐν πάσαις ἐστὶ ταῖς ἐκκλησίαις τῶν
ἁγίων. Καλῶς δέ φησι, « Τῶν ἁγίων, » ἐπειδὴ καὶ
Ἑλλήνων ἦσαν ἐκκλησίαι, καὶ λοιπῶν ἀπίστων.

Αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν. Οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' C
ὑποτάσσεσθαι, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει. Εἰ δέ τι
μαθεῖν θέλουσιν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας
ἐπερωτάτωσαν. Αἰσχρὸν γάρ ἐστι γυναιξὶν ἐν
ἐκκλησίᾳ λαλεῖν. Ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ
Θεοῦ ἐξῆλθεν ; ἢ εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησεν ;

Πάντοθεν τὴν ἡσυχίαν νομοθετήσας, ἐκ τοῦ, μὴ πλείους τῶν τριῶν γλώσσαις λαλεῖν, καὶ ταῦτα ἀνὰ μέρος, τουτέστιν, εἷς ἀφ' ἑνὸς, ἐκ τοῦ, τὸν πρῶτον προφητεύοντα, τῷ δευτέρῳ παραχωρεῖν, ἦλθε λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὴν τῶν γυναικῶν ἄκαιρον φλυαρίαν. « Αἱ γυναῖκες σιγάτωσαν· οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται, » ἤγουν ἀπονενέμηται « αὐταῖς λαλεῖν. » Καὶ οὐκ εἶπε μόνον σιγᾷν, ἀλλὰ καὶ ὑποτάσσεσθαι, ὅ πλέον ἐστὶ τῆς σιωπῆς. Ἡ γὰρ ὑποταγὴ δηλοῖ τὴν μετὰ φόβου σιγὴν, D
ὡς ἀπὸ δουλίδων τινῶν γινομένην. « Καθὼς καὶ ὁ
νόμος λέγει. » Τί δὲ ὁ νόμος λέγει (νόμον γάρ
φησι πᾶσαν τὴν Παλαιάν) ; « Πρὸς τὸν ἄνδρα σου,
φησὶν, ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. »
Εἰ οὖν τῷ ἀνδρὶ ὑπόκειται, πολλῷ μᾶλλον τοῖς πνευματικοῖς διδασκάλοις, καὶ τῷ κοινῷ τῆς Ἐκκλησίας
πληρώματι. « Εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν. » Εἰ οὖν μὴ
λαλοῦσιν, εἴποι τις, πῶς μάθοιεν τὰ ἀγνοούμενα ;
Ἐν οἴκῳ, φησὶ, παρ' ἀνδρῶν μανθανέτωσαν. Σημείωσαι δὲ, ὅτι οὐ περὶ τῶν χρησίμων αὐταῖς ἐν
ἐκκλησίᾳ λαλεῖν ἐπέτρεψε. Τοῦτο δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας προσεχεστέρους ποιεῖ, τὸ εἰδέναι ὅτι παρὰ
τῶν γυναικῶν ἐρωτηθήσονται περὶ τῶν ἐν τῇ Ἐκ-

per illud quoque velit Spiritus aliquid exprimi : « Potestis enim singulatim omnes prophetare. » Quoniam autem priorem facere jussit, consolatur eum : Ne, inquit, ægre feras quod jubearis tacere ; potes enim et tu prophetare, et alius, imo omnes, si singulatim quisque prophetet : hoc est, non deerit tempus, ut omnes qui Ecclesiam implent, discant et ad fidem advocentur ac deducantur. « Et spiritus prophetarum prophetis subjiciuntur. » Spiritum prophetarum dicit ipsum spirituale donum. Deinde ne quis dicat : Et quomodo tacere possum ? Ipse enim Spiritus sanctus qui inspirat, et volentem et nolentem loqui cogit. Non est, inquit, ita. Nam donum subjectum est prophetæ, hoc est, in ejus potestate est et loqui et tacere. Manifeste ita est, aut contra vates seu divinos loquitur. Nam illi post furorem sibi immissum, etiam nolentes tanquam dæmonio agitati loquuntur quæ nolunt. Si ergo donum prophetis subjectum est, 565 quanta erit absurditas quod vos communi utilitati non subjiciamini, ut cum silentii tempus fuerit, sileatis ? « Non enim turbationis auctor est Deus. » Deinde ostendit quod hoc etiam Deo videatur, ut prior taceat, quia non est Deus auctor turbationis, sed, pacis ; nam alioqui turbatio et confusio fieret. Hæc autem lex pacis in omnibus est sanctorum Ecclesiis. Bene autem dicit sunctorum, quoniam et Græcorum et reliquorum infidelium erant Ecclesiæ sive congregationes.

XIV, 34 36. « Mulieres vestræ in ecclesiis sileant, nec « enim permissum est illis ut loquantur, sed ut sub- « ditæ sint, quemadmodum et lex dicit. Quod si quid « discere volunt, domi viros suos interrogent. Nam « turpe est mulieribus in ecclesia loqui. Num a vobis « sermo Dei profectus est ? aut in vos solos incidit ?

Statuto ex omni parte silentio, ex eo quod non plures quam tres linguis loquerentur, idque ἀνὰ μέρος, id est, per partes, hoc est, unus post alium sive vicissim, ex eo quod primo prophetans cederet secundo : venit consequenter ad importunas mulierum nugas. « Mulieres taceant : nec enim permissum est, » sive datum illis ut loquantur. Nec solum dixit ut tacerent, sed et subjectæ essent, quod plus est quam silentium servare. Subjectio enim designat silentium cum timore, tanquam ab ancillis quibusdam præstitum. « Quemadmodum et lex dicit. » Quid autem dicit lex ? Nam legem appellat vetus instrumentum : « Ad virum, inquit, tuum aversio tua, et ipse dominabitur tibi. » Si ergo viro subjicitur, multo magis spiritualibus præceptoribus, et communi Ecclesiæ plenitudini ac perfectioni. « Quod si quid discere volunt. » Si igitur non loquantur, dixerit quispiam, quomodo discent ea quæ ignorant ? Domi, ait, a viris discant. Animadverte autem quod de his etiam quæ ipsis expediunt, non permisit eas loqui in ecclesia. Hoc autem et viros reddit attentiores, cum sciant quod

ab uxoribus interrogabuntur de Scripturis et dogmatis quæ tractantur in ecclesia. « Nam turpe est mulieribus in ecclesia loqui. » Deinde quoniam, ut verisimile est, arrogantes erant, sibique placebant mulieres ob spiritualia quasi colloquia, per assertionem hoc tollit, dicens : « Nam turpe est. »—« An a vobis sermo Dei ? » **566** Tanquam ad quosdam sibi contradicentes sermo ipsi formatus est. Cur, inquit, contradicitis ? nec bonum esse ducitis ut mulieres taceant in congregatione ? An soli estis credentes in mundo ? Neque soli estis credentes, neque primi. Hoc ergo dicit. Aut, quia a vobis sermo Dei processit, igitur quæ totus habet orbis, oportet etiam apud vos servari.

XIV, 37-40. « Si quis videtur propheta esse aut « spiritualis, cognoscat quod ea quæ scribo vobis, « Domini sint præcepta, cæterum si quis ignorat, « ignoret. Proinde, fratres, enitamini ad hoc ut « prophetis, et loqui linguis ne prohibueritis. « Omnia decenter et secundum ordinem fiant. »

Ubi frequenter docuit oportere mulieres tacere, hoc etiam nunc addit, quod id quoque et Deo videatur. Ait enim : Si quis aut propheta est, aut alio modo habet spirituale donum, ut intelligat quæ a me scribuntur, sciat Dei esse præcepta quæ scribo, nec a meipso ad hæc scribenda me moveri. Si quis autem ignorat esse Dei præcepta, ignoret : hoc est, ego dixi quod expedit. Qui ergo vult, obtemperet : qui autem non vult, agat quod libet. Hæc autem dicere, viri est qui sua non omnibus modis cupiat firma haberi, sed ad commune commodum spectat. Hujusmodi autem sermonis formam habere solet, ubi non grande delictum est quod accidit. Quid enim magnum est si ignorent Dei esse præcepta ut mulieres taceant ? « Enitamini ad hoc ut prophetetis. » Rursum unde disgressus est rediit, et majorem ostendit prophetiam ex eo quod ait. Enitamini ad hoc ut prophetetis, minorem autem linguarum gratiam : ait enim, Loqui linguis ne prohibueritis. Deinde prima in summam colligit : « Omnia, inquit, decenter et secundum ordinem fiant. » Erit autem si ii qui linguis loquuntur bini aut terni loquantur et vicissim : et prophetæ sibi mutuo cedant, ac mulieres in Ecclesiis taceant.

567 CAPUT IX.

De universali corporum resurrectione.

XV, 1, 2. « Notum autem vobis facio, fratres, « Evangelium, quod annuntiavi vobis, quod et acce- « pistis, in quo et statis, per quod et salutem conse- « quimini, quo sermone annuntiarim vobis, si tene- « tis, nisi frustra credidistis. »

Ad sermonem de resurrectione accedit. Ait autem : Nihil novum vobis dicam, sed quod jam notum vobis factum est, verum in oblivionem venit. Nam notum facio, id est, ad memoriam reduco. Vocans autem fratres, simul quidem ipsos mitigat, simul etiam Christi donorum meminit. Nam per ipsius adventum in incarnatione omnes facti

A κλησίᾳ γραφῶν καὶ δογμάτων. « Αἰσχρὸν γάρ ἐστι γυναιξὶν ἐν ἐκκλησίᾳ λαλεῖν. » Εἶτα ἐπειδὴ, ὡς ἔ'κὸς, καὶ ἐνεκαλλωπίζοντο αἱ γυναῖκες ἐπὶ ταῖς ὄῆθεν πνευματικαις ὁμιλίαις, δι' ἀποφάνσεως αὐτὸ ἀναιρεῖ, λέγων· « Αἰσχρὸν γάρ ἐστιν. — « Ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ; » Ὡς πρός τινας ἀντιλέγοντας ὁ λόγος αὐτῷ ἐσχημάτισται. Τί, φησὶν, ἐναντιοῦσθε, καὶ οὐχ ἡγεῖσθε καλῶς ἔχειν τὸ σιγᾷν ἐν ἐκκλησίᾳ τὰς γυναῖκας ; Μόνοι ἐστὲ πιστοὶ ἐν κόσμῳ ; Οὔτε μόνοι ἐστὲ, φησὶ, πιστοὶ, οὔτε πρῶτοι. Τοῦτο λέγει, ἢ ὅτι Ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθε. Δεῖ οὖν τὰ τῇ οἰκουμένῃ δοκοῦντα, καὶ παρ' ὑμῖν κρατεῖν.

Εἴ τις δοκεῖ προφήτης εἶναι ἢ πνευματικὸς, ἐπιγινωσκέτω ἃ γράφω ὑμῖν, ὅτι Κυρίου εἰσὶν ἐντολαί. Εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω. Ὥστε, B ἀδελφοὶ, ζηλοῦτε τὸ προφητεύειν, καὶ τὸ λαλεῖν γλώσσαις μὴ κωλύετε. Πάντα εὐσχημόνως κατὰ τάξιν γινέσθω.

« Tametsi ad horam contristaverit vos. » Nam tristitia horaria fuit ac momentanea, lucrum vero longum ac continuum. « Nunc gaudeo. » Consequens erat ut diceret : Sed plurimum attulit utilitatis. At hoc quidem non dixit, sed ad suam de illis curam venit, ipsorumque encomia. Sed quod constristati sitis ad pœnitentiam.» Quod enim mihi lucrum esset quod essetis contristati ? Considera vero quod cum contristationem attribuisset epistolæ,pœnitentiam non ex illa dicit effectam,sed ex ipsorum virtute Neque enim dicit : Quod contristaverit vos ad pœnitentiam, sed, « Quod contristati sitis ad pœnitentiam. » — « Nam constritati estis secundum Deum. » Hæc enim bona tristitia est, sicut malum est secundum hominem contristari. « ut in nulla re detrimento sitis affecti per nos. » Si tacuissemus, inquit, et non objurgassemus, nos sane detrimento vos affecissemus, qui non præbuissemus pœnitentiæ occasionem. Postmodum de tristitia quæ secundum Deum est philosophatur, separans ipsam a tristitia mundi, et ait : « Nam quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam ad salutem non pœnitendam parit. » Sicut quæ mundi est,mortem : quando propter pecunias aut propter gloriam quis tristatur. Quoniam enim tristitiæ pharmacum ad tantum id ordinatum est ut propter

« Εἰ καὶ πρὸς ὥραν ἐλύπησεν ὑμᾶς. » Πρὸς ὥραν γὰρ ἡ λύπη, καὶ διηνεκὲς τὸ κέρδος. « Νῦν χαίρω. » Ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν, ἀλλὰ μεγάλα ὠφέλησεν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ εἶπεν, ἐπὶ τὴν αὐτοῦ δὲ κηδεμονίαν ἦλθε καὶ τὰ ἐκείνων ἐγκώμια. « Ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν. » Τί γὰρ μοι κέρδος ἦν, ὅτι ἐλυπήθητε ; Ὅρα δὲ, τὸ λυπῆσαι τῇ ἐπιστολῇ ἀναθεὶς, τὴν μετάνοιαν οὐ λέγει ἐξ αὐτῆς γεγενῆσθαι, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ὅτι ἐλύπησεν ὑμᾶς εἰς μετάνοιαν, ἀλλ', « Ὅτι ἐλυπήθητε D εἰς μετάνοιαν. » — « Ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ Θεόν. » Αὕτη γὰρ ἡ καλὴ λύπη, ὡς τό γε κατὰ ἄνθρωπον λυπεῖσθαι κακόν. Ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε ἐξ ἡμῶν. » Εἰ ἐσιωπήσαμεν, φησὶ, καὶ μὴ ἐπεπλήξαμεν, ἡμεῖς ἦμεν οἱ ζημιοῦντες ὑμᾶς, οἱ μὴ παρασχόντες μετανοίας ἀφορμήν. Λοιπὸν περὶ τῆς κατὰ Θεὸν λύπης φιλοσοφεῖ, διαιρῶν αὐτὴν τῆς τοῦ κόσμου λύπης, καί φησιν· « Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη ἀμεταμέλητον μετάνοιαν κατεργάζεται, » ὡς ἦγε τοῦ κόσμου, θάνατον, ὅταν διὰ χρήματα, ἤ διὰ δόξαν λυπῆταί τις. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ τῆς λύπης φάρμακον, εἰς τὸ διὰ τὰς ἁμαρτίας λυπεῖσθαι κατεσκεύασται μόνον, ἐν τούτῳ μόνον καὶ ὠφελεῖ, ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς καὶ βλάπτει. Παρὰ φύσιν γὰρ αὐτῇ χρώμεθα.

peccata assumeretur tristitia : in hac quoque sola re utilis est : in reliquis vero etiam nocet 653 nam præter naturam ea utimur.

Ἄλλως. [ΦΩΤ.] Μετάνοιαν ἀμεταμέλητον, φησὶν, ὥστε εἰ κατὰ Θεὸν ἐλυπήθητε, δείξοιτε ἂν διὰ τοῦ μηδέποτε ὑμᾶς ἀπὸ τῆς καλῆς ἐκείνης μετανοίας ἀποστῆναι, καὶ εἰς τὸ ἐναντίον περιτραπῆναι καὶ μεταμεληθῆναι, ὅπερ ἐστὶ προτρεπομένου, μηδέ ποτε τῆς ὀρθῆς ἐξίστασθαι κρίσεως. « Ἀμεταμέλητον κατεργάζεται. » Οὔτε γὰρ ὁ λυπηθεὶς κατὰ Θεὸν μεταμεληθείη ποτὲ, ἢ καταγνῷ ἑαυτοῦ, τί δή ποτε λελύπηται ; ὅπερ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου λύπης συμβαίνειν εἴωθεν, « Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, » καὶ λοιπὸν ἐκ τῶν ἀποδεδηκότων τὰς ἀποδείξεις ὧν εἴρηκε παρέχει. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο σπουδήν. Οὐ μόνον γὰρ εἰς μεταμέλειαν τοῦ ὅλως λυπηθῆναι οὐκ ἤλθετε, ἀλλὰ σπουδαιοτέρους ἐποίησε. Καὶ λέγει τῆς σπουδῆς τὰ τεκμήρια. « Ἀλλὰ ἀπολογίαν. » Τὸ, ἀλλὰ, ἐν ὅλοις τούτοις τοῖς κεφαλαίοις, ἀντὶ τοῦ, καὶ, κεῖται. Καὶ ἀπολογίαν εἰργάσατο πρός με. Ἀπελογήσασθε γὰρ τῇ μετανοίᾳ, καὶ τῷ ἀποκόψαι ὑμῶν τὸν πεπορνευκότα. « Ἀλλὰ ἀγανάκτησιν. » Καὶ ἀγανάκτησιν, φησὶ, πρὸς τὸν πορνεύσαντα, « Καὶ φόβον πρός με. » Φοβουμένων γὰρ, ἡ τοσαύτη διόρθωσις, « Καὶ ἐπιπόθησις. » Ἐπειδὴ γὰρ τὸ τοῦ φόβου ἐπαχθὲς ἦν, ἐπάγει καὶ, « ἐπιπόθησιν. » Ἀγαπῶντες γάρ με, φησὶ, καὶ δεδοικότες μή με λυπήσητε. διωρθώσασθε. « Καὶ ζῆλον, » φησὶν, ἢ ὑπὲρ Θεοῦ, ἢ ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τοὺς λοιδοροῦντας ψευδαποστόλους. « Καὶ ἐκδίκησιν. » Καὶ γὰρ ἐξεδικήσατε τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους, ὑπὸ τοῦ πεπορνευκότος ὑβρισθέντας. « Ἐν παντὶ συνεστήσατε. » Οὐ μόνον, φησὶν, οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον τῷ πεπορνευκότι, ἀλλ' οὐδὲ συνήσθητε αὐτῷ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ εἰρήκει, « Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, » ὅπερ αὐτοὺς κοινωνοὺς τοῦ πλημμελήματος ἐποίει, νῦν φησι· Καὶ ταύτην ἀπετρίψασθε τὴν ὑπόνοιαν.

Ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν οὐχ εἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ἀλλ' εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν. Περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν. Ὅτι εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι οὐ κατῃσχύνθην, ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐλαλήσαμεν ὑμῖν, οὕτω καὶ ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου, ἀλήθεια ἐγενήθη. Καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστιν ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοήν, ὡς μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν. Χαίρω ὅτι ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν.

Τίς ὁ ἀδικήσας ; καὶ τίς ὁ ἀδικηθείς ; οἱ πεπορνευκότες. Ἠδίκησαν γὰρ ἑαυτοὺς, καὶ ἠδικήθησαν ὑφ' ἑαυτῶν. Λέγει δὲ τοῦτο. Τὰς τοσαύτας, φησὶν,

Alio modo. Pœnitentiam, inquit, non pœnitendam. Itaque utrum secundum Deum contristatisitis, ex hoc ostendere poteritis, si nunquam vos ab honesta illa tristitia separetis aut in contrarium percellamini, vosque pœniteat ; quod est exhortantis ut nunquam a recto judicio dimoveantur. « Non pœnitendam parit. » Neque enim eum qui secundum Deum contristatus est pœnitebit unquam, aut condemnabit seipsum quod propter id fuerit contristatus ; hoc autem in mundi tristitia solet contingere « Ecce enim isthuc ipsum. » Deinceps etiam ex his quæ contigerunt, eorum quæ dixit demonstrationes exhibet. Ecce enim, inquit, quod vos secundum Deum contristati fueritis quantam genuit sollicitudinem ? Non solum enim ad id non venistis ut vos omnino pœniteret fuisse contristatos, sed magis sollicitos reddidit. Et sollicitudinis indicia recenset. « Et defensionem. » Nam dictio ἀλλὰ, id est, *sed*, in omnibus istis particulis pro, *et*, ponitur. Et defensionem erga me operatum est. Defendistis vos ac respondistis per pœnitentiam, et amputando a vobis scortatorem. « Et indignationem. » Et indignationem, inquit, adversus eum qui scortatus fuerat. « Et timorem, » erga me. Nam timentium erat tanta correctio. « Et desiderium. » Quoniam enim invidiosum erat quod dixerat, « Timorem, » subjunxit, « Et desiderium. » Me siquidem diligentes, et veriti ne contristaretis me, emendati estis. « Et zelum. » Aut pro Deo, aut pro me adversus pseudapostolos qui in me contumeliosi sunt. « Et vindictam. » Ulti enim estis leges Dei quæ a scortatore injuria affectæ erant. Ubique demonstrastis. » Non solum, inquit, nihil hujusmodi a vobis attentatum est quale a scortatore illo, sed neque consensistis ipsi. Siquidem quia in priore Epistola dixerat : « Et vos inflati estis. » Quod ipsos delicti participes efficiebat, nunc ait : Etiam hanc abstersistis suspicionem.

VII, 12-16. *Proinde, tametsi scripsi vobis, non id feci ejus causa qui læserat, nec ejus causa qui læsus fuerat, sed ob id ut studium nostrum quod pro vobis est manifestaretur apud vos coram Deo. Idcirco consolationem accepimus ex consolatione vestri ; quin uberius insuper gavisi fuimus ob* 654 *gaudium Titi, quod refocillatus sit spiritus ipsius ab omnibus vobis. Quod si quid apud illum fui gloriatus de vobis, non sum pudefactus : sed sicut omnia in veritate locuti sumus vobis, ita et gloriatio nostra qua usus eram apud Titum, veritas facta est : et viscera ipsius abundantius erga nos affecta sunt dum recolit omnium vestrum obedientiam, quemadmodum cum timore ac tremore exceperitis ipsum. Gaudium quod in omnibus fiduciam habeam in vobis.*

Quisnam est qui injuria affecit ? et quis injuria affectus est ? Scortatores. Ipsi namque seipsos injuria affecerunt, et a seipsis injuria affecti sunt.

Est autem tantumdem ac si diceret: Tam graves objurgationes non causa scortatorum primitus scripsi vobis, sed vestri causa, ut vos confirmarem,ne quomodo serpens etiam malum ad vos pertingeret. Paulum enim fermenti totam conspersionem fermentat. Sed tunc quidem ita; nunc vero ob eam, inquit, causam ut ostenderem vobis quantum studium et curam vestri habeam: quod ipsum idem quidem est cum priore, sed amantius hoc dictum est. « Nec ejus causa qui læsus fuerat. » Non dixit, Causa illorum non scripsi, sed, Non primaria causa fuit propter illos, imo et propter vos et propter illos. « Ut studium nostrum quod pro vobis est manifestaretur apud vos coram Deo. » Erat quidem apud me dilectio, sed quærebam ut illa manifestaretur: tanquam inspectante, inquit, Deo quod vera dicam, « Idcirco. » Quoniam et studium quod circa vos habebam demonstravi, et omne negotium nobis peractum est. « Ex consolatione vestri. » Duas ait, sumptas esse ab ipsis consolationes: alteram quidem quod ipse non frustra objurgasset eos per epistolam, sed ipsi quod reprehensum erat correxerant; alteram vero quod Titum refocillaverant. Ipse vero ait, « Ob gaudium Titi, » ostendens quod Titus magnam haberet ipsis gratiam. Ex eo enim quod ille gauderet, significat et excellentiam refocillationis et excellentiam gratiarum actionis ejus erga illos. Ideo quoque hanc consolationem præponit priori consolationi: et hæc dicit magis eos attrahens ad amorem erga Titum. Rursum enim eum missurus erat ad ipsos cum epistola. Quæ erat autem Titi refocillatio de qua etiam gaudebat? aut ipsa eorum correctio de qua etiam Paulus consolationem acceperat, **655** vel obedientia eorum ad omnia: aut hospitalitas qua cum reverentia ac fide eum susceperant. Signum namque pietatis ac religionis est, honor et reverentia erga concionatorem.Magis, inquit, consolationem accepimus propter vestri correctionem, magis autem gravisi sumus propter gaudium Titi, quia propter vestri correctionem refocillatus est ipsius animus.

A ἐγκλήσεις, οὐχ ἕνεκεν τῶν πεπορνευκότων ὑμῖν ἔγραψα πρωτοτύπως, ἀλλ' ἕνεκεν ὑμῶν αὐτῶν ἀσφαλιζόμενος ὑμᾶς, μή πως ὀδῷ βαδίζον, καὶ εἰς ὑμᾶς ἔλθῃ τὸ κακόν. Μικρὰ γὰρ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. Ἀλλὰ τότε μὲν οὕτως. Νῦν δὲ, φησὶν, ἕνεκεν τοῦ δεῖξαι ὑμῖν πῶς ἐν σπουδῇ καὶ ἐν φροντίδι ὑμᾶς ἔχω, ὅπερ τὸ αὐτὸ μὲν ἔστι τῷ πρώτῳ, ἀγαπητικώτερον δὲ εἴρηται. « Οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος. » Οὐ τοῦτο λέγει, τὸ, Ἕνεκεν ἐκείνων οὐκ ἔγραψα, ἀλλὰ τὸ, Οὐ πρωτοτύπως δι' ἐκείνους, ἀλλὰ διά τε ὑμᾶς καὶ δι' ἐκείνους. « Τὴν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. » Ἦν μὲν, φησὶν, ἀγάπη παρ' ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ φανερωθῆναι αὐτὴν ἐζήτουν, ὡσανεὶ ἐφορῶντος, φησὶ, Θεοῦ ὅτι ἀληθεύω. « Διὰ τοῦτο. » Ἐπειδὴ καὶ τὴν σπουδὴν τὴν περὶ ὑμᾶς ἐπέδειξα, καὶ τὸ πᾶν ἡμῖν κατώρθωται. « Ἐπὶ τῇ
B παρακλήσει ὑμῶν. » Δύο λέγει παρακληθῆναι παρ' αὐτῶν παρακλήσεις, μίαν μὲν, διότι αὐτὸς οὐ μάτην ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἐν τῇ Ἐπιστολῇ, καὶ ἐκεῖνοι τὸ ἐπιτιμηθὲν διωρθώσαντο, δευτέραν δὲ, ὅτι τὸν Τίτον ἀνέπαυσαν. Αὐτὸς δέ φησιν· « Ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, » δεικνὺς ὅτι πολλὴν χάριν αὐτοῖς ὁ Τίτος ὡμολόγει. Ἐκ γὰρ τοῦ χαίρειν ἐκεῖνον, τήν τε ὑπερβολὴν τῆς ἀναπαύσεως καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐχαριστίας αὐτοῦ τὴν εἰς αὐτὴν δηλοῖ. Διὸ καὶ προκρίνει τὴν παράκλησιν ταύτην, τῆς προτέρας παρακλήσεως· καὶ ταῦτα λέγει, μᾶλλον αὐτοὺς εἰς τὴν ἀγάπην Τίτου ἑφελκόμενος· ἔμελλε γὰρ πάλιν σὺν τῇ ἐπιστολῇ πέμπειν αὐτὸν πρὸς αὐτούς. Τί δὲ ἦν ἡ ἀνάπαυσις Τίτου ἐφ' ᾧ καὶ ἔχαιρεν; ἤ αὐτὴ ἡ διόρθωσις αὐτῶν, ἐφ' ᾗ καὶ Παῦλος παρακέκλητο, ἢ ἡ εἰς πάντα
C ὑπακοὴ αὐτων, καὶ ἡ μετ' εὐλαβείας καὶ πίστεως ξενία καὶ ὑποδοχὴ αὐτῶν. Καὶ γὰρ τεκμήριον εὐσεβείας, ἡ εἰς τὸν κήρυκα αὐτῆς τιμὴ καὶ εὐλάβεια. Μᾶλλον παρεκλήθημεν, φησὶν, ἐπὶ τῇ διορθώσει ὑμῶν, μᾶλλον δὲ ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι διὰ τῆς διορθώσεως ὑμῶν, ἀναπέπαυται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ.

« Si quid apud illum de vobis. » Argumentum virtutis discipulorum est, quod præceptor de ipsis glorietur, et ostensivum est amoris magistrorum. « Non sum pudefactus. » Non enim mendax fuisse apparui. Si quid gloriatus fui, non sum pudefactus. » Aut duæ dictiones ad unum sententiæ membrum accipiendæ sunt, et reddenda est subjunctio
D prioris ad causam, subdistinguendo ad verbum « Gloriatus fui. » Aut quod mihi sane videtur, ut legendum sit distinguendo perfecta distinctione, et utraque dictio suum proprium constituat intellectum: poteritque utriusque dictionis perfectus esse hujusmodi sensus. « Gloriatus fui, » inquit, hoc est, recte et convenienter gloriatus fueram. « Gloriatus fui; » perfectam nactus sum gloriationem. Deinde, « Non sum pudefactus, » non sum spe frustratus, non erubui quod talia speraverim. Hæc autem dicens, et per figuram dictionum et per earum prolationem gaudium manifestabat, et con-

« Εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν. » Καὶ ἀρετῆς μαθητῶν ἔλεγχος, τί τὸν διδάσκαλον ὑπὲρ αὐτῶν καυχᾶσθαι, καὶ ἀγάπης διδασκάλων δεικτικόν. « Οὐ κατῃσχύνθην. » Οὐ γὰρ ἐφάνην ψευδόμενος. « Εἴτι κεκαύχημαι οὐ κατῃσχύνθην. » — [ΦΩΤ.] Ἢ πρὸς ἓν κόμμα λόγου τὰς δύο λέξεις ἐκληπτέον, καὶ τὴν ἐπαγομένην τῆς προτέρας πρὸς αἰτίαν ἀποδοτέον, ὑποστίζοντας ἐν τῷ, « Κεκαύχημαι· » ἤ, ὅπερ ἔμοιγε δοκεῖ, μᾶλλον ἑκατέραν λέξιν ὡς ἴδιον νόημα παριστῶσαν, κατὰ τελείαν στιγμὴν στιζοντας ἀναγνωστέον. Καὶ εἴη ἂν ἑκατέρας λέξεως ὁ νοῦς ἀπηρτισμένος τοιοῦτος· « Κεκαύχημαι, » φησὶν, οἷον καλῶς καὶ πρεπόντως ἐκαυχησάμην. « Κεκαύχημαι. » Εὗρον τὴν καύχησιν τετελεσμένην. Εἶτα, « Οὐ κατῃσχύνθην· » Οὐκ ἐψεύσθην τῆς ἐλπίδος, οὐκ ἠσχύνθην ἐφ' οἷς προσεδόκησα τοιαῦτα. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, καὶ διὰ τοῦ τύπου τῶν λέξεων καὶ τῆς προφορᾶς αὐτῶν, τὴν χαρὰν ἐδήλου, καὶ τὴν παράκλησιν ἣν εἶχεν. Οὕτως ἦν δυνατὸς ἐναργὴς διὰ τῶν λόγων παραστῆσαι τὸ

βούλημα. Εἶτα καὶ ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου ἢ ἡ περὶ Τίτου καύχησις πρὸς ὑμᾶς γεγενημένη. Τοῦτο γὰρ τὸ προηγούμενον δοκεῖ ὑποφαίνειν, τὸ « Ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐλαλήσαμεν. » Καὶ γὰρ ὡς πάντα, φησὶν, οὕτως καὶ περὶ Τίτου. Ἢ μᾶλλον, Ὡς καὶ ἡμῖν συνδοκεῖ. « Ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ περὶ ὑμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου. » τουτέστιν, ἐνώπιον Τίτου γεγενημένη. Τοῦτον γὰρ τὸν νοῦν ἀπαιτεῖ τὰ προειρημένα. « Ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. » — « Κεκαύχημαι, » — « Οὐ κατῃσχύνθην. » Τὸ δὲ, « Ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ, » οὐκ ἐναντιωθήσεται. Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, ὑμῖν ἃ εἶπον ἐν ἀληθείᾳ εἶπον, οὕτω καὶ ἃ εἶπον Τίτῳ περὶ ὑμῶν, εἰς ἀλήθειαν ἀπέβη. Καὶ τοσοῦτον οὐδὲν ὧν εἶπον αὐτῷ περὶ ὑμῶν διαψευσθὲν εἶδεν, ὅτι καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως τῶν ἄλλων, ἀντὶ τοῦ πλέον τῶν ἄλλων, περὶ ὑμᾶς ἐστι, καὶ ἐξῆς. Ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ. Πολλὰ περὶ Τίτου γράψας ἦν, καὶ ὡς ἐν παρεξόδῳ, καὶ τὰ περὶ αὐτοῦ εἰρημένα βέβαιοῖ. Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, ἐκεῖνα ἀληθῆ, οὕτως καὶ τὰ περὶ ὑμῶν κεκαυχημένα. « Καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. » Οἷον ἡ διάθεσις. Τοῦτο δὲ Τίτον ἐστὶ συνιστῶντος αὐτοῖς. Διὸ σπλάγχνα καὶ οὐκ ἀγάπην εἴρηκε. Τὸ γὰρ σπλάγχνον, πλέον τι δηλοῖ. « Ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοήν. » Εἶτα Ἵνα μὴ δόξῃ κολακείας εἶναι τὰ ῥήματα, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς διαθέσεως τίθησι, μᾶλλον αὐτοὺς ἐκ τούτου προτρεπόμενος. Τοῦτο δὲ καὶ τὸν Τίτον σεμνύνει, ὡς ἀεὶ Κορινθίους ἔχοντα κατὰ διάνοιαν, καὶ αὐτοὺς, ὅτι ἴσχυσαν οὕτως ἑλεῖν τὸν Τίτον. « Μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν. » Εἶτα ἐπίτασιν λέγει τῆς ὑπακοῆς, ὅτι οὐ μόνον ἦν ὑπακοὴ, ἀλλὰ φόβος καὶ τρόμος, μή ἔν τινι πάλιν προσκρούσωσι, καθάπερ ἤδη ἐπὶ τοῦ πεπορνευκότος. « Ὅτι ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν. » Κἂν ἐπιπλῆξαι δέῃ, οὐ δέδοικα μὴ ἀποβάγῃτε. Κἂν ὑπὲρ ὑμῶν καυχήσασθαι, οὐ δέδοικα μὴ ψεύστης ὀφθῶ. Τοῦτο δὲ λέγων, καὶ τὸν περὶ ἐλεημοσύνης προκατασκευάζει λόγον. « Ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν. » Κἂν ἐνώπιον Τίτου δέῃ καυχήσασθαι, κἂν ἐνώπιον ἄλλου οὑτινοσοῦν. Ἢ ἐν παντὶ πράγματι. Κἂν ἐπιτιμῆσαι καὶ ἀποστραφῆναι δέῃ τὸν πεπορνευκότα, κἂν προσλαβεῖν καὶ ἀνακαλέσασθαι μετάνοοῦντα, κἂν ἄλλο τι χρὴ γενέσθαι, ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν.

A solationem quam habebat: usque adeo poterat efficaciter sermonibus manifestum facere quod habebat in animo. Deinde nostra quoque gloratio pro Tito vel de Tito facta ad vos. Nam quod præcedit videtur hoc ostendere, videlicet: « Sed sicut omnia in veritate locuti sumus. » Etenim sicut omnia inquit, ita et de Tito. Aut magis sicut et nobis placet. « Gloriatio nostra de vobis apud Titum, » hoc est, coram Tito facta, hunc enim sensum expetunt ea quæ prius dicta sunt, nempe, « Refocillatus est spiritus ejus,... Gloriatus fui,... Non sum pudefactus. » Quod autem ait, « Sed sicut omnia in veritate, » non adversabitur. Nam quemadmodum, inquit, ea quæ vobis dixi de Tito, in veritate dixi, ita et quæ Tito dixi de vobis, in veritate contigerunt: et adeo nihil eorum quæ ipsi dixeram de B vobis, falsum esse cognovit, ut etiam viscera ipsius abundantius quam alii, sive plus quam aliorum viscera, erga vos affecta sint, etc. Sed ut omnia in veritate. Multa de Tito scripserat, et nunc tanquam in transcursu, etiam quæ de ipso dicta erant confirmat. **656** Quemadmodum enim illa, inquit, vera erant, ita et quæ de vobis gloriati sumus. « Et viscera ipsius. » Hoc est, affectus. Id autem est commendantis illis Titum, tanquam vehementer ardentem illorum amore, illisque devinctum. Ideo viscera dixit, et non amorem. Dictio namque, Viscera, plus aliquid designat. « Dum recolit omnium vestrum obedientiam. » Deinde ne assentationis esse verba videantur, causam etiam ponit affectus, ex hoc magis ipsos exhortans. Hoc autem et Titum C honestat, ut qui semper ipsos in mente haberet: et ipsos, qui ita potuerunt attrahere Titum. Quemadmodum cum timore et tremore exceperetis ipsum. Deinde intensionem quoque dicit obedientiæ, neque enim sola obedientia erat, sed et timor et tremor, ne rursum in aliquo offenderent, sicut jam in eo qui scortatus fuerat. « Quod in omnibus fiduciam habeam in vobis. » Sive objurgare oporteat, non vereor ne frangamini; sive de vobis gloriari, non timeo ne mendax appaream? Hoc autem dicens, viam præstruit sermoni de eleemosyna. « In omnibus fiducia habeo in vobis. » Ἐν παντὶ id es, *in omni*, hoc est, sive coram Tito opus sit gloriari: sive coram quovis alio: aut in omni re, sive in omnibus sive objurgare et aversari oporteat scortatorem, sive suscipere et revocare resipiscentem, sive quid ad aliud fieri oporteat, in omnibus confido in vobis.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Προτροπὴ πρὸς ἐπίδοσιν χρημάτων τοῖς ἁγίοις, καὶ τιμὴν τῶν διὰ τοῦτο ἐρχομένων.

CAPUT IX.

Exhortatio ad uberiorem pecuniarum contributionem in sanctos, et de eorum honore qui ad hoc proficiscerentur.

Γνωρίζομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, τὴν δεδομένην ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας, ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν, καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν.

VIII, 1-2. *Certiores autem vos facio, fratres, de gratia Dei quæ data fuit in Ecclesiis Macedoniæ; quoniam per multam probationem afflictionis, abundantia gaudii illorum et profunda illorum paupertas exuberabit in divitias simplicitatis illorum.*

Τεχνικῶς πάνυ κατασκευάζει τὸν λόγον τῆς ἐλεημοσύνης. Οὐ γὰρ ἦλθεν ἀπὸ ἐπιπλήξεως εἰς παραί-

657 Artificiose admodum texit sermonem de eleemosyna Neque enim ab objurgatione descendit

ad admonitionem.Nam revera ægre susceptibilem effecisset eo modo sermonem,sed ab encomiis.Vult autem illis movere sermonem de eleemosyna,et ait: « Gratia Dei.» Gratiam vocans eleemosynæ donum. Siquidem Dei donum est aliquem esse pium erga egenos, quemadmodum etiam sanitates perficere. « Quæ data fuit in Ecclesiis Macedoniæ.»Considera artificium Apostoli. Non dixit statim, Date eleemosynam ; sed quæ egregie ab aliis gesta sunt circa eleemosynam narrat ; nam ex eo quod illos laudat,magis exhortatur hos ad similem æmulationem. « Macedoniæ.»Non dixit,In parte ; sed totam laudat gentem, dicens, « In Ecclesiis Macedoniæ.» —« Quoniam per multam probationem afflictionis.» Adeo afflicti sunt, inquit, ut etiam probati ex tolerantia facti sint. Neque id adeo mirandum est, sed quod ex tanta afflictione tantum in ipsis gaudium germinaverit. « Nam abundantia, inquit, gaudii illorum, » nempe exuberavit, quod ex communi sententia supplendum est. « Et profunda illorum paupertas. » Et quemadmodum afflictio peperit gaudium, ita quoque profunda illorum paupertas, hoc est, multa. Siquidem a propriis contribulibus spoliati erant. « In divitias simplicitatis, » id est, abundantiæ, ac si diceret : O rem admirandam ! Paupertas non solum subministravit copiosas divitias, verum etiam exuberavit, neque enim ex modo eorum quæ dantur, sed ex voluntate dantium sumitur judicium : quemadmodum etiam vidua cujus duo æra minuta cæteris proposita sunt [52].

VIII, 3-6. *Nam pro viribus, testor, et supra vires ultronei, multa cum obtestatione rogarunt nos, ut ministerium et participationem ministerii susciperemus in sanctos : et non quatenus sperabamus, quinetiam seipsos dederunt, primum Domino, deinde et nobis per voluntatem Dei : ita ut exhortaremur Titum, ut sicut antea cæperat, ita et consummaret hanc quoque erga vos gratiam.*

Attestor enim illis quod pro viribus ;et quid dico pro viribus ? etiam supra vires certe ultronei alterum id encomium est. **658** Neque enim nos exhortati sumus ipsos. « Multa cum obtestatione. » Ecce et tertium encomium. Non nos obsecravimus ipsos,sed ipsi nos.Deinde adaugens obtestationem dicit : Rogarunt nos ut susciperemus. — *Aliud.* In parte hac sermonis sex quædam præclara testatur facinora de Macedoniis.Primum quidem quod juxta vires. Magnum autem est etiam ut quis præstet eleemosynam quatenus et quantum potest :sed majus est quod ait : « Supra vires. » hoc est, seipsos privantes. Et tertium quod ultronei : hoc est, non illis opus fuit aliena admonitione, sed ipsi ex seipsis quod bonum est elegerunt. Quartum, quod multa cum obtestatione,quod fervidæ voluntatis est ac eleemosynam effundentis.Neque enim tanquam gratiam aliis præstantes, sed tanquam ipsi maxi-

A νεσιν (ᾗ γὰρ ἂν δυσπαράδεκτον εἰργασατο τὸν λόγον), ἀλλὰ ἄπὸ ἐγκωμίων. Βούλεται δὲ τὸν περὶ ἐλεημοσύνης αὐτοῖς κινῆσαι λόγον, καὶ φησι· « Τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, » χάριν λέγων, τὸ τῆς ἐλεημοσύνης χάρισμα. Χάρισμα γὰρ Θεοῦ ἐστι τὸ εἶναί τινα ἐλεήμονα, ὥσπερ τὸ ἰάσεις ἐπιτελεῖν. « Τὴν δεδομένην ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας. « Ὅρα τὸ εὑρήχανον τοῦ Ἀποστόλου. Οὐκ εἶπεν εὐθὺς, Δότε ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ τὰ ἑτέροις κατωρθωμένα περὶ ἐλεημοσύνης διηγεῖται. Ἐκ γὰρ τοῦ ἐκείνους ἐγκωμιάζειν, μᾶλλον τούτους πρὸς τὸν ὅμοιον ζῆλον προτρέπει. « Τῆς Μακεδονίας. » Οὐκ εἶπεν, Ἐν μέρει, ἀλλ' ὁλόκληρον ἐταινει τὸ ἔθνος, « Ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας, » εἰπών. « Ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως. » Οὕτως ἐθλίβησαν, φησὶν ὅτι καὶ
B δόκιμοι ἐκ τῆς ὑπομονῆς γεγένηται. Καὶ οὔπω τοῦτο θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι ἐκ τοσαύτης θλίψεως τοσαύτη χαρὰ ἐβλάστησεν ἐν αὐτοῖς. « Ἡ περισσεία γὰρ τῆς χαρᾶς αὐτῶν. » Ἀπὸ κοινοῦ τὸ, ἐπερίσσευσεν. « Καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν. » Καὶ ὥσπερ ἡ θλῖψις χαρὰν ἔτεκεν, οὕτως καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία, τουτέστιν ἡ πολλή. Καὶ γὰρ διηρπάγησαν ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, « Εἰς πλοῦτον ἁπλότητος, » τουτέστι, δαψιλείας· ὡς εἰ ἔλεγεν· Ὦ τοῦ παραδόξου ! Ἡ πτωχεία εἰς δαψιλῆ πλοῦτον οὐ μόνον ὑπούργησεν, ἀλλὰ καὶ ἐπερίσσευσεν. Οὐ γὰρ τῷ μέτρῳ τῶν διδομένων, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τῶν παρέχόντων κρίνεται. Οὕτως καὶ ἡ χήρα ἧς τὰ δύο λεπτὰ προκέκριται.

Ὅτι κατὰ δύναμιν μαρτυρῶ, καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόC μενοι ἡμῶν τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, δέξασθαι ἡμᾶς. Καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ Κυρίῳ ἡμῖν διὰ θελήματος Θεοῦ, εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον, ἵνα καθὼς προενήρξατο, οὕτως καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην.

Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς ὅτι κατὰ δύναμιν. Τί λέγω, κατὰ δύναμιν ; καὶ ὑπὲρ δύναμιν μὲν οὖν αὐθαίρετοι. Δεύτερον ἐγκώμιον. Οὐ γὰρ ἡμεῖς αὐτοὺς προετρεψάμεθα. « Μετὰ πολλῆς παρακλήσεως. » Τρίτον ἐγκώμιον. Ὅτι οὐχ ἡμεῖς παρεκαλέσαμεν, ἀλλ' αὐτοί. Εἶτα ἐπιτείνων τὴν παράκλησιν, φησί. Δεομενοι ἡμῶν εἰς τὸ δέξασθαι. — Ἄλλο. [ΦΩΤ.] Ἐν
D τῇ περικοπῇ τοῦδε τοῦ ῥητοῦ, ἓξ τινα κατορθώματα ἐμαρτύρησε τοῖς Μακεδονίοις. Πρῶτον μὲν, ὅτι κατὰ δύναμιν. Μέγα δὲ, καὶ τὸ καθόσον ἰσχύει τις ποιῆσαι ἐλεημοσύνην. Ὃ δὲ καὶ μεῖζόν φησιν, ὅτι, « Καὶ ὑπὲρ δύναμιν, » τουτέστιν ἑαυτοὺς ἀποστεροῦντες. Καὶ τρίτον, ὅτι αὐθαίρετοι, τουτέστιν, οὐκ ἐδεήθησαν εἰς τοῦτο παραινέσεως ἀλλοτρίας, ἀλλ' αὐτοὶ ἐξ ἑαυτῶν, τὸ ἀγαθὸν ᾑρετίσαντο. Τέταρτον, ὅτι μετὰ πολλῆς παρακλήσεως, ὅπερ ἐστὶ θερμῆς, καὶ ὑπερβλυζούσης αὐτὴν ἐλεημοσύνην προαιρέσεως. Οὐ γὰρ ὡς αὐτο ἑτέροις χάριν κατατιθέμενοι, ἀλλ' ὡς αὐτοὶ μεγάλα

[52] Luc. xxi, 2.

κερδαίνοντες, παρεκάλουν, ἐδέοντο, καὶ οὐκ ἀνίεσαν δεόμενοι. Δεόμενοι γὰρ, φησὶν, ἡμῶν. Πέμπτον, ὅτι καὶ παρ' ἐλπίδας Παύλου. Ὅρα ποῦ ἀνεβίβασε τὸ πρᾶγμα· Καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ, φησὶ, μεγαλοψυχότερον διετέθησαν. Οὐ γὰρ ἐγὼ αὐτὸς, φησὶν, ἤλπιζον, τοσοῦτον αὐτοὺς ἐλεημοσύνην δαψιλεύσασθαι, ὁ δὲ οὐδὲ τούτοις ἠρκέσθη, ἀλλ' ἐπὶ τῇ συμπληρώσει τῆς περίδου, τὸ μεῖζον πάντων τέθεικε. Τί γὰρ, φησὶν, ἦν, ὃ κατὰ δύναμιν, καὶ ὑπὲρ δύναμιν καὶ αὐθαίρετοι, καὶ παρακαλοῦντες, καὶ δεόμενοι καὶ παρ' ἐλπίδας ἐποίουν; Ὦ μέγεθος ἀρετῆς καὶ ἐλεημοσύνης ἀξίας τῶν τοῦ Παύλου ἐγκωμίων! Τί ἦν ὃ ἔποίουν; « Ἔδωκαν ἑαυτοὺς, φησί, πρῶτον τῷ Κυρίῳ καὶ ἡμῖν, διὰ θελήματος Θεοῦ. » Οὐκ ἔδωκαν μέρος τι, καὶ μέρος πρὸ' ἑαυτοῖς κατέσχον, ἀλλ' ἑαυτοὺς ὅλους τῷ Κυρίῳ, ὡσανεὶ, οὐδὲ τὰς τοῦ ζῆν ἀφορμὰς ἑαυτοῖς κατέλιπον, ἀλλὰ πάντα δόντες, τὴν ἑαυτῶν πρόνοιαν πᾶσαν καὶ φροντίδα ἀνέθεντο τῷ Κυρίῳ. Διὸ καὶ τὸ μέγεθος ἐννοῶν ὁ Παῦλος τοῦ καθορθώματος, ἐπάγει. « Διὰ θελήματος Θεοῦ. » Ἀντὶ τοῦ, Μὴ θαυμάσῃς, ἄνθρωπε· Θεὸν εἶχον συνεργὸν, τοῦτον διὰ τῆς προαιρέσεως ἑφελκυσάμενοι. Ἔνθα δὲ Θεὸς συνεργεῖ οὐδὲν ἀδύνατον. Ὅρα δὲ πῶς χάριν αὐτὸ καὶ κοινωνίαν καλῶν ἐπὶ τέλει ἀνεῖπεν, ὅτι ὅλως ἑαυτοὺς ἔδωκαν. « Καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας. » Ἐπεὶ ζηλωταὶ ἦσαν ἀνθρώπων, χάριν καὶ χάρισμα τὸ πρᾶγμα καλεῖ, ἵνα ἐπιδράμωσι. Κοινωνίαν δὲ καλεῖ τὴν ἐλεημοσύνην, δεικνὺς ὅτι οἱ μὲν χρήματα διδάσιν, οἱ δὲ λαμβάνοντες, τὴν παρὰ Θεοῦ βοήθειαν αὐτοῖς συνεισφέρουσιν.

« Καὶ εὐ καθὼς ἠλπίσαμεν. » Τοῦτο καὶ πρὸς τὰς θλίφεις καὶ τὴν ποσότητα νοητέον. Οὐ γὰρ ἠλπίσαμεν, φησὶν ὅτι ἐν θλίψει ὄντες τοσαύτῃ, ἢ ἔδωκαν, ἢ τοσαῦτα ἔδωκαν. « Ἀλλ' ἑαυτοὺς ἔδωκαν. » Οὐκ ἐν μέρει μὲν, φησὶ, τῷ Κυρίῳ, ἐν μέρει δὲ τοῖς κοσκμικοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ὅλοι δι' ὅλων ἔδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Κυρίῳ. Καὶ ἡμεῖν δὲ οὐκ εἰκῇ, ἀλλὰ διὰ θεκήματος Θεοῦ, τουτέστι, διὰ τὸ θέλημα καὶ τὸ ἀρεστὸν Θεῷ, τοῦτο ποιοῦντες. « Εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον. » Καὶ τοσοῦτον, φησὶν, ἔδωκαν ἑαυτοὺς πρὸς τοῦτο, ὥστε ἐλθεῖν με εἰς τὸ πέμψαι Τίτον περὶ τούτου πρὸς ὑμᾶς, ἵνα μὴ ἔλαττον σχοίητε Μακεδόνων. « Ἵνα καθὼς προενήρξατο. » Οἰκειοῖ αὐτοῖς τὸν Τίτον. Δείκνυσι γὰρ αὐτὸν, προθέμενον καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀπελθεῖν πρὸς Κορινθίους, ἵνα μὴ ἐλαττωθῶσι Μακεδόνων· τοῦτο δὲ ἀγάπης ἦν Τίτου. Ἵνα, φησὶ, καθὼς προενήρξατο τουτέστι, πφοέθετο τὸ δεῖν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. « Καὶ ἐπιτελέσῃ, τουτέστι πληρώσῃ τὸ ἔγχείρημα. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ παρασκευάσαι αὐτὸν εἰς ἔργον ὑμᾶς ἀγαγεῖν τὸ κατὰ τὴγ ἐλεημοσύνην. « Οὕτως ἔπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς. » Ὡς καὶ τὰ λοιπὰ ὑμῖν, φησὶ, διήνυσται, ἅπερ ἐν τοῖς ἄνω μαρτυρεῖ· Ὅρα δὲ πῶς πανταχοῦ χάρισμα καλεῖ τὴν ἐλεημοσύνην. Καὶ τὴν χάριν γὰρ, φησὶ, ταύτην.

mum lucrum facientes, obtestabantur et obsecrabant: nec quieverunt a precibus. Rogantes, inquit, nos. Quintum quod etiam supra ea quæ speraverat Paulus. Vide quo rem produxerit: Et meipsum, inquit, magis magnanimum reddiderunt; neque enim ego ipse sperabam quod tam abundantem eleemosynam præstare possent. At ne hæc quidem illi satis fuerunt, sed ad complementum periodi quod omnibus majus est posuit. Quid enim fuit, inquit, quod juxta vires et supra vires, et ultronei, et obtestantes ac orantes, et plus quam speraremus fecerunt? O magnitudinem virtutis ac eleemosynæ dignæ sane Pauli encomiis! Quid est illud quod fecerunt?« Seipsos inquit, dederunt, primum Domino, deinde et nobis per voluntatem Dei. » Non partem aliquam dederunt et partem sibi retinuerunt, ac si diceret: Ne vivendi quidem subsidia sibi retinuerunt, sed datis omnibus, suam ipsorum providentiam omnem et curam in Dominum reposuerunt. Ideo quoque Paulus magnitudinem præclari facinoris intelligens, subjungit. « Per voluntatem Dei, » tanquam dixisset: Ne admireris, o homo. Deum habebant auxiliatorem, quem ultronea promptaque voluntate attraxerant. Ubi vero Deus auxiliatur, nihil impossibile est. Considera autem quomodo cum prius illud vocasset gratiam ac participationem in fine addiderit quod omnino seipsos dederunt. « Et participationem ministerii. » Quoniam æmulatores erant hominum, rem ipsam dicit gratiam ac donum ut accurrant. Eleemosynam autem vocat participationem, ostendens quod illi quidem pecunias tribuunt; qui vero accipiunt, **659** auxilium a Deo ipsis conferunt. « Et non quatenus sperabamus. » Hoc et ad afflictiones et ad quantitatem intelligendum est. Non enim sperabamus, cum essent in afflictione, quod aut darent aut tanta darent. « Sed seipsos dederunt. » Non partim, inquit, Domino, partim vero mundanis rebus, sed toti per omnia dederunt seipsos Domino, nobis autem non temere, sed per voluntatem Dei: hoc est, facientes ideo quod beneplacitum ac voluntas Dei esset. « Ita ut adhortaremur Titum. » Et adeo, inquit, seipsos ad hoc tradiderunt, ut in hoc venirem, quo Titum de hac re ad vos mitterem, ne inferiores essetis Macedonibus. « Ut sicut antea cœperat. » Consiliat ipsis Titum. Ostendit enim quod proposuerit etiam a seipso proficisci ad Corinthios, ne inferiores essent Macedonibus: hoc erat amoris Titi. Ut sicut antea cœperat, inquit: hoc est, proposuerat et conceperat quod oporteret venire ad vos; « ita et consummaret. » Hoc est, rem tentatam compleret: hoc autem est ipsum hoc efficere ut vos ad opus deducat quod ad eleemosynam pertinet. « Ita et consummaret erga vos. » Sicut cætera, inquit, vobiscum transegerat quæ in superioribus testatur. Vide autem quomodo eleemosynam ubique donum vocet. Etiam hanc, inquit, gratiam.

'Αλλ' ὥσπερ ἐν παντὶ περισσεύετε πίστει καὶ λογῳ καὶ γνώσει καὶ πάσῃ σπουδῇ, καὶ τῇ ἐξ

VIII, 7, 8. *Imo quemadmodum ubique abundatis fide et sermone et scientia et omni diligentia, et ea*

quæ ex vobis erga nos est charitate, facite ut in hac quoque gratia abundetis. Non secundum imperium loquor, sed per studium aliorum etiam vestræ dilectionis sinceritatem probans.

Considera rursum adhortationem cum encomiis. Abundantis, inqui, hoc est, omnia habetis in abundantia. Fidem quidem, quæ in Deum est : sermone vero, id est, sapientia : scientia autem, quæ dogmatum est ; et omni diligentia, quæ circa aliam virtutem est. « Et ea quæ ex vobis erga nos, est charitate, » et sicut abundatis, inquit, diligendo nos. Quanquam enim non ita ipsum diligerent sicut ipse illos, attamen diligebant. Sed et verba hæc eo dirigebat, ut similiter ipsum amarent. « Ut etiam in hac gratia. » Rursum gratiam vocat eleemosynam. Abundatis autem, id est, aut super pauperes Macedones abunde habetis : **660** aut ut περισσεύετε idem sit quod liberales estis. « Non secundum imperium loquor. » Quoniam et multa admonerat et Macedones vehementer commendaverat, ne cuiquam gravis videretur, ait : « Non secundum imperium loquor, » hoc est, non veluti cogens. « Sed per studium aliorum. « Hoc est, propterea narravi studium Macedonum, id est, eleemosynam, ut per illorum studium probatiores vos reddam, qui a me vehementer amamini. Probans enim hoc est, probatiores ostendens. — Nam dilectionis quæ erga Deum erat, aut si mavis, quam erga Paulum gerebant, efficax erat probatio eleemosyna in proximos. Siquidem persuasus sum, inquit, et Deum et nos propter ipsum, a vobis amari : sed perfectior sinceræ et ingenuæ dilectionis probatio ac confirmatio, per eleemosynam in pauperes declaratur.

VIII, 9-11. *Nostis enim gratiam Domini Jesu Christi quod propter vos pauper fuerit cum esset dives, ut vos illius inopia ditesceretis. Et consilium in hoc do. Nam hoc vobis conducit : qui quidem non solum facere sed et velle cæpistis jam ab anno superiore. Nunc autem et illud quod facere cæpistis perficite : ut quemadmodum promptitudo voluntatis fuit, ita perficiatur ex eo quod possidet.*

« Nostis enim gratiam Domini nostri. » Nam pauper fuit in nostra carne : deinde condemnatus est ac crucifixus : idque propter nos indignos. Si igitur ille, inquit, propter te pauper fuit, tu ne pecunias quidem propter ipsum dabis ? « Cum esset dives. » Quatenus est et intelligitur esse Deus : utpote ineffabilis, inintelligibilis, invisibilis, incomprehensibilis, gloriam habens ineffabilem, lucem quæ exprimi nequeat, magnitudinem incomparabilem, « Ut vos illius inopia ditesceritis. » Nisi enim ille, inquit, pauper fuisset, nos ditari non potuissemus. Sumus autem ditati remissione peccatorum sanctitate, adoptione, ipso etiam cœlorum regno. « Et consilium in hoc do. » Vide quomodo studeat non gravis aut odiosus haberi. Meam, ait, sententiam et consilium do, non necessitatem impono, imo propterea do ipsum consilium, quod res sit quæ vobis magis conducat

A ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι περισσεύητε. Οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων.

Ὅρα πάλιν μετ' ἐγκωμίων τὴν προτροπήν· Περισσεύετε, φησὶ, τουτέστι, μετὰ περιουσίας ἔχετε πάντα. Πίστει μὲν, τῇ εἰς Θεόν· λόγῳ δὲ, τῇ σοφίᾳ. Γνώσει δὲ, τῇ τῶν δογμάτων. Καὶ πάσῃ σπουδῇ, τῇ περὶ τὴν ἄλλην ἀρετήν. « Καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ. » Καὶ ὥσπερ, φησὶ, περισσεύετε ἐν τῷ ἀγαπᾶν με. Εἰ καὶ μὴ ἠγάπων αὐτὸν οὕτως ὡς αὐτὸς ἐκείνους, ἠγάπων δὲ ὅμως. Πλὴν καὶ προτρεπομένου, τὰ ῥήματα εἰς τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν οὕτως. « Ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι. » Πάλιν χάρισμα τὴν ἐλεημοσύνην καλεῖ. Περισσεύετε δὲ, ἢ ὑπὲρ Μακεδόνας

B τοὺς πένητας, ἢ οἷον δαψιλεύεσθε. Οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω. » Ἐπειδὴ πολλὰ τε παρῄνεσε, καὶ σφόδρα Μακεδόνας ἐνεκωμίασεν, ἵνα μὴ ἐπαχθής τις εἶναι δόξῃ, φησὶν, Οὐ κατ' ἐπιταγὴν, » λέγω, τουτέστιν, οὐχ ὡς κελεύων, οὐδ ὡς ἀναγκάζων, ἀλλὰ « Διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, » τουτέστι, διὰ τοῦτο διεξῆλθον τὴν σπουδὴν Μακεδόνων, τὴν περὶ ἐλεημοσύνην, ἵνα διὰ τῆς ἐκείνων σπουδῆς δοκιμωτέρους ὑμᾶς τοὺς ὑπ' ἐμοῦ ἠγαπημένους ποιήσω. Δοκιμάζων γὰρ, τουτέστι, δοκιμωτέρους ἀποφαίνων. — [ΦΩΤ.] Ἀγάπης γὰρ, τῆς εἰς Θεὸν, εἰ βούλει δὲ τῆς εἰς Παῦλον, ἐναργὴς ἀπόδειξις καὶ δοκιμὴ, ἡ εἰς τοὺς πλησίον ἐλεημοσύνη. Πέπεισμαι γὰρ, φησὶ, καὶ τὸν Θεὸν, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτὸν, ὑφ' ὑμῶν ἀγαπᾶσθαι, ἀλλ' ἡ τελειοτέρα τῆς γνησίας ἀγάπης

C παράστασις καὶ βεβαίωσις, διὰ τῆς εἰς τοὺς πλησίον, ἐλεημοσύνης ἐμφανίζεται.

Γινῶσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιός ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε, καὶ γνώμην ὑμῖν ἐν τούτῳ δίδωμι. Τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει, οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προεκρίξασθε ἀπὸ πέρυσι. Νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε. Ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, οὕτως καὶ τὸ ἐπιτελέσαι ἐκ τοῦ ἔχειν.

« Γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Ἐπτώχευσε γὰρ τὴν ἡμετέραν σάρκα. Εἶτα κατεδικάσθη, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ τοῦτο δι' ἡμᾶς τοὺς ἀναξίους. Ὅτι δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν. Εἰ οὖν ἐκεῖνος,

D φησὶν, ἐπτώχευσε διὰ σὲ, σὺ οὐδὲ χρήματα δίδως δι' αὐτόν ; « Πλούσιος ὤν. » Καθό ἐστι καὶ νοεῖται Θεὸς, οἷον ἀνέκφραστος, ἀπερινόητος, ἀόρατος, ἀκατάληπτος, δόξαν ἔχων ἀπόῤῥητον, φῶς ἀνεκλάλητον, μεγαλωσύνην ἀνείκαστον. « Ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε. » Εἰ γὰρ μὴ ἐκεῖνος, φησὶν, ἐπτώχευσεν, οὐκ ἂν ἡμεῖς ἐπλουτήσαμεν. Ἐπλουτήσαμεν δὲ, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἁγιωσύνην, υἱοθεσίαν, αὐτὴν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. « Καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι. » Ὅρα πῶς ἀνεπαχθὴς εἶναι σπουδάζει. Γνώμην, φησὶ καὶ συμβουλὴν δίδωμι, οὐκ ἀνάγκην τινὰ ἐπιτίθημι, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν συμβουλὴν διὰ τὸ ὑμῖν μᾶλλον συμφέρειν τὸ πρᾶγμα,

ἤπερ τοῖς λαμβάνουσι λέγω. « Οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι. » Καὶ λοιπὸν λέγει τὴν γνώμην. Οἵτινες, φησὶν, οὐ μόνον ἀρχὴν ἔχετε πρὸς τὸ ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ θέλειν, τουτέστι, τὸ ἑκουσίως ποιεῖν, καὶ μηδενὸς προτρεψαμένου, « Νῦν καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε, » τουτέστι, πληρώσατε αὐτὸ, ὃ ἐνήρξασθε θέλειν. Βούλεται δὲ τὸ αὐθαίρετον καὶ τούτοις, ὡς Μακεδόσι περιάψαι. « Ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία. » Ἵνα μὴ, φησὶν, ἄχρι προθυμίας στῇ τὸ καλὸν ἔργον τοῦτο, ἀλλ' ὥσπερ ἡ προθυμία, ἐκ γνώμης καὶ ἐκ θελήματος ἑκουσίου γέγονεν, οὕτω καὶ τὸ τὴν προθυμίαν πληρωθῆναι γένηται ἐκ τοῦ ἔχειν, τουτέστιν, ἐκ τοῦ ἔχοντας εἰσενεγκεῖν. Ὡς εἴ γε οὐκ ἔχει τις, τὸ ἀπὸ τῆς προθυμίας ἐπλήρωσεν.

Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει. Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλῖψις, ἀλλ' ἐξ ἰσότητος ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα. Ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται, εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, ὅπως γένηται ἰσότης, καθὼς γέγραπται. Ὁ τὸ πολὺ οὐκ ἐπλεόνασε, καὶ ὁ τὸ ὀλίγον οὐκ ἠλαττόνησεν.

Προκειμένης γάρ, φησὶ, προθυμίας, καθὸ μέρος ἔχει, εὐπρόσδεκτός ἐστι παρὰ Θεῷ, κἂν μικρὸν ᾖ, κἂν μηδὲν ᾖ παντελῶς. Καθὸ γὰρ ἔχει, φησὶν, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει, ἀπαιτεῖται. « Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις. » Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοι μετὰ ἀνέσεως τραφῶσι, χρὴ ὑμᾶς ὑπὲρ δύναμιν δοῦναι, ὥστε καὶ ἔνδειαν καὶ θλῖψιν ὑπομεῖναι ἐκ τούτου. Τοῦτο δὲ, διὰ τὸ αὐτῶν ἀτελές φησιν. Ὁ γὰρ Μακεδόνας ἐπαινῶν ὅτι ὑπὲρ δύναμιν ἔδωκαν, δῆλός ἐστι καὶ τούτους τοῦτο ποιεῖν ἐθέλων. Ἀμέλει παρακατιὼν, αἰνιγματωδῶς κατασκευάζει τὸ δεῖν ὑπὲρ δύναμιν διδόναι. « Ἀλλ' ἐξ ἰσότητος. » Κομᾶτε, φησὶ, χρήμασιν ὑμεῖς, ἐκεῖνοι δὲ τῇ εἰς Θεὸν παῤῥησίᾳ, οἷς τά τῆς ἐλεημοσύνης μέλλει δίδοσθαι. Δότε τοίνυν αὐτοῖς τὰ περισσὰ τῶν χρημάτων, καὶ λάβετε τὸ περισσὸν τῆς εἰς Θεὸν παῤῥησίας. Εἰπὼν δὲ, ἐξ ἰσότητος, ῥῆμα προτρέπεται αὐτοὺς μὴ τὸ περίσσευμα δοῦναι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ὑστέρημα. Τοῦτο γάρ, φησὶν, εἰ περίσσευμα δῷς, περίσσευμα λαμβάνεις. Εἰ δαψιλὲς δῷς, δαψιλὲς λήψῃ. Εἰ δὲ ὁλόκληρον βούλει τὴν πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν ἐπισπάσασθαι, ὅλα κένωσον καὶ σὺ, δὸς καὶ ἐκ τοῦ ὑστερήματος. Ἐξ ἰσότητος γάρ ἐστιν ἡ λῆψις τῆς δόσεως. « Ἐν τῷ νῦν καιρῷ. » Ἐν τῷ νῦν καιρῷ, φησίν. Ἐν γάρ τῷ μέλλοντι, οὐδὲν τούτων ἐπιδείκνυσθαι δύναται. — Καὶ ἄλλως δέ. [ΦΩΤ.] Ἐν τῷ νῦν καιρῷ ἐπιτέλεσον τὴν ἰσότητα. Ἐν γὰρ τῷ μέλλοντι πολλαπλασίονα ἀπολήψῃ. Καὶ πρόσκαιρος μὲν ἡ δοκοῦσα ζημία (ἐν τῷ νῦν γὰρ καιρῷ, φησὶ), διαιωνίζων δὲ ὁ ἄφατος πλοῦτος. « Καθὼς γέγραπται. » Δείξας ὅτι οὐ μόνον διδοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἀντιλαμβάνουσι, καὶ μείζονα ἀντιλαμβάνουσι (κἂν γάρ εἶπεν, « Ὅπως γένηται ἰσότης, » πρὸς δαψίλειαν αὐτοὺς προτρέπων εἶπεν. Οὐκ ἔστι γὰρ ἴσον δοῦναι

si suscipiatis. **661** « Qui quidem non solum facere. » Consequenter etiam dicit ipsum consilium. Qui quidem non solum, inquit, principium habetis ad faciendum, verum etiam ad volendum, hoc est, ut voluntarie et nullo adhortante faceretis. « Nunc autem et illud quod facere cœpistis perficite. » Hoc est, complete illud quod jam velle cœpistis. Cupit autem efficere, ut hi quoque sint ultronei quemadmodum Macedones, « Ut quemadmodum promptitudo. » Ne in sola animi promptitudine, inquit, bonum hoc opus sistat : sed quemadmodum promptitudo ex mente et ultronea voluntate processit, ita quoque impleatur animi promptitudo. Ex eo quod possidet : hoc est, eo quod possidentes conferant, ut si quis non habeat, jam ex illo quod prompti animi erat rem complevit.

VIII, 12-15. *Etenim si prius adsit animi promtitudo, juxta quodcunque illud est quod possidet aliquis acceptus est, non juxta id quod non possidet. Non enim ut aliis relaxatio sit, vobis autem angustia : sed ut ex parilitate, in præsenti tempore vestra copia illorum succurrat inopiæ, ut etiam illorum copia vestræ succurat inopiæ, ut fiat parilitas, quemadmodum scriptum est. Qui multum habebat, huic nihil superfuit : et qui paulum habebat, is nihilominus habuit.*

Præmissa enim animi promptitudine, inquit, acceptus est quispiam a Deo juxta partem quam possidet, sive parva sit, sive nihil omnino sit. Juxta id, ait, quod possidet, non juxta id quod non possidet, exigitur. « Non enim ut aliis relaxatio sit. » Neque enim ut alii cum remissione ac dissolutione alantur, vos oportet supra possibilitatem dare, ut etiam indigentiam et afflictionem ex hoc sustineatis. Id autem propter illorum dicit imperfectionem. Siquidem cum Macedones ex hoc laudaverit quod supra vires dedissent, manifestum est quod hos quoque id facere vellet. Certe in progressu obscure astruit oportere supra vires tribuere. « Sed ex parilitate. » Nos, inquit, efferimini divitiis, illi vero quibus dandæ sunt eleemosynæ, libertate erga Deum : vos igitur date illis superflua quæ possidetis in divitiis, et accipite superfluum quod de libertate erga Deum possident. Dicens autem. « Ex parilitate, sensim adhortatur eos non ut dent quod superfluum est, **662** verum etiam quod necessarium est sive ipsam penuriam. Nam si quod superfluum est, inquit, dederis, etiam quod superfluum est accipies : si abunde dederis, abunde recipies. Si vero perfectam erga Deum libertatem conciliare cupis, tu quoque teipsum evacua, et ex eo etiam quod necessarium est tribuito. Siquidem ex parilitate est doni acceptio. « In præsenti tempore. » In hoc, inquit, tempore. Nam in futuro nihil hujusmodi potest exhiberi. — *Alio quoque modo.* In præsenti tempore perfice parilitatem, in futuro enim multiplicata accipies. Et temporarium quidem est quod videtur damnum : nam « In præsenti, inquit, tempore, » porro in perpetuum [illegible]

ineffabiles divitias. «Quemadmodum scriptum est.» Postquam ostendit quod non solum dent, verum etiam recipiant, imo majora recipiant (quanquam enim dixit: « Ut fiat parilitas, ad libertatem illos exhortando dixit, siquidem æquale non est dare pecunias et recipere libertatem erga Deum):» nunc id ex Veteri Testamento vult confirmare; quia licet non tradideritis, inquit, nihil amplius erit vobis qui accumulatis. Quanquam enim illi a vobis non accipiant, non propterea inferiores erunt: Deus namque ipsos non despiciet, propter quem pauperes sunt. Siquidem scribens ad illos: Direptionem, inquit, facultatum vestrarum cum gaudio accepistis[53]. » Etenim laudabile quidem erat ex seipsis cœpisse facere, cum solum admoniti fuerint ad volendum: majus autem ipsam quoque voluntatem ex proprio animo natam esse, et ultroneam voluntatem demonstrasse. Si ergo quod majus est, inquit, exibuistis, etiam quod minus est perficite.

A χρήματα, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν ἀντιλαβεῖν), νῦν ἐκ τῆς μαρτυρίας τῆς παλαιᾶς θέλει τοῦτο κατασκευάσαι, ὅτι κἂν μὴ μεταδῶτε, οὐδὲν ὑμῖν ἔσται πλέον συνάγουσι. Κἂν γὰρ μὴ λάβωσιν ἐκεῖνοι παρ' ἡμῶν, οὐ παρὰ τοῦτο ἐλαττωθήσονται. Οὐ γὰρ ἂν αὐτοὺς περιίδοι ὁ Θεὸς, δι' ὃν εἰσι πένητες. « Καὶ τὴν ἁρπαγὴν γὰρ τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, » αὐτοῖς γράφων λέγει. Ἐπαινετὸν μὲν γὰρ τὸ ἐξ ἑαυτῶν ἄρξασθαι ποιεῖν, νουθετηθέντας μόνον πρὸς τὸ θελῆσαι. Μεῖζον δὲ, τὸ καὶ αὐτὸ τὸ θελῆσαι ἐξ οἰκείας βλαστῆσαι γνώμης, καὶ αὐθαίρετον ἐπιδείξασθαι. Εἰ οὖν τὸ μεῖζον, φησὶν, ἐπεδείξατε, καὶ τὸ ἔλαττον ἐπιτελέσατε.

VIII, 16-18. *Gratias autem Deo qui dedit eamdem sollicitudinem pro vobis in corde Titi, qui exhortationem acceperit; quin potius, cum esset diligentior, suapte sponte ad vos profectus sit. Misimus autem una cum ipso fratrem cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias.*

Ut de eleemosyna disseruit quantum oportuit, consequenter laudat eos qui ad hoc missi sunt, ut dum omni carerent suspicione, magis ipsos inducerent ut prompto animo conferrent. Dei autem opus dicit quod Titum ad hoc excitaverit: eo modo auctoritatem et gravitatem addens contributioni; nisi enim magnum aliquid esset, nequaquam ad id excitatus a Deo esset. « Qui exhortationem acceperit. » **663** Et unde, inquit, manifestum est quod Deus Titum admonuerit? Unde? Quia exhortationem quidem suscepit, hoc est, a me quidem admonitus est, verum illud quoque intus ad hoc impellebat. Ideo etiam factus diligentior quam ex mea unius adhortatione fuisset, sua sponte profectus est, hoc est, ultro et sua promptitudine. Considera autem sapientiam: et Dei opus esse dicit adventum Titi, et seipsum exhortatum fuisse, et Tito ne opus quidem fuisse exhortatione.

« Misimus autem una cum illo fratrem. »Multi hunc Lucam fuisse dicunt propter conscriptum ab ipso Evangelium: multi vero Barnabam. Siquidem prædicationem non scriptam aiunt dictam esse Evangelium: idque sit verosimilius. Nam quæ post hæc sequuntur Barnabæ magis aptantur. «Cujus laus est in Evangelio. » Non enim solum prædicat, inquit, sed cum laude hoc facit. Illa vero laus non ad unum sed ad omnes pervenit Ecclesias. — Quare autem Titi quidem nomen exprimit, horum autem non ita? Quia Titum noverant, hos autem non noverant; et quia de his tanta dicit, quanta ad commendationem tantum sufficiant; idque facit volens etiam suspicionem effugere, quod sibi vellet assumere pecunias. « Cujus laus est in Evangelio. »Nam deest verbum ἐστί, est,

B Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, τῷ διδόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ Τίτου, ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο. Σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων αὐθαίρετος ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς. Συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν, οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν.

Διαλεχθεὶς περὶ ἐλεημοσύνης ὅσα ἐχρῆν, λοιπὸν ἐπαινεῖ τοὺς ἐπὶ τούτῳ ἀποσταλέντας, ἵνα ἀνύποπτοι γενόμενοι, μᾶλλον εἰς προθυμίαν αὐτοὺς συνείσενεγκεῖν ἐνάγωσι. Θεοῦ δὲ λέγει ἔργον, τὸ διεγερθῆναι Τίτον εἰς τοῦτο, τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀξιόπιστον ποιῶν τὴν δόσιν. Εἰ γὰρ μὴ μέγα ἦν, οὐκ ἂν ἀπὸ Θεοῦ πρὸς τοῦτο διηγέρθη. « Ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο. » Καὶ πόθεν δῆλον, φησὶν, ὅτι ὁ Θεὸς προέτρεψε τὸν Τίτον; Πόθεν; Ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν C ἐδέξατο, τουτέστι παρεκλήθη μὲν παρ' ἐμοῦ, πλὴν καὶ αὐτὸ οἴκοθεν ὥρμητο εἰς τοῦτο. Διὸ καὶ σπουδαιότερος ὑπάρχων τῆς παρ' ἐμοῦ παρακλήσεως, αὐθαίρετος ἐξῆλθε, τουτέστιν ἑκών, καὶ ἐξ οἰκείας προθυμίας. Ὅρα δὲ σοφίαν· Καὶ τοῦ Θεοῦ λέγει ἔργον εἶναι τὴν ἔλευσιν Τίτου, καὶ ἑαυτὸν παρακεκληκέναι, καὶ Τίτον μηδὲ δεδεῆσθαι παρακλήσεως.

« Συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφόν. « Πολλοί φασι τὸν Λουκᾶν, διὰ τὸ σύνταγμα τοῦ Εὐαγγελίου, πολλοὶ τὸν Βαρνάβαν. Καὶ γὰρ καὶ τὸ ἄγραφον κήρυγμα, Εὐαγγέλιόν φασι κεκλῆσθαι. Ὃ καὶ μᾶλλον· τὰ γὰρ μετὰ ταῦτα, τῷ Βαρνάβᾳ ἁρμοδιώτερα. « Οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. » Οὐ γὰρ κηρύσσει μόνον, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ἐπαινουμένως. Ὁ D δὲ ἔπαινος, οὐ παρ' ἑνὸς, ἀλλὰ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἦλθε, φησί. — [ΦΩΤ.] Τίνος δὲ ἕνεκεν τὸ μὲν ὄνομα Τίτου λέγει, τούτων δὲ οὐκ ἔτι; Ὅτι τὸν μὲν Τίτον ᾔδεσαν, τούτους δὲ ἠγνόουν. Καὶ ὅτι τοσαῦτα λέγει περὶ αὐτῶν, ὅσα πρὸς σύστασιν ἤρκει μόνον, καὶ τὸ φυγεῖν τὴν ὑπόνοιαν τοῦ σφετερισμοῦ τῶν χρημάτων. « Οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. » Λείπει τὸ, ἔστιν, ὃ δεῖ ἐπινοήσαντας, κατὰ κοινοῦ ἐξακούειν καὶ ἐπὶ τῆς ἐξῆς. Οἷον, « Οὗ ὁ ἔπαινος

[53] Hebr. x, 34.

ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἐστίν. » Οὐ μόνον δὲ θαυμασίως καὶ ἐπαίνου ἀξίως εὐαγγελίζεται καὶ κηρύσσει, « Ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ἐστιν, » ἀντὶ τοῦ, ἀλλὰ καὶ κεχειροτονημένος ἐστίν. Ὑπὸ τίνων ; ὑπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν. Εἰς τί ; εἰς τὸ εἶναι συνέκδημος ἡμῶν ἐν τῷ κηρύγματι. Εἶτα οὐ μόνον ἐν τῷ κηρύγματι κεχειροτονημένος ἐστὶ (δεῖ γὰρ ἀπὸ κοινοῦ καὶ τὸ, « Οὐ μόνον, » ἐκλαβεῖν), ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ χάριτι ταύτῃ, καὶ ἐξῆς, τουτέστιν, ὅτι κεχειροτονημένος ἐστὶν ὥσπερ εἰς τὸ συνέκδημος ἡμῶν εἶναι καὶ κηρύσσειν τὸ Εὐαγγέλιον, οὕτω καὶ τὸ διακονεῖν τῇ ἐλεημοσύνῃ. Διὰ τοῦτο ἄρα καὶ ἀπέσταλται νῦν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει. Οἷον ἄνωθεν, φησὶν, εἰς τοῦτο κεχειροτόνηται ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ οὐ νῦν ὑφ' ἡμῶν αὐτοσχεδιάζεται, ἀλλὰ χειροτονηθεὶς, συνέκδημος ἡμῶν συνεχειροτονήθη καὶ ἐν ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ χάριτι λειτουργεῖν καὶ ὑπηρετεῖν.

Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ χειροτανηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν συνέκδημος ἡμῶν, σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν, πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ προθυμίαν ἡμῶν, στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν, προνοούμενοι καλὰ, οὐ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων.

Οὐ μόνον δὲ, φησὶν, εὐαγγελιζόμενος εὐδοκιμεῖ, ἀλλὰ καὶ διὸ ἐχειροτονήθη ὑπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν. « Συνέκδημος ἡμῶν. » Εἶπα καὶ ἐκ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν χειροτονίας καὶ κρίσεως σεμνύνει τὸν Βαρνάβαν. Οὐ γὰρ μόνον εὐαγγελιζόμενος εὐδοκιμεῖ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ κεχειροτόνηται ὑπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν, εἶναι ἡμῶν συνέκδημος ἐν τῷ κηρύγματι. Ὁ δὲ ἐν τούτῳ κοινωνὸς, κοινωνεῖ δηλονότι καὶ τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν κινδύνων τῷ Παύλῳ. Καὶ οὐ μόνον, φησὶ, συνέκδημος ἡμῶν κεχειροτόνηται, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ χάριτι ταύτῃ κεχειροτόνηται, τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν, τουτέστιν, ἐπὶ τῷ ὑποδέξασθαι τὰ τῆς ἐλεημοσύνης χρήματα. Δύναται δὲ ταῦτα καὶ εἰς τὸν Λουκᾶν νοηθῆναι. « Πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου δόξαν. » Τοιοῦτος δέ ἐστι, φησὶν, ὁ καὶ ἐπὶ τῷ τὰ χρήματα ὑποδέξασθαι παρ' ἡμῶν ὑπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν χειροτονηθεὶς, ἵνα ἐξ ὧν πράττει, καὶ ὁ Χριστὸς δοξάζηται, καὶ ὑμεῖς προθυμότεροι μᾶλλον εἰς τὴν εἰσφορὰν γένησθε. « Στελλόμενοι τοῦτο. » Περιστελλόμενοι, ἀσφαλιζόμενοι εἰς τοῦτο, « Μή τις ἡμᾶς μωμήσηται. » Διὰ τοῦτο δὲ, φησὶ, τοιούτους ἐπέμψαμεν, εὐλαβούμενοι καὶ φυλαττόμενοι μή τις πονηρὰν ὑποψίαν σχοίη καθ' ἡμῶν, ὡς νοσφιζομένων τὰ χρήματα. « Ἐν τῇ ἁδρότητι, φησὶ, ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν. » Τουτέστι διὰ τὸ εἶναι ἁδρὰν καὶ πλουσίαν τὴν εἰσφορὰν τὴν μέλλουσαν γίνεσθαι ὑφ' ὑμῶν. Καὶ γὰρ τὸ τῶν χρημάτων πλῆθος ἱκανὸν τοῖς πονηροῖς κακὴν ὑπόνοιαν ἐμβαλεῖν περὶ ἡμῶν, εἰ μὴ οὕτως ἐπιλέκτους πρὸς τὴν ὑποδοχὴν αὐτῶν ἤμεν πεπομφότες. Οὐκ εἶπε δὲ, Μὴ ὑμεῖς σκανδαλισθῆτε περὶ ἡμῶν, ἵνα μὴ πλήξῃ αὐτοὺς, ἀλλὰ. « Μή τις. »

A quod intellectum oportet et hic et in sequentibus a commnni sensu subaudire. Ut sit sensus : « Cujus laus est in Evangelio : » Non solum admirando modo et laude digno annuntiat ac prædicat Evangelium : « Verum etiam designatus est. » A quibus autem fuit designatus? ab Ecclesiis, inquit, at quid? Ut esset comes peregrinationis nostræ in prædicatione. Deinde non solum in prædicatione designatus fuit nam oportet quoque a communi sententia intelligere, « Non solum, » verum etiam in gratia hac, et cætera. Hoc est, quod sicut designatus est ad hoc, ut comes esset peregrinationis nostræ et prædicaret Evangelium, ita quoque ut ad eleemosynam minister esset. Propter hoc sane nunc etiam missus est tali proposito. Antea, inquit, ad hoc designatus est ab Ecclesiis, et non B nunc a nobis ex tempore assumitur : sed designatus comes nostræ peregrinationis, simul etiam designatus est, ut obsequeretur ac subserviret ad hanc gratiam quæ administratur.

nem et animæ utilitatem conferunt. « Alioqui. » Si vero persuaderi non potestis, sed videntes me etiam impellente necessitate hæc dicere, ab insipientia tamen liberum esse non duxeritis, saltem tanquam insipientem sustinete me dicentem quæ dico, ut ego veluti pseudapostoli glorier. Illi siquidem in vestrum damnum gloriantes ad hos me deducunt sermones. « Quod dico, non dico secundum Dominum. » Nam gloriari non est secundum Dominum ; Dominus enim jubet non gloriari. Itaque verba quidem non sunt secundum Dominum et scopus verborum omnino secundum Dominum est. « Sed velut per insipientiam. » Deinde ne per hoc quod fatetur se non secundum Dominum loqui, et quod veluti per insipientiam loquatur, occasionem illis tribuat majoris convicii ; primum quidem non dicit, Per insipientiam, sed, « Velut per insipientiam. » Deinde ait : « In hoc argumento gloriationis, » hoc est, In hac parte gloriationis non loquor secundum Dominum. Quænam pars est illa ? quod gloriaturus est, dicendo : Hebræus sum et Israelites, et semen Abrahæ Talia autem non retulit ad gloriationem Christi Unde etiam secundum carnem hæc se loqui dicit. Gloriatio enim secundum Christum est mansuetudo, continentia, sanctimonia. Quod enim Hebræum esse et Israelitem non sit secundum Dominum, audi eum loquentem. « Non est Judæus neque Græcus[68]. » Et, « In Christo Jesu omnes vos unum estis[69]. » — Multi gloriantur secundum carnem. » Ab externis, inquit, hoc est, a generositate, quod circumcisionem habeant et Hebræi sunt. « Libenter enim suffertis. » Itaque vos in causa estis qui libenter suffertis. « Insipientes, cum sitis sapientes. » Nam si de his quæ vere honesta sunt gloriari insipientis est, multo magis in his quæ non sunt : pseudapostolos autem designat. Et grave est quod ait : Cum sitis sapientes, sustinetis ipsos. » Nam si insipientes aut fatui essetis, veniam sane haberetis : nunc autem scientes et prudentes labimini. « Si quis vos in servitutem adigit. » Vide quantam servilitatem improperet, ut etiam pseudapostolis mirum in modum subjiciantur. « Si quis exedit, si quis accipit. » Vides quod etiam id quod prius dictum est, ut in eo in quo gloriantur, reperiantur sicut et nos, per concessionem dictum sit, et ne ab exordio statim illos argueret : **689** nunc enim ostendit quod illi fingerent quidem se non accipere, sed tamen acciperent. Ait enim : « Si quis accipit, » quodque majus est, « Si quis exedit : » id enim significat ipsos depressos a pseudapostolis. « Si quis extollit sese. » Non est, inquit, moderata vestra servitus, neque mansueti domini, sed graves et in vos insurgentes. « Si quis in faciem vos cædit » Vides intensionem eorum arrogantiæ et tyrannidis, et quod uterentur eis veluti mancipiis ? « Juxta contumeliam dico. » Non quod verberemini, inquit, sed

[68] Galat. III, 28. [69] Ibid.

quod non minus patiamini iis qui in faciem cæduntur. Ac si diceret : Ad contumeliam vobis hoc dico. Quid igitur indecentius hac re fieri posset, quando et pecunias vestras et libertatem et honorem auferentes, ne ita quidem leniuntur ? sed injuriosius vobis utuntur, quam si argento emissent. Ideo ait : « Juxta contumeliam dico. » — « Perinde quasi nos imbecilles fuerimus. » Obscurum est quod dicitur. Quoniam enim grave erat, ideo illud ita posuit, ut obscuritate occultaret molestiam et id quod erat odiosum ; hoc est enim quod dicit : An enim et nos eadem facere non possumus ? cur igitur illos suffertis, tanquam nos eadem facere non possemus.— *Alio modo.* Cujus gratia, inquit, illos in his suffertis ? an quod nos imbecilles simus, et non possimus pari modo vobis abuti ? Est autem vehementer pungitivum ac increpativum quod dicitur, et idcirco obscure illud posuit. Nam si propterea, inquit, illos honoratis quod injuriosi sint, sese in vos erigentes, et propemodum in faciem cædentes, possumus quoque et nos ista facere. Quasi enim nos in his inferiores essemus, illis subjicimini. Viden, quanta plenum sit increpatione quod dictum est ? His autem amputat omnem causam arrogantiæ illorum. Propter hoc igitur compellor, inquit, ut vos ab illorum fastu liberem, non ut meipsum clarum ostendam.

A εἰρημένον. Ἐπειδὴ γὰρ φορτικὸν ἦν, διὰ τοῦτο οὕτως αὐτὸ τέθεικεν, ἵνα κλέψῃ τὴν ἐπάχθειαν τῇ ἀσαφείᾳ. Ὃ γὰρ λέγει τοῦτο ἔστι· Μὴ γὰρ οὐ δυνάμεθα κἀ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ ποιεῖν ; τίνος ἕνεκεν ἀνέχεσθε αὐτῶν, ὡς ἡμῶν μὴ δυναμένων ταῦτα ποιεῖν ; — Ἄλλως. Τίνος ἕνεκεν, φησὶν, αὐτῶν ἀνέχεσθε εἰς ταῦτα ; ὡς ἡμῶν ἀσθενούντων ἢ μὴ δυνάμενων οὕτως ὑμῖν ἀποκεχρῆσθαι ; Πλητικὸν δὲ σφόδρα τὸ εἰρημένον. Διὸ καὶ ἀσαφῶς αὐτὸ τέθεικεν. Εἰ γὰρ, φησὶ, διὰ τοῦτο αὐτοὺς τιμᾶτε, ἐπειδὴ ὑβρίζουσιν ὑμᾶς ἐπαιρόμενοι, καὶ μονονοὺχ εἰς πρόσωπον τύπτοντες, δυνάμεθα καὶ ἡμεῖς ταῦτα ποιεῖν. Ὡς ἡμῶν γὰρ πρὸς ταῦτα ἀτονησάντων, ἐκείνοις ὑποκλίνεσθε. Ὁρᾷς πόσης ἐπιπλήξεως γέμει τὸ εἰρημένον ; Πᾶσαν δὲ τῆς ἐκείνων ἀπονοίας τὴν αἰτίαν, τούτοις ἐπικλᾷ

B Διὰ οὖν τοῦτα, φησὶν, ἀναγκάζομαι ἵνα ὑμᾶς τῆς τούτων ἀλαζονείας ἀπαλλάξω, οὐχ ἵνα ἐμαυτὸν λαμπρύνω.

XI, 21-23 « In quocunque audet aliquis, per in- « sipientiam loquor, audeo et ego. Hebræi sunt ? « et ego. Israelitæ sunt ? et ego. Semen Abrahæ « sunt ? et ego. Ministri Christi sunt ? desipiens « loquor, plus ego. »

Considera rursum tantis non contentum præparationibus ac correctionibus, sed nunc **690** rem ipsam appelat audaciam et insipientiam ; ac propemodum ait : Vi adactus ad hæc venio. Hæc autem facit nos instruens, necessitate non cogente ad hujusmodi veniendum non esse sermones. In quacunque re audet aliquis gloriari (nam hæc pariter subaudienda sunt), audeo et ego. « Hebræi sunt ? et ego. » Neque enim omnes Hebræi erant quoque Israelitæ, sed erant etiam et Moabitæ et Ammonitæ : ideo suam generositatem manifestavit. Est autem per interrogationem legendum. Quod autem ait : « Ministri Christi sunt, » juxta pseudapostolorum sermonem hoc effatur. « Plus ego. » Id est, magis, excellentius. Rursumque rem ipsam vocat insipientiam. Aiunt autem quidam non oportere per interrogationem hunc proferre sermonem. sed omnino negare ipsos esse Christi ministros. Sed dicimus quod hoc prius fecit cum ipsos dixit pseudapostolos. Hic itaque ad inquisitionem sermo pervenit, nec oportet eum antea manifestare, sed operibus exhibere demonstrationem, quod ipse quidem Christi minister esset, illi vero non essent. « Desipiens loquor. » Hoc est, quanquam nonnullis desipere videar, dicens : « Plus ego. » Nam quæ omnino desipientia est quod seipsum dicat esse ministrum plusquam pseudapostoli ?

C

D

Ἐν ᾧ δ' ἂν τις τολμᾷ, ἐν ἀφροσυνῃ λέγων τολμῶ κἀγώ. Ἑβραῖοί εἰσι ; κἀγώ. Ἰσραηλῖταί εἰσί ; κἀγώ. Σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι ; κἀγώ. Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι ; παραφρονῶν λαλῶ, ὑπερεγώ.

Ὅρα πάλιν αὐτὸν ταῖς τοσαύταις μὴ ἀρκεσθέντα προδιορθώσεσιν, ἀλλὰ νῦν τόλμαν καὶ ἀφροσύνην καλοῦντα τὸ πρᾶγμα, καὶ μονονουχὶ λέγοντα· Βίᾳ ἐπὶ τοῦτῳ ἔρχομαι. Ταῦτα δὲ ποιεῖ, παιδεύων ἡμᾶς, ἀνάγκης χωρὶς, μὴ ἔρχεσθαι εἰς τοιούτους λόγους. Ἐν ᾧ δ' ἂν τις τολμᾷ πράγματι καυχᾶσθαι (ταῦτα γὰρ συνυπακουστέον), τολμῶ κἀγώ. « Ἑβραῖοί εἰσι ; Κἀγώ. » Οὐ γὰρ πάντες οἱ Ἑβραῖοι ἦσαν. Καὶ Ἰσραηλῖται. Ἦσαν γὰρ καὶ Μωαβῖται, καὶ Ἀμμανῖται. Διὸ ἐκαθάρισεν αὐτοῦ τὴν εὐγένειαν· κατὰ ἐρώτησιν δὲ ἀναγνωστέον. Τὸ δὲ, « Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι, » κατὰ τὸν ψευδαποστόλων λόγον τοῦτο λέγων. « Ὑπερ ἐγώ. » Τουτέστι, Μᾶλλον ἐγώ. Καὶ πάλιν ἀφροσύνην καλεῖ τὸ πρᾶγμα. Φασὶ δέ τινες μὴ δεῖν αὐτὸν κατὰ σύγκρισιν προενεγκεῖν τὸν λόγον, ἀλλὰ πανεάπασιν αὐτοὺς ἀρνήσασθαι διακόνους εἶναι Χριστοῦ. Ἀλλ' ἐροῦμεν ὅτι τοῦτο ἔμπροσθεν ἐποίησεν εἰπών, ψευδαπόστολοι. Ἐνταῦθα μέν τοι, εἰς ἐξέτασιν ὁ λόγος ἤρχετο, καὶ οὐκ ἔδει αὐτὸν προαποφήνασθαι, ἀλλὰ τὴν διὰ τῶν ἔργων παρασχεῖν ἀπόδειξιν, ὅτι αὐτὸς μέν ἐστιν, ἐκεῖνοι δὲ οὔ. « Παραφρονῶν λαλῶ. » Ἀντὶ τοῦ, Εἰ καὶ δόξω τισὶ παραφρονεῖν ἐν τῷ λέγειν με· « Ὑπερ ἐγώ. » Ποία γὰρ ὅλως παραφροσύνη, τὸ ὑπὲρ τοὺς ψευδαποστόλους λέγειν ἑαυτὸν διάκονον εἶναι ;

XI, 23-27. *In laboribus copiosius, in verberibus supra modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter : a Judæis quinquies quadragenas plagas una minus accepi ; ter virgis casus fui, semel lapi-*

Ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις. Ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον· τρὶς ἐραβδίσθην, ἅπαξ

ἐλιθάσθην, τρὶς ἐναυάγησα, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα. Ὁδοιπορίαις πολλάκις, κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις· ἐν πόπῳ καὶ μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις·

Εἶτα λέγει λοιπὸν τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀποστολῆς. Τὸ δὲ, « Περισσοτέρως, » καὶ, « Ὑπερβαλλόντως, » οὐ κατὰ σύγκρισιν τῶν ψευδαποστόλων εἴρηται. « Ἐν θανάτοις πολλάκις. » — « Καθ' ἡμέραν γὰρ, φησὶν, ἀποθνήσκω. » Ἐπεδίδου γὰρ ἑαυτὸν εἰς κινδύνους θανατηφόρους. « Τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον. » Διὰ τί παρὰ μίαν ; Νόμος ἦν τὸν πλείονα τῶν τεσσαράκοντα τυπτόμενον, ἄτιμον εἶναι. Ὥρισαν οὖν παρὰ μίαν διδόναι, ἵνα κἂν τῇ ῥύμῃ τοῦ τύπτειν ἐξενεχθεὶς ὁ τύπτων περισγν δῷ, τεσσαράκοντα δῷ, καὶ μὴ γένηται ἄτιμος ὁ τυπτόμενος, « Τρὶς ἐραβδίσθην. » Ὁρᾷς ὅτι οὐ πάντα ἃ πέπονθεν ὁ Παῦλας, συνέγραψεν ἡμῖν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσιν ; Οὐ γὰρ πρὸς φιλοτιμίαν αὐτῷ τὰ τῆς συγγραφῆς πεπόνηται. Διὸ πολλὰ τῶν ἐνταῦθα εἰρημένων παρέλιπεν. « Τρὶς ἐναυάγησα. » Μακρὰς γὰρ καὶ διαποντίους ὁδοὺς στελλόμενος διὰ τὸ κήρυγμα, πάντα ἔπασχε τὰ εἰρημένα. Νυχθήμερον δὲ νηχόμενος, διεγένετο μετὰ ναυάγιον. Τὸ, Τρὶς ἐναυάγησα, ἑρμηνεύων φησὶν, ὅτι τρίτον ἡ ἀνθρωπότης ἐναυάγησεν, ἅπαξ ἐν τῷ παραδείσῳ, διὰ τῆς παραβάσεως, δεύτερον, ἐν τῷ κατακλυσμῷ, τρίτον μετὰ τὸ δέξασθαι τὸν νόμον. « Νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα. » Νύκτα λέγει ἐνταῦθα ὁ Ἀποστολος τὴν πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἐν τῇ σκοτεινῇ πλάσει διατριβὴν, ἡμέραν δὲ, τὴν μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν ἐν τῷ φωτεινῷ βαπτίσματι διαγωγήν. « Κινδύνοις ποταμῶν. » Καὶ γὰρ διαπορθμεύειν ποταμοὺς ἠναγκάζετο. « Κινδύνοις λῃστῶν » Πανταχοῦ γὰρ ὁ διάβολος ἐπολέμει, λῃστὰς ἐγείρων, τὰ ἔθνη τῶν Ἑλλήνων, τοὺς συγγενεῖς Ἰουδαίους, οἳ καὶ μᾶλλον ἐπολέμουν διὰ τὴν πίστιν διαπονούμενοι. Καὶ τόπος οὐκ ἦν ἀσφαλὴς αὐτῷ, οὐ πόλις, οὐκ ἔρημος οὐκ ἄλλο οὐδέν. « Κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις. » Ὅρα ἕτερον κινδύνων εἶδος, τὸ ἐκ τῶν ψευδωνύμων, ὑποκριτῶν ἀδελφῶν. Ὅρα δὲ τοὺς κινδύνους κόποι καὶ μόχθοι, τούτους πάλιν οἱ κίνδυνοι διεδέχοντο, καὶ οὐκ ἦν ἀναπνεῖν.

Ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἐν νηστείαις πολλάκις, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι. Χωρὶς τῶν παρεκτὸς ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθημέραν, ἡ μέριμνα πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενω ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι ;

Πανταχοῦ τῆς οἰκονουμένης καὶ τῆς ἀοικήτου, ἀγῶνες ἦσαν καὶ στάδια, ἐν γῇ, ἐν θαλάσσῃ, ἔσωθεν, ἔξωθεν, παρὰ τῶν οἰκείων, παρὰ τῶν ἀλλοτρίων, παρὰ τῶν συγγενῶν παρὰ τῶν ἐπιπλάσνων ἀδελφῶν. Καὶ οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας τὸ πόρει τροφῆς, οὐδὲ ψιλοῦ σκεπά-

« datus fui,ter naufragium feci,noctem una cum die « in profundo egi,in itineribus sæpe,in periculis flu- « minum,periculis latronum,periculis ex genere pe- « riculis ex gentibus periculis in civitate,periculis in « deserto, periculis in mari, periculis inter falsos « fratres: in labore et molestias: in vigiliis sæpe.»

Deinde consequenter ponit signaculum apostolatus sive legationis suæ. Quod autem ait, « Copiosius, » et, « Supra modum, » non per comparationem ad pseudapostolos dictum est. « In mortibus frequenter. » — « Nam quotidie morior [70], » inquit.Seipsum enim exponebat periculis mortem intentantibus. « Quadragenas plagas una minus accepi. » Quare una minus? **691** Lex erat quod is qui accepisset ultra quadraginta plagas, ignominiosus haberetur. Definierant igitur ut unam minus infligerent,ut quanquam impetu verberandi adductus is qui verberaret,unam infligeret superfluam, ita quadraginta inferret et is qui verberaretur infamis non fieret. » Ter virgis cæsus fui. » Vides quod non omnia quæ passus est Paulus scripserit nobis Lucas in Actis ? neque enim ad gloriam ea quæ ipsius sunt historiæ conscripsit, ideo multa eorum quæ hic dicta sunt prætermisit. « Ter naufragium feci. » Longas enim et transmarinas vias prædicationis gratia emensus, omnia patiebatur quæ dicta sunt.Noctem autem una cum die natans perduravit post naufraginm. Porro dictum hoc: Ter naufragium feci, interpretando dicit quod humanitas ter naufragium fecit ; semel in paradiso per transgressionem, rursum in diluvio, et tertio postquam legem suscepisset.«Noctem una cum die in profundo egi. » Noctem vocat hic Apostolus eam conversationem quæ ante Christi adventum in tenebrosa formatione erat: diem vero vivendi statum post Christi adventum in lucido baptismate. « Periculis fluminum. » Etenim flumina cogebatur trajicere. « Periculis latronum. » Ubique certamina certaminumque præmia proponebantur : ubique enim diabolus bellabat, latrones excitans, gentes Græcorum, cognatos Judæos,qui etiam magis bellabant, dolentes ac lacessentes propter fidem.Locus ipsi certus non erat, non civitas, non desertum, non aliud quidquam. « Periculis inter falsos fratres. » Vide aliud periculorum genus quod proveniebat ex simulatis et falso nominatis fratribus. Considera vero : pericula, labores ac molestiæ, hæc rursum pericula excipiebant, nec respirare dabatur.

XI, 27-29. « In fame et siti, in jejuniis sæpe, in « frigore et nuditate præter ea quæ extrinsecus acci- « dunt,conspirationes in me quotidianæ, cura om- « nium Ecclesiarum.Quis infirmatur,et ego non in- « firmor ? Quis offenditur, et ego non uror ? »

In omni orbis loco tam habitabili quam inhabitabili, certamina erant et exercitio : in terra.in mari; intus, foris ; a propriis, ab alienis ; a cognatis, a fictis fratribus. **692** Et ne necessarium quidem alimentum aut nudum tegumentum suppetebat or-

[70] Cor. 15, 31.

bis præceptori : sed nudus certabat, et fame pressus pugnabat. Nec solum non discruciabatur, verum etiam gratias agebat agonothetæ Christo. Considera vero quod universis quæ passus est enarratis, non dicit quod converterit et ad Christum adduxerit, simul quidem modeste se gerens, simul quoque docens quod licet nihil amplius fuisset quam quod laboribus fuerit defatigatus, ita tamen adhuc sint præmia reposita. « Præterea ea quæ extrinsecus accidunt. » Plura namque prætermissa erant quam ea quæ enumerata sunt : magis autem ne ea quidem quæ dicta sunt, singula in specie dixit, sed ea tantum quorum numerus facile comprehendi poterat, dicendo : « Quinquies, » et « Ter, » et « Ter, » et « Semel. » Quorum autem numerus erat multus et incognitus, silet, et dicit « Copiosius, » et « Supra modum, » et « Sæpe. » Conspirationes autem dicit communes ac unanimes incursus a persecutoribus. Conspirarunt, inquit, in me communi consilio. « Cura omnium Ecclesiarum. » Si enim præfectus quispiam unius familiæ ne respirare quidem potest, quid verisimile erat pati apostolum qui inter tanta pericula universi orbis curam habebat ? « Quis infirmatur et ego non infirmor. » Ac ne quis dicat quod curam quidem habebat, at non magnam, ponit et curæ intensionem. Quis infirmatur, inquit quavis ægritudine seu spirituali seu carnali, et ego non infirmor ? Non dicit, Socius et particeps sum ægritudinis, sed, Veluti is ipse qui infirmatur ita afficior. Ait autem : « Quis » sive magnus sive vilis aut abjectus, » Quis offenditur ? » Considera quomodo rursum exuberantiam doloris expresserit. Incendor, inquit, et uror. Et alia quidem patiens etiam gaudebat : sciens quod pro Christo pateretur; hic autem in anima vulnerabatur : itaque hoc magis angebat.

σματος, ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, ἀλλὰ γυμνὸς ἠγωνίζετο, καὶ λιμώττων ἐπύκτευε. Καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐδυσχέραινεν, ἀλλὰ καὶ χάριν ὡμολόγει τῷ ἀγωνοθέτῃ Χριστῷ. Ὅρα δὲ, εἰπὼν ὅσα πέπονθεν, οὐ λέγει ὅσους ἐπέστρεψε καὶ Χριστῷ προσήνεγκεν, ὁμοῦ μὲν μετριάζων, ὁμοῦ δὲ διδάσκων, ὅτι κἂν μηδὲν γένηται πλέον τῷ πονουμένῳ, καὶ οὕτω τὰ τῶν μισθῶν ἐστι πεπληρωμένα. « Χωρὶς τῶν παρεκτός. » Πλείονα γὰρ ἦν τὰ παραλειφθέντα, τῶν ἀπαριθμηθέντων. Μᾶλλον δὲ οὐδὲ αὐτὰ τὰ ῥηθέντα κατ' εἶδος εἶπεν, ἀλλ' ὧν μὲν εὔληπτος ἦν ὁ ἀριθμὸς, εἶπε, « Πεντάκις » λέγων, καὶ « Τρὶς, » καὶ, « Ἅπαξ. » Ὧν δὲ ἦν ἄπειρος ὁ ἀριθμὸς, σιωπᾷ καὶ φησι, « Περισσοτέρως, » καὶ, « Ὑπερβαλλόντως, » καὶ, « Πολλάκις. » Ἐπισυστάσεις δέ φησι, τὰς κοινῇ παρὰ τῶν διωκτῶν ἐφόδους. Συνίσταντο γάρ, φησί, μετ' ἐμοῦ γνώμῃ. « Ἡ μέριμνα πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. » Τοῦτο τὸ κεφάλαιον ἁπάντων. Εἰ γὰρ μιᾶς τι προστατῶν οἰκίας οὐδὲ ἀναπνεῖν ἰσχύει, τί πάσχειν εἰκὸς ἦν τὸν ἀπόστολον, μετὰ τοσούτων κινδύνων, πάσης προνοούμενον τῆς οἰκουμένης ; « Τίς ἀσθενεῖ καὶ οὐκ ἀσθενῶ ; » Καὶ ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι ἐμερίμνα μὲν, πλὴν οὐ πάνν, λέγει τῆς μερίμνης τὴν ἐπίτασιν. Τίς ἀσθενεῖ, φησὶν, οἵαν βούλει ἀσθένειαν πνευματικήν τε καὶ σαρκικὴν, καὶ οὐκ ἐγὼ ἀσθενῶ ; Οὐκ εἶπε Κοινωνῶ τῆς Ἀσθενείας. Ἀλλ' Ὡς αὐτὸς ὢν ὁ ἀσθενῶν, οὕτως διάκειμαι. Τὸ δὲ, « Τίς, » κἂν μέγας φησὶ, κἂν εὐτελής. « Τίς σκανδαλίζεται ; » Ὅρα πάλιν πῶς παρέστησε τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὀδύνης. Ἐμπίμπραμαι, φησὶ, καὶ καίομαι. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάσχων, καὶ ἥδετο, εἰδὼς ὑπὲρ Χριστοῦ πάσχειν ὧδε δὲ, διετιτρώσκετο τὴν ψυχὴν, ὥστε τοῦτο πλεῖον ἦν.

XI, 26 33. « Si gloriari oportet, de his quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus et Pater Domini « nostri Jesu Christi qui est benedictus in sæcula novit quod non mentiar. In Damasci civitate, gentis « præfectus nomine Aretæ regis, excubias servabat in Damascenorum civitate, cupiens me comprehendere ; et per fenestram in sporta demissus « fui per mœnia, effugique manus ejus. »

Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι. Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ οἶδεν ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ὅτι οὐ ψεύδομαι. Ἐν Δαμασκῷ ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως, ἐφρούρει τὴν Δαμασκηνῶν πόλιν πιάσαι με θέλων, καὶ διὰ θυρίδος ἐν σαργάνῃ ἐχαλάσθην διὰ τοῦ τείχους, καὶ ἐξέφυγον τὰς χείρας αὐτοῦ.

693 Ne verbum quidem facit de signis. Nam illa Dei donum erant, hæc autem una cum divino auxilio tolerantiam quoque ipsius ostendebant Infirmitatem autem vocat persecutiones et afflictiones sive tentationes. Nam hæc humanæ naturæ sunt infirmitas : nempe fame premi, naufragium pati, cædi. Aut infirmitatem appellat afflictionem, hominum infirmitate sibi illatam. Nam qui offendebantur et imbecilles erant, ipsum affligebant. Hic apostolicus character est, his texebatur Evangelium. « In Damasci civitate, gentis præfectus. » Vide quantum fuerit bellum. Ipse per se præfectus excubias servabat in civitate. Nisi autem Paulus contra adversarios vehementer accensus fuisset, nequaquam ad tantam insaniam gentis præfectum

Οὐδαμοῦ περὶ σημείων λέγει. Ἐκεῖνα γὰρ Θεοῦ δῶρον ἦν. Ταῦτα δὲ, μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ῥοπῆς καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ ὑπομονὴν ἐδείκνυ. Ἀσθένειαν δὲ καλεῖ τοὺς διωγμοὺς καὶ τοὺς πειρασμούς. Ταῦτα γὰρ ἀσθένεια τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ λιμώττειν τὸ ναυαγεῖν, τὸ πλήττεσθαι. Ἢ ἀσθένειαν καλεῖ, τὴν διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀνθρώπων γινομένην αὐτῷ θλῖψιν. Σκανδαλιζόμενοι γὰρ ἀσθενοῦντες, ἐθλιβον αὐτόν. Οὗτος ὁ ἀποστολικὸς χαρακτήρ. Διὰ τούτων ὑφαίνετο τὸ Εὐαγγέλιον. « Ἐν Δαμασκῷ ὁ ἐθνάρχης. » Θέα τὸν πόλεμον ὅσος. Δι' ἑαυτοῦ ὁ ἄρχων ἐφρούρει τὴν πόλιν. Εἰ δὲ μὴ πολὺς ἔπνει κατὰ τῶν ἀνυποτιθεμένων ὁ Παῦλος, οὐκ ἂν εἰς τοσαύτην ἀνῆψε τὸν ἐθνάρχην μανίαν, ὡς καὶ τὴν πόλιν φρουρεῖν δι' αὐτόν. « Ἀρέτα τοῦ

βασιλέως. « Ὁ Πενθερὸς Ἡρώδου ἦν ὁ Ἀρέτας. « Καὶ διὰ θυρίδος ἐν σαργάνῃ. » Ἤδει γὰρ εἰρημένον, εὔχεσθαι μὴ ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμόν, ὅθεν οὐκ ἐπιῤῥίπτει ἑαυτὸν τοῖς πειρασμοῖς, ἀλλ' ἔνθα καὶ δι' ἀνθρωπίνης· μηχανῆς ἔνι φυγεῖν οὐ παραιτεῖται. Ἐφύλαττε γὰρ ἑαυτὸν τῷ κηρύγματι, καὶ τῆς σωτηρίας ἐκήδετο τῶν μαθητῶν μᾶλλον, ἢ τῆς οἰκείας. Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ φησι. « Καλόν μοι τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· τὸ δὲ, ἐπιμένειν τῇ σαρκὶ, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. » Σαργάνη ἐστὶ σχοινίον, ἔστι δὲ καὶ εἶδος σπυρίδος.

accendisset, ut etiam per seipsum excubias in civitate servaret « Aretæ regis. » Socer Herodis erat Aretas. « Et per fenestram in sporta. » Noverat dictum esse ut precemur ne incidamus in tentationem [71]: unde seipsum non injicit in tentationes, sed ubi humano quoque invento datur effugere, non detrectat. Nam seipsum prædicationi servabat, ac salutis discipulorum magis curam habebat, quam propriæ. Ideo etiam alibi dicit: « Bonum esset mihi dissolvi et esse cum Christo [72]; » cæterum manere in carne magis necessarium est propter vos. » Σαργάνη funiculus est, attamen est quoque et genus sportæ.

Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι. Ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις Κυρίου. Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων. εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν· ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα, ὁ Θεὸς οἶδεν, ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἤκουσεν ἀῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι.

XII, 1-4. « Gloriari sane non expedit mihi, veniam « enim ad visiones ac revelationes Domini. Novi « hominem in Christo ante annos quatuordecim : « an in corpore, nescio, an extra corpus nescio : « Deus novit ; raptum hujusmodi in tertium usque « cœlum, et scio hujusmodi hominem, sive in « corpore, sive extra corpus nescio, Deus novit ; « raptum fuisse in paradisum, et audisse arcana « verba quæ fas non sit homini loqui. »

« Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει » μοι. Καίτοι πολλὰ εἰπὼν ἄνω, πῶς ὧδε φησὶν, « Οὐ συμφέροι μοι, Ἐπειδὴ εἰς ἕτερον εἶδος καυχήσεως ἦρχετο, ὅπερ αὐτὸν ἐποίει λαμπρὸν, τὸ τῶν ἀποκαλύψεων. Φησὶν οὖν, « Οὐ συμφέρει μοι τοῦτο, » ἵνα μή με εἰς ἀπόνοιαν ἄρῃ. Ἄλλως γὰρ τὰ παρ' αὐτῷ μένοντα, καὶ εἰς ἑτέρους ἐκφερόμενα φυσᾷν εἴωθεν, οὐκ ὅτι αὐτὸς τοῦτο πάσχειν ἔμελλεν, ἄπαγε, ἀλλὰ παιδαγωγῶν ἡμᾶς, παρ' ἑαυτοῖς τὰ τοιαῦτα ἔχειν, ὡς τῆς διηγήσεως εἰς ἀπόνοιαν ἄραι δυναμένης. — Ἄλλως [ΦΩΤ.] Ἀντὶ τοῦ, Καυχᾶσθαι δὲ ἄλλα παρὰ τὰ τῆς ἀσθενείας μου, οὐ συμφέρει μοι. Εἶπε γὰρ πρὸ μικροῦ, « Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι. » Εἶτα θεὶς μεταξὺ τῆς ἀσθενείας παράδειγμα, ἐπάγει ἀποδιδοὺς πρὸς τὸ εἰρημένον, οἷον, Ἃ δὲ οὐκ ἔστιν ἀσθενείας, ἀλλὰ μᾶλλον ὕψους καὶ δυνάμεως, ταῦτα, φησὶν, οὐ συμφέρει μοι. Πῶς οὖν καὶ ταῦτα λέγων ; Οὐκ ἐβουλόμην, φησί. Διὰ δὲ τὴν ὑμῶν σωτηρίαν, καὶ ἃ μὴ βούλομαι ἀναδέχομαι. Καὶ σκόπει πῶς πανσόφως διαιτᾷ. Οὐ σιωπᾷ παντελῶς, ἵνα ὠφελήσῃ, καὶ οὐ λέγει ἀνακεκαλυμμένως, ἀλλ' ἔν καὶ τοῦτο συνεσκιασμένως, ἵνα φύγῃ τὸ καυχᾶσθαι, καὶ τότε ἀνάγκης αὐτῷ τῆς ἀπὸ τῶν ψευδοποστόλων ἐπικειμένης, παιδεύων διὰ τούτου, μηδὲν μέγα περὶ ἑαυτῶν ἡμᾶς λέγειν κἂν ἀληθὲς ᾖ, εἰ μὴ ἐκ πολλῆς ἀνάγκης. « Οὐ συμφέρει μοι. » Ἢ ἵνα μή τις μείζονα τῆς ἀξίας ἔννοιαν λάβῃ περὶ ἐμοῦ, ὅπερ παρακατιὼν, φησὶ, Μήτις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ. » — « Ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις Κυρίου. » Μεγάλη μὲν καὶ ἦν εἰπεν ἀποκάλυψιν, πλὴν πολλὰς εἰπεῖν ἔχων, μίαν ταύτην εἴρηκεν. Ὅτι γὰρ εἶχε πολλὰς εἰπεῖν, παρακατιὼν, φησὶ, « Καὶ

« Gloriari sane expedit mihi. » Atqui multa superius dixit, quomodo ergo nunc ait, « Non expedit mihi ; » quoniam ad aliud gloriationis genus veniebat, quod ipsum clarum redderet, nempe revelationum. Ait ergo : « Mihi hoc non expedit, » ne me in arrogantiam extollat. Alio namque modo quæ apud quemque manent, et quæ apud illos efferuntur instare solent ; **694** non quod futurum esset ut hoc ipsi contingeret. Minime ; sed nos instruens, ut hujusmodi apud nos ipsos servemus, quod narratio possit ad arrogantiam extollere. — *Alio modo.* Hoc est, Gloriari vero in aliis quam in his quæ infirmitatis meæ sunt, non expedit mihi. Dixit enim paulo ante : « Si gloriari oportet, de his quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. » Deinde posito infirmitatis exemplo, subjungit consecutive ad id quod dictum est, ac si dicat : Quæ vero non sunt infirmitatis, sed magis sublimitatis et potentiæ, de his, inquit, non expedit mihi gloriari. Quomodo ergo etiam hæc dicis ? Nollem, inquit, sed propter vestram salutem, etiam quæ nollem suscipio. Et considera quo pacto rem sapientissime pertractet. Non tacet penitus, ut prosit, nec aperte omnia exprimit, sed hoc unum : idque etiam obtegendo, ut jactantiam effugiat, licet necessitate tunc propter pseudapostolos ingruente : nos instruens per hoc, ne quidquam magni de nobis ipsos dicamus, etiam si verum sit, nisi multa necessitate. « Non expedit mihi. » Aut ne quis majorem circa me benevolentiam concipiat quam ego promereat, quod in progressu his verbis dicit : « Ne quis de me cogitet supra id quod videt esse me, aut quod audit ex me. « Veniam enim ad visiones et reve-

[71] Matth. VI, 13. [72] [73] Philipp. I, 23.

lationes Domini. » Magna quidem est quam narrat revelatio, attamen cum multas dicere potuisset, unicam hanc dixit. Quod enim multas dicere potuisset, inferius patet: « Et ne excellentia, inquit, aut exuberantia revelationum extollerer » Propterea autem ipsam obscure posuit, ut ostenderet quod illam invitus narraret. « Novi hominem in Christo. » Addidit *in Christo*, ne dicerent pseudapostoli (nihil autem non audebant) per dæmones fuisse sublevatum tanquam Simonem magum. « Ante annos quatuordecim. » Non intempestive tempus adjungitur, sed duplicem ob causam : tum ad ostendendum quod qui quatuordecim annos siluerat, ne nunc quidem narrasset nisi admodum coactus. Quoniam enim magnum quiddam esse videbantur pseudapostoli, omnesque ad se attrahebant : coactus est igitur ostendere quod illis major esset, ut suis sermonibus ipsos adhærere sibi persuaderet. Præterea ut innueret quod qui ante annos quatuordecim talia accipere meruerat, **695** qualis nunc erat post tantos perpessos pro Christo labores? « Sive in corpore. » Dictum illud, « Sive in corpore, nescio, sive extra corpus, nescio, » secundo repetit : non ita ut quis putare possit battalogum esse, et superflue de eodem raptu utrumque dicere, sed illud quidem de raptu ad cœlos, hoc autem rursum de raptu inde ad paradisum. Quod si de eodem raptu poneret, nequaquam esset hoc superfluum. Rem enim admirandam et supernaturalem narrans, modum se ignorare perseveranter contendit. « Sive extra corpus nescio. » Modeste loquitur, suam non occultans ignorantiam. Licuisset enim de hoc tacere. « Et scio hujusmodi hominem. » Rapiebatur usque ad tertium cœlum, et rursum in paradisum. Ad quid autem omnino raptus est? Ne vel in hoc esset inferior cæteris apostolis, qui corporaliter cum Domino versati sunt « In paradisum. » Siquidem hujus loci nomen ubique admodum celebre erat : unde et latroni promissus erat « Arcana verba. » Fortassis enim nulli alii hominum præter Paulum concessum est hujusmodi audire. « Quæ fas non sit homini loqui. » Ubi sunt qui falso inscriptam Revelationem conscripserunt?

τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων. Διὰ τοῦτο δὲ αἰνιγματωδῶς αὐτὴν τέθεικεν, ἵνα δείξῃ ὅτι ἄκων λέγει. « Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ. » Τὸ ἐν Χριστῷ, προσέθηκεν, ἵνα μὴ εἴποιεν οἱ ψευδαπόστολοι (οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἀτόλμητον,) διὰ δαιμόνων ἐπῆρθαι ὡς τὸν Σίμωνα. « Πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων. » Οὐκ ἀκαίρως ὁ χρόνος πρόσκειται, ἀλλὰ δυοῖν ἕνεκεν, τοῦ τε δεῖξαι ὡς σιγήσας δεκατέσσαρα ἔτη, οὐδὲ νῦν ἂν εἶπε μὴ σοβαρὰ βιασθείς. Ἐπειδὴ γὰρ μέγα τι ἐδόκουν οἱ ψευδαπόστολοι εἶναι καὶ εἴλκυσαν πάντας πρὸς ἑαυτούς, λοιπὸν ἠναγκάσθη δεῖξαι ὅτι μείζων ἐστὶν ἐκείνων, ἵνα πείσῃ τοῖς αὐτοῦ προσέχειν λόγοις αὐτούς τοῦ τε αἰνίξασθαι ὡς ὁ πρὸ δεκατεσσάρων ἐτῶν τηλικούτων ἀξιωθείς, πηλίκος νῦν ἐστι μετὰ τοσούτους ὑπὲρ Χριστοῦ πόνους. « Εἴτε ἐν σώματι. » Τὸ « Εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα, » δεύτερον ἔφη, οὐκ ὡς ἂν τις οἰηθείη περιττολογῶν, καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἁρπαγῆς ἄμφω τιθείς. Ἀλλὰ τὸ μὲν τίθησιν ἐπὶ τῆς πρὸς οὐρανοὺς ἁρπαγῆς, τὸ δὲ πάλιν ἐπὶ τῆς ἐκεῖθεν ἁρπαγῆς τῆς εἰς τὸν παράδεισον. Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἁρπαγῆς ἐτίθει, οὐκ ἂν ἦν τοῦτο περιττολογία. Παράδοξον γὰρ καὶ ὑπερφυὲς ἀναγγέλλων πρᾶγμα, τὸν τρόπον ἀγνοεῖν διατείνεται μετ' ἐπιμονῆς. « Εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα. » Μετρᾴζει, μὴ ἀποκρύψας τὴν ἑαυτοῦ ἄγνοιαν. Ἐξῆν γὰρ περὶ τούτου σιωπῆσαι. « Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον. » Ἡρπάγη ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν εἰς τὸν παράδεισον. Τί δὲ ὅλως ἡρπάγη; Ἵνα μηδ' ἐν τούτῳ ἔλαττον ἔχῃ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων, τῶν διαγενομένων σωματικῶς μετὰ τοῦ Κυρίου. « Εἰς τὸν παράδεισον. » Πολὺ γὰρ τὸ ὄνομα τοῦ χωρίου τούτου καὶ πανταχοῦ ἦδετο. Ὅθεν καὶ τῷ λῃστῇ τοῦτο Ἀπηγγείλατο. « Ἄρρητα ῥήματα. » Ἴσως γὰρ ἕτερος ἄνθρωπος πλὴν Παύλου, οὐκ ἐχώρει τοιαῦτα ἀκοῦσαι. « Ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. » Ποῦ εἰσιν οἱ ψευδεπίγραφον Ἀποκάλυψιν συγγραψάμενοι;

XII, 5-9. « De hujusmodi homine gloriabor; de « me ipso vero non gloriabor, nisi super infirmi« tatibus meis. Nam si gloriari voluero, non ero « insipiens; veritatem enim dicam; sed abstineo, « ne quis de me cogitet supra id quod videt esse « me, aut quod audit ex me. Et ne excellentia re« velationum extollerer, datus fuit mihi stimulus « in carne nuntius Satanæ, ut me colaphis cæde« ret ne extollerer. Super hoc ter Dominum roga« vi, ut discederet a me, et dixit mihi : Sufficit tibi « gratia mea, nam potentia mea per infirmitatem « perficitur. Libentissime igitur gloriabor po« tius super infirmitatibus meis, ut inhabitet in « me potentia Christi ».

Vide quantum fastu careat, et quomodo hæc velut de altero quodam narret. De hujusmodi, inquit, homine gloriabor. Id autem facit, sermonem nar-

Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι, ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι, εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου. Ἐὰν γὰρ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων. Ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ. Φείδομαι δὲ, μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται, ὑπὲρ ὃ βλέπει με ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ. Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ· καὶ εἴρηκέ μοι· Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ.

Βλέπε αὐτοῦ τὸ ἄτυφον, πῶς ὡς περὶ ἑτέρου τινὸς αὐτὰ διηγεῖται. Ὑπὲρ γὰρ τοῦ τοιούτου, φησὶ, καυχήσομαι. Τοῦτο δὲ ποιεῖ συσκιάζων τὸν λόγον.

Ὅτι γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ ἁρπαγείς, αἰνίττεται φάσκων, « Ἐὰν γὰρ καυχήσωμαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων· ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ. » Καὶ ἄνω, « Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι. » Ποῖον δὲ ἀσύμφορον τὸ ὑπὲρ ἄλλου καυχᾶσθαι καὶ ἀληθεύειν ; « Ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι. » Καὶ τίνος ἕνεκεν ἄλλου ἁρπαγέντος, σὺ καυχᾶσαι ; δῆλον οὖν ὅτι περὶ σεαυτοῦ λέγεις, εἰ καὶ συνεσκιασμένως. « Εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου. » Οἷον ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἐν τοῖς διωγμοῖς. « Ἐὰν γὰρ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων. » Καὶ πῶς ἄνω ἔλεγεν, ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῆς ἀφροσύνης ; Καὶ πάλιν· Ὃ λαλῶ, οὐ κατὰ Κύριον λαλῶ, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ ; Καὶ φαμεν, ὅτι οὐ κατὰ τὸ καυχᾶσθαι εἶπε τὸ, Οὐκ ἔσομαι ἄφρων, ἀλλὰ κατὰ τὸ μὴ ψεύσασθαι. Ὅθεν ἐπάγει· « Ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ. » Καλῶς, φησίν, « Οὐκ ἔσομαι ἄφρων. » Οὐ γὰρ ἔστιν ἄφρονος τό ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ ὠφελείᾳ ψυχῶν καὶ ἀνάγκης ἐπικειμένης, τὴν παρὰ Θεοῦ παρασχεθεῖσαν αὐτῷ χάριν ἀνακηρύττειν. Μᾶλλον δὲ καὶ λίαν ἔμφρονος καὶ φιλανθρώπου τὸ παριδεῖν καὶ ὑποψίαν οἰήσεως, ἕνεκεν σωτηρίας ἀνθρώπων. « Φείδομαι δὲ μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται. » Φείδομαι, ἐλεῶ, ἀποφεύγω. Οὐκ εἶπε, Πιστεύσῃ, ἢ Εἴπῃ, ἀλλ' « Ἵνα μηδὲ λογίσηται, » ἢ ὑπολάβῃ μεῖζόν τι, φησὶ, τῆς ἐμῆς ἀξίας. Διὰ τοῦτο γὰρ τὰ περὶ ἑαυτοῦ ἀεὶ ἐσίγα καὶ ἔκρυπτε, καὶ εἰ μή που ἀνάγκη κατέλαβεν, οὐδὲ περὶ ἑαυτοῦ ἔλεγε. Καὶ λέγων δὲ, συνεσκίαζεν αὐτὰ, ἵνα μὴ μείζονα ὑπόνοιαν περὶ αὐτοῦ σχῶσιν. Εἰ γὰρ θεοὺς αὐτοὺς ἐνόμισαν οἱ ἄνθρωποι διὰ τὸ μέγεθος τῶν σημείων, καὶ ταύρους σφάττειν ἤθελόν, τί ἂν ᾠήθησαν εἰ τὰς ἀποκαλύψεις ἐφανέθου, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐκαυχᾶτο ; — [ΦΩΤ.] Τὸ, Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων, πρὸς τὸ, Ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις, ἐξακουστέον. « Ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. » Ἵνα μὴ, φησὶ, φρονήσω μέγα, ἢ ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ὑπεραίρωμαι καὶ δοξάζωμαι, ὅπερ καὶ βέλτιον. Οὐ γὰρ ἂν ἔχρῃζεν ἡ ψυχὴ Παύλου χαλινοῦ τινος, πρὸς τὸ μὴ φρονεῖν μέγα. « Ἐδόθη μοι σκόλωψ τῇ σαρκί. » Τὰ δεσμὰ λέγει, τὰς πληγὰς τοὺς λιθασμοὺς, τὰς φυλακάς. « Ἄγγελος Σατᾶν, » Ἄγγελος Σατᾶν, ὁ ὑπηρετούμενος τῷ ἀντικειμένῳ δαίμονι ἄνθρωπος. Σκόλωφ δὲ, οὓς οἱ τοιοῦτοι πειρασμοὺς αὐτῷ καὶ θλίψεις ἐπέφερον.

[ΙΩΑΝ.] Τινὲς μὲν οὖν, κεφαλαλγίαν τινὰ ἔφησαν αὐτὸν λέγειν, ἀπὸ τοῦ διαβόλου γινομένην. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Οὐδὲ γὰρ τὸ σῶμα Παύλου ταῖς τοῦ διαβόλου χερσὶν ἐξεδόθη. Τί οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον ; Σατᾶν ὁ ἀντικείμενος λέγεται τῇ Ἑβραίων φωνῇ. Καί ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν, τοὺς ἀντικειμένους οὕτως ἐκάλεσεν ἡ Γραφή. Καὶ περὶ Σολομῶντος διηγουμένη, οὕτω φησὶν, οὐκ ἦν Σατᾶν ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, τουτέστιν, ἀντικείμενος, πολεμῶν, ἐνοχλῶν. Ὃ οὖν λέγει, τοῦτ' ἔστιν. Οὐκ εἴασεν ὁ Θεὸς ἀπονητὶ χωρῆσαι τὸ κήρυγμα, τό φρόνημα καταστέλ-

A rando obumbrans. Nam quod ipse esset qui raptus **696** fuerat designat, dicens : « Si gloriari voluero, non ero insipiens, veritatem enim dicam. » Et supra : « Gloriari sane non expedit mihi. » Quodnam est autem, de alio gloriari vera dicendo, quod non expedit? « De meipso vero non gloriabor. » Et quare alio rapto tu gloriaris? Manifestum est itaque quod de teipso dicis, quanquam obtecte. « Nisi super infirmitatibus meis. » Hoc est, super afflictionibus et persecutionibus. « Nam si gloriari voluero, non ero insipiens. » Et quomodo superius dixit. Utinam toleraretis meam paulisper insipientiam? et rursum : Cum dico non secundum Dominum dico, sed velut per insipientiam? Et dicimus quod non dixit : Non ero insipiens, in hoc quod est
B gloriari, sed in hoc quod est non mentiendo. Unde subjungit, » Veritatem enim dicam. » Recte ait, « Non ero insipiens. » Non est enim insipientis, gratiam a Deo sibi traditam promulgare, imminente necessitate ob salutem et utilitatem animarum ; quin potius vehementer sapientis est, et animi humani ac benigni, despicere etiam suspicionem arrogantiæ, propter hominum salutem. « Sed abstineo ne quis de me cogitet. » Abstineo, id est, parco, devito. Non dixit autem : Ne credat aut dicat, sed : Ne cogitet, inquit, aut suspicetur majus aliquid quam sit mea dignitas. Propterea enim quæ de seipso erant semper tacebat et occultabat : et, nisi cogente alicubi necessitate, nihil de seipso dicebat, imo tandem dicens obtegebat ipsa, ne majorem opinionem de eo haberent. Quod si homines
C existimabant ipsos esse deos ob signorum magnitudinem, et tauros immolare volebant [73], quidnam putassent si revelationes manifestasset, ac de iis quæ circa se erant gloriatus fuisset? « Et ne excellentia revelationum. » Secundum id quod prius dixit : Veniam enim ad visiones et revelationes, intelligendum est. « Ut non extollat ; » ut non insolescam, inquit. Aut, ne ab hominibus extollar et glorificer : quod etiam potius est. Neque enim anima Pauli freno aliquo egebat ne insolesceret. » Datus fuit mihi stimulus in carne. » Catenam dicit, plagas, lapidationes, carceres. « Nuntius Satanæ. » Nuntius Satanæ dicitur homo subserviens adversario dæmoni. Stimulus vero, tentiones et afflictiones, quas inferebant ei.

D **697** Quidem itaque capitis dolorem ipsum dicere asseruerunt a diabolo immissum. Sed non ita est Neque enim Pauli caput diaboli manibus traditum fuit. Quid est ergo qaod dicitur? Satan adversarium sonat lingua Hebraica : et tertio Regum libro vere adversarios ita appellavit Scriptura [74], ac de Salomone narrans, ait quod non erat Satan in diebus ipsius, id est, adversarius, qui molestiam ac bellum inferret. Quod ergo dicit hujusmodi est : Non concessit Deus sine labore prædicationem procedere, nostrum affectum comprimens, aut fas-

[73] Act. XIV, 10 seqq. [74] Reg. V, 4.

tum cavens ; sed permisit adversarios irruere in nos. Nuntium itaque Satanæ dicit Alexandrum fabrum ærarium, Hymenæum et Philetum, qui dicebant resurrectionem jam factam esse, omnesque sermoni prædicationis repugnantes [75]. — *Aliud.* Quidem aiunt Paulum capitis dolorem sustinuisse : sed non ita est, non fit enim verisimile corpus Pauli traditum fuisse Satanæ, qui interdum ipsi præcipiebat ac terminos præfigebat quando scortatorem ei tradidit, dicens : Ad interitum carnis [76], nec terminum prætergressus est diabolus. — Quid ergo est ? Satan adversarius dictus est lingua Hebraica. Nuntius igitur Satanæ dicit adversarios prædicationi : quales erant Alexander, Hymenæus et Philetus. Hac itaque est quod dicit : Non concessit Deus sine labore prædicationem procedere, sed permisit nos mala pati quoad corpus : ne majus quippiam de nobis statuerent homines, aut nimis erga nos afficerentur, videntes tanta edi signa, et nullam tentationem nihilque adversi in nos insurgere. Quare autem non dixit nuntios Satanæ, cum multi essent qui resisterent, sed quasi de uno ait Nuntius Satanæ ? Quoniam singulis locis, unus quispiam reperiebatur repugnans, qui populum commoneret, quo primordia capiente, cæteri una sequebantur. « Ut me colaphis cæderet. » Non dixit quod colaphis cæciderit, sed significans quod semper haberet adversarium, ait : « Colaphis cæderet » — « Super hoc ter Dominum rogavi. » Et hoc modesti animi est fateri quod non facile ferret insidias, quodque sæpius precatus non obtinuerit. **698** Quod enim dicit « Ter, » significat, Frequenter. « Sufficit tibi gratia mea. » Quod perfectum est, inquit, habes : ne amplius quæras ; nam sufficit tibi quod talem dederim tibi gratiam ut mortuos excitares, potentia signa ederes, ne etiam quæras prædicationem sine labore tibi procedere. « Nam potentia mea per infirmitatem perficitur. » Sed fortassis doles, inquit, quod te hæc pati, videatur meam arguere imbecillitatem. Itaque scito hoc ipsum magis, ostendere meam potentiam, contrarium vero etiam ipsam intercipere. Nam mea inquit, potentia per infirmitatem perficitur : quando ii qui persecutionem sustinent, superiores sunt persecutoribus : quando ii qui vexantur, vexantes devincunt. Tunc enim potentia mea demonstratur, quando per hoc quod vos imbecilles malis afficiamini, prædicatio ubique prævaluerit. Et considera : ipse quidem aliam assignavit causam quod dati sint sibi colaphi, nempe, « Ne extollerer, » inquit. Deus vero aliam dixit causam : Ut ostendatur, ait, mea potentia per vestram, ut videtur, imbecillitatem. Perfectionem enim ac terminum sumit mea potentia ex vestra imbecillitate. Nam si per aliquos sapientes ac reges administrata fuisset prædicatio, certe potentiæ ministrorum attribuissent nonnulli omnium subjectionem : nunc autem ministrantium

λῶν ἡμῶν, ἀλλὰ συνεχώρησε τοῖς ἀντικειμένοις ἐπιτίθεσθαι ἡμῖν. Ἄγγελον τοίνυν Σατᾶν λέγει, Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα, Ὑμέναιον, καὶ Φιλητόν, τοὺς τὴν ἀνάστασιν λέγοντας ἤδη γεγονέναι, καὶ πάντας τοὺς ἀντικειμένους τῷ λογῳ τοῦ κηρύγματος. — Ἄλλο. [ΘΕΟΔΩΡ.] Τινές φασι κεφαλαλγεῖν τὸν Παῦλον, ἀλλ' οὐκ ἔστι. Μὴ γὰρ εἴη τὸ σῶμα Παύλου ἐκδεδόσθαι τῷ Σατανᾷ, ὁπότε αὐτὸς καὶ ἐπέτασσεν αὐτῷ, καὶ ὅρους ἐτίθει, ὅτε τὸν πορνεύσαντα ἐξεδίδου, λέγων, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, καὶ οὐχ ὑπερέβη τὸν ὅρον ὁ διάβολος. — Ἄλλο. Τί οὖν ἐστι ; Σατᾶν ὁ ἀντικείμενος εἴρηται τῇ Ἑβραίων φωνῇ. Ἀγγέλους δὲ Σατᾶν, τοὺς ἀντικειμένους τῷ κηρύγματι, φησὶν. Οἷον τοὺς περὶ Ἀλεξανδρον, Ὑμέναιον, καὶ Φιλητόν. Ὅ τοίνυν λέγει τοῦτο ἔστιν, οὐκ εἴασεν Θεὸς, φησὶν, ἀπονητὶ προβῆναι τὸ κήρυγμα, ἀλλὰ συνεχώρησεν ἡμᾶς πάσχειν εἰς σῶμα κακῶς, ἵνα μὴ μεῖζόν τι διατεθῶσιν οἱ ἄνθρωποι, ὁρῶντες μὲν σημεῖα τοσαῦτα, οὐδαμοῦ δὲ πειρασμὸν ἢ τι τῶν ἐναντίων. Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπεν ἀγγέλους Σατᾶν, (πολλοὶ γὰρ οἱ ἀνθιστάμενοι.) ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός φησιν, ἄγγελος Σατᾶν ; ἐπειδὴ κατὰ τόπον εἷς τις εὑρίσκετο ὁ ἀντιπίπτων, καὶ τὸν δῆμόν ἐπικινῶν, οὗ προκαταρχομένου, καὶ οἱ λοιποὶ συνείποντο. « Ἵνα με κολαφίζῃ. » Οὐκ εἶπε Κολαφίσῃ, ἀλλὰ τὸ ἀεὶ ἔχειν τὸν ἀνθεστῶτα δηλῶν, « Κολαφίζῃ, » εἶπεν. « Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριν παρεκάλεσα. » Καὶ τοῦτο τάπεινοφροσύνης τὸ ὁμολογῆσαι, ὅτι οὐκ ἔφερε ῥᾳδίως τὰς ἐπιβουλὰς, καὶ ὅτι πολλάκις παρακαλέσας οὐκ ἤνυσε. Τὸ γὰρ, « Τρὶς, » Πολλάκις, δηλοῖ. « Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. » Τὸ τέλειον, φησὶν, ἔχεις, μὴ ζήτει πλέον. Ἀρκεῖ σοι γὰρ, φησὶν, ὅτι τοιαύτην ἔδωκά σοι χάριν, νεκροὺς ἐγείρειν, δυνάμεις ἐπιτελεῖν, μὴ ζήτει καὶ τὸ κήρυγμα ἀκίνδυνόν σοι προβαίνειν. « Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. » Ἀλλ' ἴσως, φησὶν, ἀλγεῖς μὴ δόξῃ τὸ σὲ ταῦτα πάσχειν, ἀσθένειαν ἐμοῦ λατηγορεῖν. Τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ μᾶλλον δείκνυσί μου τὴν δύναμιν, τὸ δὲ ἐναντίον καὶ ὑποτέμνεται αὐτῆς. Ἡ γὰρ δύναμίς μου, φησὶν, ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Ὅταν διωκώμενοι, τῶν διωκόντων περιγίνησθε, ὅταν ἐλαυνόμενοι, τῶν ἐλαυνόντων κρατῆτε. Τότε γὰρ ἡ δύναμίς μου διαδείκνυται, ὅταν ὑμῶν ἀσθενούντων τῷ πάσχειν κακῶς, πανταχοῦ κρατήσῃ τὸ κήρυγμα. Καὶ ὅρα. Ἄλλην μὲν αὐτὸς αἰτίαν εἶπε τοῦ δεδόσθαι τὸν κολαφισμὸν αὐτῷ· Ἵνα » γὰρ, φησὶ, « μὴ ὑπεραίρωμαι, ὁ δὲ Θεὸς ἄλλην εἶπεν αἰτίαν. Ὑπὲρ τοῦ δειχθῆσαι, φησὶ, τὴν δύναμίν μου, διὰ τῆς δοκούσης ἀσθενείας ὑμῶν. Τέλος γὰρ καὶ πέρας ἡ δύναμίς μου λαμβάνει, ἐκ τῆς ὑμῶν ἀσθενείας. Εἰ γὰρ διά τινων σοφιστῶν ἢ βασιλέων διηλονεῖτο τὸ κήρυγμα, κἂν τῇ ἐυναμει τῶν διακόνων ἔδωκέν τις τὴν ὑπάντων ὑποταγήν. Νῦν δὲ ἡ τῶν διακονούντων ἀσθένεια, τὴν τοῦ Θεοῦ διαδείκνυσι δύναμιν, καὶ τελειοῖ αὐτήν. Τουτέστι, τὸ τέλειον αὐτὴν ἐχειν δείκνυσιν. « Ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι. » Ἵνα μὴ νομίσωσιν ὁλοφυρο-

[75] Tim. II, 20 ; II Tim. II, 17 ; IV, 14. [76] I Cor. V, 5.

μένου εἶναι ταῦτα τὰ ῥήματα, φησίν. Ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι. » Διὰ τί; ὅτι ἡ ἀσθένειά μου, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δείκνυσι δύναμιν, καὶ ἐμὲ λαμπρότερον ποιεῖ, ὥσπερ σίδηρον στομοῦσα τοῖς διωγμοῖς, ὡσεὶ εἶπεν. Ἐγὼ μὲν τὸ ἐναντίον ἤτουν, ἀλλ' ἐπειδὴ ταῦτα ἤκουσα παρὰ Θεοῦ, ἡδύτερον ἐν ταῖς ἀσθενείαις καυχῶμαι. « Ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ. » Ὅσῳ γὰρ τὰ τῶν πειρασμῶν ἐπιτείνεται, τοσούτῳ τὰ τῆς χάριτος αὔξεται. Ἐπισκηνώσῃ, ὅλῃ ἐν ὅλῳ κατοικήσῃ.

A imbecillitas arguit Dei potentiam, ipsamque perficit, id est, ostendit ipsam habere perfectionem « Libentissime igitur potius gloriabor. » Ne deplorantis esse hæc verba existiment, ait: « Libentissime igitur potius gloriabor. » Quare? quia imbecillitas mea et Dei ostendit potentiam, et me reddit magis celebrem, roborans tanquam ferrum adversus persecutiones, ac si diceret: Ego quidem contrarium petebam, sed postquam hæc a Deo audivi; libentius in infirmitatibus glorior; « Ut inhabitet in me potentia Christi. » Quanto enim tentationes et afflictiones magis intenduntur, tanto et Christi potentia magis augetur. Ἐπισκηνώσῃ, hoc est, tanquam in tentorio moretur, hoc est, tota in toto inhabitet.

Διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις ὑπὲρ Χριστοῦ. Ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. Γέγονα ἄφρων καυκώμενος, ὑμεῖς με ἠναγκάσατε. Ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι. Οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων, εἰ καὶ οὐδέν εἰμι. Τὰ μὲν σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πάσῃ ὑπομονῇ, ἐν σημείοις καὶ τέρασι καὶ δυνάμεσι.

B **699** XII, 10-12. « Quamobrem placeo mihi in « infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, « in perfectionibus, in anxietatibus pro Christo. Cum « enim imbecillis sum, tunc robustus sum. Factus « sum insipiens gloriando, vos me coegistis, nam « ego debueram a vobis commendari. Nulla enim « in re fui inferior summis apostolis, tametsi ni- « hil sum. Signa quidem apostoli peracta fuerunt « inter vos, per omnem patientiam et signa et « signa et prodigia ac facta potentia. »

Εἶτα ἵνα μή τις νομίσῃ σωματικὴν ἀσθένειαν λέγειν αὐτὸν, οἷον πυρετὸν, ἢ ἑτέραν περίοδον νοσήματος, φησίν· « Ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις ὑπὲρ Χριστοῦ. » Ταῦτα γὰρ ἀσθένειαν καλεῖ. Τὸ δὲ, Εὐδοκῶ, ἐπιθυμῶ, φησίν, ἐν τούτοις εἶναι καὶ εὐφραίνομαι. Ταῦτα καὶ τοὺς ψευδαποστόλους καταισχύνει, ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις καυχωμένους, καὶ τούτους πείθει μὴ αἰσχύνεσθαι τοῖς τοῦ διδασκάλου πάθεσι. Λαμπρὰ γὰρ πάντα καὶ ἡδέα τὰ τοιαῦτα, Χριστὸν ἔχοντα τοῦ πάσχειν ὑπόθεσιν. « Ὅταν γὰρ ἀσθενῶ » Ὅταν γὰρ ἐβλήθη εἰς τὸ δεσμωτήριον, τότε τὰ θεμέλια αὐτοῦ κλονηθῆναι πεποίηκεν· Ὅταν ναυαγήσας εἰς τὴν Βάρβαρον ἐξεβρίφη, τότε μᾶλλον ἐδοξάσθη. Ὅτε εἰς τὸ δικαστήριον εἰσῆλθε δεδεμένος, τότε μᾶλιστα καὶ τοῦ δικαστοῦ περιγέγονε καὶ τῶν κατηγόρων. Ὁρᾷς ὅτι ὅταν ἠσθένει, τουτέστιν ἐν κινδύνοις ἦν καὶ ὕβρεσι καὶ πληγαῖς, τότε δυνατὸς, ἦν καὶ λαμπρός; « Γέγονα ἄφρων καυχώμενος. » Ὦ ταπεινοφροσύνης ὑπερβολή. Τὰ οὕτω παράδοξα διελθὼν, ὧν οὐκ ἦσαν ἄξιαι αἱ τῶν ἀνθρώπων ἀκοαὶ, ἄφρονα ἑαυτὸν καλεῖ. Πῶς δὲ ἡμεῖς σε ἠναγκάσαμεν, εἰπόιεν ἄν; Τῶν ψευδαποστόλων καυχωμένων, φησίν. Εἰ μὴ προσείχετε τοῖς τούτων λόγοις καὶ ἀπόλλυσθε, οὐκ ἄν εἰς ταῦτα ἦλθον τὰ ῥήματα. Ὁρᾷς ὅτι τὴν ἀνάγκην τῆς καυχήσεως ἐποίησεν ἡ τούτων ἀπώλεια; μέγα γὰρ τι τοὺς ψευδαποστόλους ἡγούμενοι, νόθα παρ' αὐτῶν καὶ διεστραμμένα ἔμαθον δόγματα. — Ἄλλως. « Γέγονα ἄφρων, » Ταῦτα εἰπὼν, φησίν. Οὐ κατὰ ἀπόφασιν δὲ τοῦτο λέγει, (οἶδε γὰρ αὐτὸς, μηδὲν ἄφρονος εἰπών,) ἀλλὰ τοῦτο, φησίν, ὡς κατ' ἐρώτησιν καὶ ἐπαπόρησιν πρὸς αὐτοὺς, οἷον ἄρα ταῦτα διεξελθὼν ἄφρων ὑμῖν ἔδοξα; Καὶ τούτου, φησίν, ἡ αἰτία εἰς ὑμᾶς ἀνατρέχει. Αὐτοὶ γὰρ με ἠναγκάσατε, τοὺς

Deinde ne quis cum dicere existimet corporalem infirmitatem, puta febrem aut alium morbi cursum ac circuitum, ait: « In contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in anxietatibus pro Christo. » Nam hæc vocat infirmitatem. Quod autem ait Εὐδοκῶ, hoc est, concupisco et in his esse delector. His et pseudapostolos pudefacit qui in contrariis gloriabantur, et his suadet ne magistri afflictionibus pudeant: omnia enim hujusmodi præclara sunt et læta, cum Christum habeant causam et principium patiendi. « Cum enim imbecillis sum. » Nam cum in carcerem conjectus est, tunc ejus fundamenta concuti fecit [77]. Quando facto naufragio in barbaram insulam ejectus est, tunc magis glorificatus est [78]. Quando ad tribunal vinctus accessit, tunc maxime superior judice et accusatoribus profectus est [79]. Vides quod dum imbecillis aut infirmus erat, hoc est, in periculis, in contumeliis, in plagis, tunc potens erat et clarus? « Factus sum insipiens gloriando. » O modestiæ immensitas! cum adeo admiranda narrasset, quibus humanæ aures dignæ non erant, seipsum vocat insipientem. Quomodo autem nos te coegimus, dixerit aliquis? Cum pseudapostoli, inquit, gloriarentur, nisi vos adhæsissetis ipsorum sermonibus, et periretis, nequaquam ad hæc verba devenissem. Vides quod gloriationis necesssitatem fecerit horum perditio? Cum enim pseudapostolos magnum aliquid esse ducerent, adulterina ac perversa discebant ab ipsis dogmata. — *Alio modo.* « Factus sum insipiens, ait, » hæc dicendo. Non autem hoc enuntiative et assertive dicit: Ipse enim noverat se nihil effugisse quod insipiens esset, sed hoc **700** tanquam per interrogationem aut dubitationem ait ad illos; ac si

[77] Act. xiv, 26. [78] Act. xxvii, 14. [79] Act. xxvi, 2 seqq.

diceret : Num hæc narrando visus sum vobis insipiens? et hujus causa, inquit, ad vos recurrit ; vos enim me coegistis, pseudapostolis vos familiariter adjungendo. « Nam ego debueram a vobis commendari. » Vos enim oportuit nostros vindicare sermones, et opiniones : cum itaque illis adhæreretis, coactus sum ad hos descendere sermones. « Nulla enim in re inferior fui. » Superius ait : « Arbitror me nihilo inferiorem fuisse ; » nunc autem affirmando, dicit : « Nulla in re fui inferior ; » aut defeci, seu factus sum posterior, Petro ac cæteris. Opportune autem venit ad apostolos, quasi dicat : Non solum pseudapostolis sum præstantior, sed et apostolis sum æqualis. « Tametsi nihil sum. » Tanquam magnum aliquid dixerit quod suas excedat vires, corrigit illud. Non dixit autem : Abjectus sum, sed quod multo inferius est, « Nihil sum. » Tu vero, inquit, ne intuearis hoc, si nihil sum : sed hoc adverte, anne omnia perfecerim quæcunque Apostolum designant et insigniunt. « Per omnem patientiam. » Vos, inquit, sermonum testes estis. Indicium autem Apostoli maxime consistit in ferendo omnia viriliter. Considera vero quod ait : « Patientiam. » Nam quod virtutis ipsius erat unica dictione posuit : signa vero quæ sua non erant sed gratiæ Dei, pluribus complexus est. Sed Pauli modestiam intuere. Quot carceres, quot plagas, quot pericula et insidias, quot afflictionum inundationes, quot bella intestina ac externa, unica dictione nempe « Patientia, » percurrit. « Per segna et prodigia. » Quot mortuos excitatos, cæcos illuminatos, leprosos mundatos, et dæmones expulsos designavit, dicens : « Per signa et prodigia ac facta potentia, » quæ tria unum quiddam idemque significant.

A **713** Hanc ab urbe Roma scribit, cum jam vidisset eos ac docuisset. Occasio vero epistolæ hæc fuit : Galatæ recte ab Apostolo edocti, cum legitime in Christum credidissent, ubi discessisset Apostolus, surrepti sunt a quibusdam et seducti, ut circumciderentur. His igitur cognitis, scribit ad eos Apostolus. Et primum quidem attestatur ipsis fidem quam habebant, et legitimum in Deum affectum : indignatur autem quod insipienter egerint et transmutati sint. Deinde de lege disserit ac fide quæ secundum Abraham est. Præterea ex lege ostendit, et ex uxoribus Abraham allegorice intellectis, ad tempus datam fuisse umbram ac circumcisionem, eaque deinceps per adventum Christi facta esse otiosa. Et his ita demonstratis, consequenter præcipit ipsis, ne amplius adhæreant impostoribus, B sed potius Christi fidei hæreant ; et cognoscant quod per Christum gratia aboleverit circumcisionem secundum carnem : et ita rursum circa mores admonendo ac docendo concludit Epistolam.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ.

Τὸ μὲν προοίμιον, καὶ πᾶσα σχεδὸν ἡ ἐπιστολὴ, θυμοῦ γεμει. Ἡ δὲ αἰτία αὕτη. Τινὲς τῶν ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντες, καὶ ἔτι τῷ πατρῴῳ νόμῳ κατεχόμενοι, ἔπεισαν πολλοὺς τῶν ἐν Γαλατίᾳ πιστῶν περιτέμνεσθαι, καὶ σάββατα τηρεῖν, καὶ νουμηνίας. Ἔπειθον δὲ, λέγοντες μὴ δεῖν τῷ Παύλῳ πείθεσθαι, τῷ χθὲς καὶ σήμερον φανέντι, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἀμφὶ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην. Οὗτοι γὰρ, φησὶ, μετὰ Χριστοῦ γενόμενοι οὐ κωλύουσι περιτομήν. Καὶ ἀληθῶς μὲν οὗτοι συγκαταβάσει πρὸς Ἰουδαίους χρώμενοι, οὐκ ἐκώλυον περιτομήν, ὅμως οὗτοι ἀποκρύπτοντες τὴν αἰτίαν ὅτι διὰ συγκατάβασιν οὐ κωλύουσιν, ἐκ τοῦ γινομένου μόνου, ἐδελέαζον αὐτοὺς εἰς περιτομήν, καὶ τὸν Παῦλον ἐξηυτέλιζον, φάσκοντες οὐ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ τῶν μαθητῶν εἶναι μαθητήν, τοὺς δὲ περὶ Πέτρον, αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Ἔπειτα ἔλεγον, ὅτι αὐτὸς ὁ Παῦλος φαίνεται ἀλλαχοῦ περιτεμών. Τί δήποτε οὖν, φασὶν ὑμᾶς οὐ περιτέμνει ; ἦν γὰρ τῷ ἀληθεῖ ὁ Παῦλος τὸν Τιμόθεον οἰκονομικῶς περιτεμών. Πρὸς ταῦτα οὖν γράφει, καὶ εὐθέως ἐκ προοιμίων πρὸς ἐκεῖνο ἀποτείνεται,

THEODORETI.

C **714** Proœmium ac tota ferme Epistola plena est excandescentia. Causa autem hæc fuit : Quidam qui e Judæis crediderant et adhuc paternæ legi adhærebant, multis fidelibus qui inter Galatas erant, persuaserunt ut circumciderentur et Sabbata ac Neomenias servarent. Persuadebant autem, dicentes non esse Paulo obtemperandum, qui paucos ante dies apparuisset, sed magis Petro, Jacobo ac Joanni. Nam hi, cum fuissent cum Christo, dicebant non prohibere circumcisionem. Et vere illi dispensatione ac condescensione quadam erga Judæos utentes non prohibebant circumcisionem. Verum hi occultata causa, nempe quod condescendendo non prohiberent, ex facto eos ad circumcisionem inescabant, et Paulum abjectum reddebant, dicentes ipsum non Christi, sed apostolorum esse discipulum, Petrum vero ac cæteros ipsius Christi. Deinde dicebant quod ipse Paulus alibi circumcidisse ostenderetur : quare vos ergo, inquiunt, non circumcidit ? Vere enim Paulus Timotheum dispensatione quadam circumciderat. Ad hæc ergo scribit, sta-

timque in exordio ad hoc dirigitur quod non homi- A nis, sed ipsius Christi esset discipulus.

PAULINÆ AD GALATAS EPISTOLÆ CAPITA

715 1. *In quo post proœmium narrat de seipso quomodo per revelationem a Judaismo transmigraverit.*

2. *De protectione apostolorum in testes pro vita quæ est per fidem.*

3. *De altercatione adversus Cepham de salute in fide sita et non in lege.*

4. *Quod per fidem fuerit sanctificatio, et non per legem.*

5. *Quod Abraham ex fide justificatus sit in nostri typum.*

6. *Quod lex non justificet, sed arguat: et maledictionem addat, quam solvit Christus.*

7. *Quid non lege sint bona, sed ex promissione:* B *lex vero præparativa sit per redargutionem.*

8. *Quod hi qui in lege erant, fuerint creaturæ obnoxi.*

9. *Quod eos qui per naturalem Abrahæ uxorem filiumque legitimum figurati fuerunt, non oporteat legi servire.*

10. *Quod nostri vocatio subjecta non sit circumcisioni ac legi propter Christi passionem.*

11. *Subscriptio libertatis, quæ est juxta spiritum.*

12. *Aversio ab his qui trahunt ad circumcisionem, et exhortatio ad novam vitam quæ sub spiritu degitur.*

ὅτι οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἦν μαθητής.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

α'. Διήγησις τῆς ἑαυτοῦ μεταστάσεως ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ κατὰ ἀποκάλυψιν.

β'. Περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐπιμαρτυρήσεως εἰς τὴν ἐν πίστει ζωήν.

γ'. Περὶ τῆς πρὸς Κηφᾶν ἀντιρρήσεως, περὶ τῆς ἐν πίστει καὶ οὐκ ἐν νόμῳ σωτηρίας.

δ'. Ὅτι διὰ πίστεως ὁ ἁγιασμός, οὐ διὰ νόμου.

ε'. Ὅτι καὶ Ἀβραὰμ ἐκ πίστεως ἐδικαιώθη εἰς τύπον ἡμῶν.

ϛ'. Ὅτι ὁ νόμος οὐ δικαιοῖ, ἀλλ' ἐλέγχει, καὶ κατάραν ἐπιτίθησιν, ἣν λύει Χριστός.

ζ'. Ὅτι οὐκ ἐκ νόμου, ἀλλ' ἐξ ἐπαγγελίας τὰ ἀγαθά. Ὁ δὲ νόμος παρασκευαστὴς δι' ἐλέγχου.

η'. Ὅτι ὑπὸ κτίσιν ἦσαν οἱ ἐν νόμῳ.

θ'. Ὅτι ἐν τῇ ἐλευθέρᾳ γυναικὶ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῷ γνησίῳ παιδὶ ὑποτυπωθέντας, οὐ χρὴ δουλοῦσθαι νομῳ.

ι'. Ὅτι ἡ κλῆσις ἡμῶν οὐχ ὑπόκειται περιτομῇ καὶ νόμῳ διὰ τὸ Χριστοῦ πάθος.

ια'. Ὑπογραφὴ τῆς κατὰ πνεῦμα ἐλευθερίας.

ιβ'. Ἀποτροπὴ ἀπὸ τῶν ἑλκόντων ἐπὶ τὴν περιτομήν, καὶ προτροπὴ πρὸς νέαν ζωὴν τὴν ὑπὸ πνεύματι.

ΠΑΥΛΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ

Η ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

—

PAULI APOSTOLI

AD GALATAS EPISTOLA.

—

716 49 PROŒMIUM. C

I,1-5.« Paulus Apostolus non ab hominibus,neque « per hominem, sed per Jesum Christum ac Deum « Patrem qui suscitavit ipsum ex mortuis,quique me- « cum sunt omnes fratres,Ecclesiis Galatiæ. Gratia « vobis et pax a Deo Patre et Domino nostro Jesu « Christo qui dedit seipsum pro peccatis nostris,ut « eriperet nos ex præsenti sæculo malo juxta volun- « tatem Dei et Patris nostri, cui gloria in sæcula « sæculorum. Amen. »

Suspicionem statim tollit, ne hominum dicatur discipulus. Nam apostolus, inquit, sum, suscepto

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

Παῦλος Ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ Πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοί, ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ δόντος ἑαυτὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐθέως ἀναιρεῖ τὸ εἶναι ἀνθρώπων μαθητής. Ἀπόστολος γάρ εἰμι, φησίν, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ἐγ-

χειρισθεὶς τὴν ἀποστολήν, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ εἰς τοῦτο ἐλθὼν τὸ ἔργον. « Ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ Πατρός. » Σημείωσαι τὸ, διὰ, ἐπὶ πατρὸς καὶ Υἱοῦ κείμενον, καὶ πρῶτον τὸν Υἱὸν ὀνομασθέντα. « Τοῦ ἐγείραντος αὐτόν. » Ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Πατέρα τιμῆς τοῦτο εἴρηται, καὶ διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν. « Ἐκ νεκρῶν. » Εὐκαίρως τῆς οἰκονομίας καὶ τοῦ θανάτου ἐμνήσθη τοῦ Κυρίου, ἵνα τῶν τοῦ Χριστοῦ εὐεργεσιῶν ὑπομνήσας, τούτῳ γοῦν τῷ τρόπῳ πείσῃ μηκέτι τῷ νόμῳ προσέχειν, ἀλλὰ τῷ Χριστῷ. « Καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοί. » Τί δή ποτε νῦν πάντων μέμνηται τῶν ἀδελφῶν ; Ὅτι οἱ διαβάλλοντες αὐτὸν ἔλεγον μόνον τὸν Παῦλον κατὰ καινοτομίαν τὴν περιτομὴν κωλύειν. Βούλεται οὖν δεῖξαι, πολλοὺς τῶν τοιούτων δογμάτων ὄντας κοινωνούς. « Ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας. » Ὅρα τοῦ θυμοῦ τὴν ἔνδειξιν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὡς εἰώθει, τοῖς Ἀγαπητοῖς, ἢ τοῖς Ἡγιασμένοις, ἢ γοῦν ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ « Τῆς Γαλατίας. » — « Χάρις ὑμῖν. » Ἐπειδὴ γὰρ ἐκινδύνευον τῇ περιτομῇ, τῆς χάριτος ἐκπεσεῖν, ταύτην αὐτοῖς ἐπεύχεται. Καλῶς δέ φησι, « Καὶ εἰρήνη. » Ἦσαν γὰρ ἐκπολεμωθέντες πρὸς Θεὸν, τῇ τῶν νομικῶν ἐνταλμάτων παρατηρήσει. « Ἀπὸ Θεοῦ Πατρός. » Πόθεν ἔχετε, φησὶ, καλεῖν Πατέρα τὸν Θεὸν, οὐκ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ; τί οὖν ἔχεσθε τοῦ νόμου ; « Τοῦ δόντος ἑαυτόν. » Ἰδοὺ ἑαυτὸν ἔδωκεν· Ὅταν οὖν ἀκούσῃς ὑπὸ τοῦ Πατρὸς αὐτὸν δεδόσθαι, εὐδοκίαν νόει τοῦ Πατρός. « Ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς. » Ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐξαλείφων τε τὰ πρότερα, καὶ πρὸς τὸ μέλλον συντηρῶν. « Ὅπως γὰρ, φησὶν, ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, » τουτέστιν, ἐκ τῶν κακῶν πράξεων καὶ τῆς διεφθαρμένης ζωῆς. Ταύτην γὰρ αἰῶνα καλεῖ πονηρὸν, οὐ τὸν χρόνον ἢ τὰς ἡμέρας, Ἄπαγε. Οὕτως γὰρ ἡμεῖς λέγειν εἰώθαμεν, ὅταν τι τῶν ἀδοκήτων ἡμῖν συμβῇ. Κακὴν, φησὶν, ἡμέραν ἐποίησα. « Αἰῶνος πονηροῦ. » Διὰ τοῦ εἰπεῖν τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, ἔδειξεν ὅτι τὸ κακὸν οὐκ ἀγένητον, οὐδὲ ἀΐδιον, ἀλλὰ πρόσκαιρον. « Κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν. » Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον μὴ δεῖν ἐᾶν τὸν νόμον ὡς ὑπὸ Θεοῦ δοθέντα, δείκνυσιν ὅτι καὶ τὸ, τῷ Χριστῷ πιστεῦσαι, θέλημα τοῦ Πατρός ἐστι. Κατὰ τὸ θέλημα γὰρ τοῦ Πατρὸς, ἔδωκεν ἑαυτὸν ὁ Χριστός. Ὁρᾷς ὅτι οὐδαμοῦ ἐπιταγὴ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν, ἀλλὰ μόνη σύνεσις. Πάλιν δὲ, τοῦ Πατρὸς ἡμῶν, εἰπὼν, τοῦ βαπτίσματος ὑπομιμνήσκει. Τί οὖν ἔχεσθε τοῦ νόμου ; « ὯΙ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. » Ἐνθυμηθεὶς διὰ τῶν εἰρημένων τὰς ἀφάτους εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ, εἰς ὁμολογίαν κατέπαυτε τὸν λόγον. Οὐ γὰρ ἦν αὐτὰς ἐξειπεῖν.

Θαυμάζω ὅτι οὕτως ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Θεοῦ εἰς ἕτερον Εὐαγγέλιον. Ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο, εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, καὶ θέλοντες μεταστρέψαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.

Δύο ἐγκλήματα, τό τε μετατίθεσθαι, καὶ τὸ, τα-

A ab hominibus apostolatu, qui non per hominem, sed per ipsum Christum ad hoc venerim opus.« Sed per Jesum Christum ac Deum patrem. » Animadvetere hic præpositionem διὰ, id est *per*, ad Patrem ac Filium apponi, primumque filium nominari. « Qui suscitavit ipsum. » Ob honorem erga patrem hoc dictum est, et propter auditorum imbecillitatem. « Ex mortuis. Opportune dispensationis ac mortis Domini meminit, ut facta beneficiorum Christi mentione, hoc sane modo persuadeat, ne 720 deinceps legi adhæreant, sed Christo. « Quicunque mecum sunt fratres. » Quam ob causam omnium simul fratrum nunc meminit? Quia hi qui ipsum calumniabantur dicebant solum Paulum novo modo prohibere circumcisionem : vult ergo ostendere multos esse sibi socios in hujusmodi dogmatis. « Ecclesiis Galatiæ. » Considera indignationis ostensionem; neque enim dixit ut solet, Dilectis aut Sanctificatis, sixe Ecclesiis Dei, sed « Galatiæ. » — « Gratia vobis. » Siquidem quia ob circumcisionem periclitabantur, — ne a gratia excideret, hanc ipsis precatur. Bene autem dixit : « Et pax, » Erant enim inimici effecti erga Deum per observantiam legalium præceptorum. « A Deo Patre. » Unde, inquit, habetis ut Deum Patrem vocetis ? nonne a baptismate ? cur ergo legi hæretis? « Qui dedit seipsum. » Ecce seipsum dedit : cum ergo audieris ipsum a Patre datum fuisse, beneplacitum intellige Patris. « Ut eriperet vos. » — « Dedit semetipsum pro peccatis nostris, et præterita abolens et in futurum præservans. Ait enim : « Ut eriperet nos ex præsenti sæculo malo, » hoc est, ex malis actionibus vitaque corrupta : hanc enim vocat sæculum malum, non tempus ipsum aut dies : Minime. Nam ita nos quoque dicere solemus ubi quid inopinati nobis contigerit : Malum diem transegi « Sæculo malo. » Per hoc quod ait. « Præsenti sæculo malo,» ostendit malum non esse sine principio, aut sempiternum, sed temporale. « Juxta voluntatem Dei et Patris nostri.» Quoniam enim dicebant non oportere legem relinquere, quæ a Deo data esset, ostendit etiam Patris voluntatem fuisse quod in Christum credidissent. Siquidem juxta patris voluntatem dedit seipsum Christus. Vides quod nusquam dicatur jussum Patris erga Filium, sed sola assensio. Rursum autem dicendo Patris nostri. suggerit de baptismo : cur igitur legi adhæretis ? « Cui gloria in sæculo· » Consideratis per ea quæ dicta sunt ineffabilibus Dei beneficiis, in glorificationem conclusit sermonem : neque enim poterat ipsa exprimere.

I, 6-8. « Miror quod a Deo qui vocavit vos per « gratiam, tam cito transferamini in aliud Evan« gelium, quod non est aliud, nisi quo sunt qui« dam qui vos turbant, et volunt evertere Evan« gelium Christi. Cæterum etiam si nos aut ange« lus e cœlo prædicaverit vobis Evangelium præter « id quod prædicavimus vobis anathema sit. »

Duo peccata erant, et quod transferentur, et quod

cito, ut neque impostoribus opus esset tempore. Considera autem diligentiam. Quoniam legi adhærendo putabant exorare Patrem, ostendit eum qui a Christo discedit et Evangelio, etiam a Patre discedere. Nam ipse Pater, inquit, vocavit nos ad gratiam Filii sui. Etenim Filius remissionem tribuit suo sanguine, gratia et non mercede, nam Pater ad hanc vocat : Spiritus vero consentit. Commune siquidem erga nos beneficium est sanctæ ac beatæ Trinitatis. « In aliud Evangelium. » Qui Galatis suadebant Sabbata ac circumcisionem servare, propriam ipsorum deceptionem vocabant Evangelium, nomine magis inescantes. « Quod non est aliud. » Quod inquit, solum unum est, et non est aliud præter ipsum. Nisi quo quidam sunt qui turbant vos : volentes vos pervertere, Christique Evangelium evertere. « Cæterum etiam si nos. » Ne quis dicat quod inani gloria, propriæ favet prædicationi, seipsum primum exsecratur, si quid in Evangelio immutare velit. « Aut angelus e cœlo. » Ne mihi, inquit, dicas Petrum, Jacobum et Joannem : sed si supernæ quoque potestates pervertant Evangelium, anathema sint. Hæc autem, ait, non quod aliud prædicarent Petrus et cui cum eo erant : aut supernæ virtutes : sed volens impostorum ora obstruere, qui a Petri dignitate imponebant illis. « Præter id quod prædicavimus. » Παρ' ὅ, id est, *præter id quod*, significat quantumvis parum a prædicatione diversim.

I, 9, 10. « Quemadmodum ante diximus et nunc « iterum dico si quis vobis prædicaverit Evangelium « præter id quod accepistis, anathema sit. Nunc enim « 721 utrum hominibus suadeo an Deo? aut quæro « hominibus placere? Nam si hactenus hominibus « placuissem, Christi servus nequaquam essem ».

Ne enim existiment eum irato animo hæc dixisse, non ita in veritate animo affectum esse, repetit verbum : asserens hoc ita judicatum esse ac firmatum apud ipsum. « Nunc enim utrum hominibus suadeo an Deo? » Deinde ne putent quod ipsis velit suadere, et aliis alia prædicet (siquidem calumniabantur eum impostores, quod apud alios quidem circumcisionem prædicaret, apud alios vero aliud quippiam) et deflecterent tanquam assentationibus occupati, dicit ; nunc enim modo hæc disservi cupiens vos adhortari ac facere certiores? Deo cupio plenum facere fidem : quoniam neque hominibus placere cupio itaque nec vobis. « Aut quæro hominibus placere? » Non ut assenter et placeam vobis hæc dixi, inquit. Si enim voluissem hominibus placere, utique Judaismo adhæsissem et amicis ac cognatis, et nequaquam hominibus relictis ad Christum accurrissem.

CAPUT I.

Narratio de seipso quomodo per revelationem a Judaismo transmigraverit.

I, 11-14. *Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium quod prædicatum est a me non esse secundum hominem : neque enim ab homine accepi illud, neque*

A χέως, ὡς μηδὲ χρόνου δεῖσθαι τοὺς ἀπατῶντας. Ὅρα δὲ ἀκρίβειαν. Ἐπειδὴ τοῦ νόμου ἐχόμενοι ᾠοντο δυσωπεῖν τὸν Πατέρα, δείκνυσιν ὅτι ὁ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου ἀφιστάμενος, καὶ τοῦ Πατρὸς ἀφίσταται. Αὐτὸς γὰρ ὁ Πατήρ, φησὶν, ἐκάλεσεν ἡμᾶς εἰς τὴν χάριν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς παρέχει τὴν ἄφεσιν τῷ ἰδίῳ αἵματι, χάριτι καὶ οὐ μισθῷ. Ὁ δὲ Πατήρ, πρὸς ταύτην καλεῖ. Τὸ δὲ Πνεῦμα συνευδοκεῖ. Κοινὴ γὰρ ἡ εἰς ἡμᾶς εὐεργεσία τῆς ἁγίας καὶ μακαρίας Τριάδος. « Εἰς ἕτερον Εὐαγγέλιον. » Τὴν γὰρ ἑαυτῶν ἀπάτην, οἷον τὰ Σάββατα καὶ τὴν περιτομὴν τηρεῖν πείθοντες τοὺς Γαλάτας, Εὐαγγέλιον ἐκάλουν, διὰ τοῦ ὀνόματος, μᾶλλον δελεάζοντες. « Ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο. » Ὅπερ, φησὶν, ἓν μόνον, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλο παρὰ τοῦτο. Εἰ μὴ B ἄρα τινὲς ὑμᾶς διαταράσσουσι, διαστρέψαι τε βουλόμενοι ὑμᾶς, καὶ μεταστρέψαι τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον. « Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς. » Ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι κατὰ κενοδοξίαν τὸ ἴδιον συγκροτεῖ κήρυγμα, πρῶτον ἑαυτὸν ἀναθεματίζει, εἴπερ παραποιῆσαί τι ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ βουληθείη. « Ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ. » Μὴ γάρ μοι, φησὶν, εἴπῃς Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, ἀλλ' εἰ καὶ αἱ ἄνω δυνάμεις παρατρέψαιεν τὸ Εὐαγγέλιον, ἀνάθεμα ἔστωσαν. Τοῦτο δὲ, φησὶν, οὐχ ὡς ἕτερόν τι τῶν περὶ Πέτρου κηρυσσόντων, (οὔτε γὰρ αἱ ἄνω δυνάμεις.) ἀλλὰ βουλόμενος ἀποβλάψαι τὰ στόματα τῶν ἀπατεώνων, τῶν διὰ τοῦ ἀξιώματος τῶν ἀμφὶ τὸν Πέτρον, ἀπατώντων αὐτούς. « Παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα. » Τὸ, παρ' ὃ, δηλοῖ, τὸ ὅσον δήποτε μικρὸν τοῦ κηρύγματος.

C Ὡς προειρήκαμεν καὶ ἄρτι πάλιν λέγω. Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω ἢ τὸν Θεόν ; ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν ; Εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώπους ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην.

Ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσι δι' ὀργὴν ταῦτα εἰρηκέναι, μὴ οὕτως κατὰ ἀλήθειαν διακείμενον, δευτεροῖ τὸ ῥῆμα, πείθων, ὡς τοῦτο κέκριται καὶ πεπαγίωται παρ' αὐτῷ. « Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω ἢ Θεόν ; » Εἶτα ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι αὐτοὺς βούλεται πεῖσαι, καὶ ἄλλοις ἄλλα κηρύττειν· (διέβαλλον γὰρ αὐτὸν οἱ ἀπατῶντες, ὅπποτε μὲν ἄλλοις περιτομὴν κηρύσσει, παρ' ἑτέροις δὲ ἄλλο τι) καὶ ἀναπέσωσιν ὥσπερ κολακευόμενοι, φησί. Μὴ γὰρ νῦν ὑμᾶς D πληροφορῆσαι βουλόμενος ταῦτα διῆλθον ; Τὸν Θεὸν θέλω πληροφορῆσαι, ἐπεὶ μήτε θέλω ἀνθρώποις ἀρέσαι. Τοιγαροῦν, οὔτε ὑμῖν. « Ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν ; » Οὐ διὰ τὸ κολακεῦσαι καὶ ἀρέσαι ὑμῖν ταῦτα εἶπον, φησίν. Εἰ γάρ ἠβουλόμην ἀνθρώποις ἀρέσκειν, ἄρα καὶ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ ἀντειχόμην, καὶ φίλων, καὶ συγγενῶν, καὶ οὐκ ἂν πάντα καταλιπὼν, Χριστῷ προσέδραμον.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Διήγησις τῆς ἑαυτοῦ μεταστάσεως ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ κατὰ ἀποκάλυψιν.

Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ Εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ,

οὔτε ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Χριστοῦ. Ἠκούσατε γὰρ τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐπόρθουν αὐτήν, καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων.

Βούλεται δεῖξαι αὐτοῖς, ὅτι οὐ παρὰ ἀνθρώπων, παρ' αὐτοῦ δὲ τοῦ Χριστοῦ παρέλαβε τὸ κήρυγμα. « Ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον. » Κατὰ Θεὸν γὰρ ἐστι, τουτέστι, κατὰ Θεοῦ ἀποκάλυψιν. « Οὐδὲ γὰρ παρὰ ἀνθρώπου, φησὶ, παρέλαβον αὐτό. » Τοῦτο γὰρ ἔλεγον οἱ διαβάλλοντες αὐτὸν, ὅτι ὁ Παῦλος παρὰ ἀνθρώπων παρέλαβε τὸ κήρυγμα, οὐχ ὥσπερ οἱ ἀμφὶ Πέτρον παρὰ τοῦ Χριστοῦ. Διὸ ἔλεγον. Οὐ δεῖ αὐτῷ πείθεσθαι. « Ἠκούσατε γάρ. » Εἶτα ἐπειδὴ τὴν γενομένην αὐτῷ ἀπὸ Χριστοῦ ἀποκάλυψιν ἠγνόουν οἱ Γαλάται, βούλεται ἐκ τοῦ δεῖξαι ἑαυτὸν πρότερον διώκτην, καὶ νῦν ἐξαίφνης μεταβεβλημένον, κατασκευάσαι. ὅτι εἰ μὴ θεία τις αὐτῷ ἀποκάλυψις ἐγεγόνει, οὐκ ἂν οὕτως μετεβλήθη ταχέως, ἵνα ἐκ τούτου πεισθέντες Χριστοῦ εἶναι αὐτὸν μαθητὴν, μὴ καταφρονῶσιν αὐτοῦ. « Τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν. » Οὐκ ἂν δὲ ἀπὸ Παλαιστίνης εἰς Γαλατίαν ἠχηκόεισαν, εἰ μὴ σφόδρα ἦν διώκτης. « Ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ. — [ΣΕΓΗΡ.] Τίς χρεία τῆς ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ἀναστροφῆς ; ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι οὐ προλήψει δουλεύει, ἀλλ' ἀληθείᾳ. Οὐ γὰρ μισήσας τὸν νόμον ὑπέδραμε τὴν χάριν (ἐξεδίκει γὰρ αὐτὸν), ἀλλ' εὑρὼν τὸ τέλειον, ἀπέστη τοῦ νόμου. « Καὶ ἐπόρθουν αὐτήν. » Οὐκ ἐδίωκον μόνον, φησὶν, ἀλλὰ καὶ καταστρέψαι καὶ ἀφανίσαι αὐτὴν προῃρούμην. Τοῦτο γὰρ τὸ, « Καὶ ἐπόρθουν αὐτήν. » — « Καὶ προέκοπτον. » Προέκοπτον ἐν τῇ πορθήσει τῶν ἐκκλησιῶν, τουτέστιν, ἐπεδίδουν ἀεὶ πρὸς τὸ χαλεπώτερος εἶναι. Ἢ προέκοπτον καὶ ἔντιμος ἤμην διὰ τοῦτο παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις. Τί οὖν τὸ αἴτιον τοῦ αἱρήσασθαί με ἐξαίφνης πόλεμον πρὸς αὐτοὺς, τοὺς τιμῶντας καὶ ἀγαπῶντας ; Οὐδὲν ἄλλο, φησὶν, ἢ ἡ ἀποκάλυψις τοῦ Χριστοῦ. « Περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων. » Προέκοπτον, ἐπειδὴ λίαν ἤμην ζηλωτὴς τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. Ὥστε, φησὶν, οὐδέποτε κατὰ κενοδοξίαν ἐποίουν ἃ ἐποίουν, ἀλλὰ κατὰ ζῆλον Θεοῦ, εἰ καὶ πεπλανημένον. Ὁ οὖν μηδὲ τότε κατὰ κενοδοξίαν τι ποιῶν, πῶς ἂν νῦν μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐκήρυττον ψευδῆ ἵνα ἀνθρώποις ἀρέσω, καὶ μὴ ἐκεῖνα, ἅτινα ἀπὸ Χριστοῦ παρέλαβον ;

Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀποκαλῦψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι.

Εἰ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ἀφώριστο πρὸς τὸ κήρυγμα καὶ ἐπελέλεκτο, διά τινα πάντως θείαν οἰκονομίαν τὸν μέσον εἰάθη χρόνον, ἵνα ἡ οὕτως αὐτοῦ ἀῤῥόα μεταβολὴ, πολλοὺς πιστώσηται. « Καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ. » Αὐτὸς μὲν ὡς σκεῦος

A *didici : sed per revelationem Jesu Christi. Audistis enim meam conversationem quondam in Judaismo, quod supra modum persequebar Ecclesiam Dei, ac expugnabam illam, et proficiebam in Judaismo supra multos æquales in genere meo, cum vehementer zelator essem traditorum a majoribus meis institutorum.*

721 Ostendere vult quod non ab hominibus sed ab ipso Christo prædicationem accepit. « Non esse secundum hominem. » Est enim secundum Deum hoc est, secundum Dei revelationem. « Neque enim ab homine accepi illud, » inquit. Nam hoc dicebant qui ipsum calumniabantur, quod Paulus ab hominibus prædicationem accepisset et non quemadmodum B Petrus a Christo. Ideo dicebant non oportere ipsi parere. « Audistis enim. » Deinde, quoniam factam ipsi a Christo revelationem ignorabant Galatæ, confirmare vult ex eo quod ostendat se prius fuisse persecutorem, nunc autem repente transmutatum esse, quod nisi divina sibi aliqua visio facta fuisset, nequaquam repente adeo transmutatus esset, ut ex hoc persuasi ipsum esse Christi discipulum, non eum despicerent. « Meam conversationem. » Nequaquam autem ex Palæstina in Galatiam usque rumor pervasisset, nisi vehemens persecutor fuisset. « In Judaismo. » Quæ fuit necessitas faciendi mentionem conversationis in Judaismo ? Sane ut ostenderet quod non opinioni serviret, sed veritati. Neque enim odio legis ad gratiam profugerat : ipsam namque ulciscebatur legem, sed invento eo quod erat perfectius, discessit a lege. « Ac expugnabam illam. » C Non solum ipsam persequebar, inquit, sed et evertere ac obscurare illam conabar : hoc autem est « Expugnabam. » — « Et proficiebam. » Proficiebam in populatione Ecclesiarum : hoc est, addebam semper ut sævior essem. Aut proficiebam, id est, et ob id honorabilis eram apud Judæos. Quid ergo in causa fuit ut repente bellum susciperem adversus eos qui me in honore habebant ac diligebant ? Nihil aliud, inquit, nisi revelatio Christi. « Cum vehementer zelator essem. » Proficiebam, quoniam admodum zelator eram traditorum a majoribus meis institutorum. Nunquam itaque faciebam inani ductus gloria quæ faciebam sed ob Dei zelum quanquam erroneum Qui ergo ne tunc quidem inani motus gloria quid- D quam faciebam, quomodo nunc post veritatis agnitionem falsa prædicare possem ut hominibus placerem, et non ea quæ a Christo accepissem ?

722 I, 15, 16. *At ubi Deo, qui segregaverat me ab utero matris meæ, et vocavit per gratiam suam, revelando Filium suum in me, visum est ut prædicarem ipsum inter gentes : continuo non acquievi carni et sanguini.*

Si ab utero matris suæ segregatus fuerat et electus, utique divina quadam dispensatione medio tempore relictus fuit, ut adeo repentina ipsius mutatio multos confirmaret. « Et vocavit per gratiam suam. » Ipse quidem tanquam vas electionis vocatus

est, dicit autem se gratia vocatum esse ac si diceret : Cum indignus essem et non idoneus, gratia vocavit me Dominus. « Revelando Filium suum. » Pater, inquit, me vocavit revelando mihi Filium suum. Dixit autem « In me, » ostendere volens non solo sermone se didicisse, sed et mente et corde ; veluti insidente scientia interiori homini. « Ut prædicarem ipsum. » Vides quod Pater qui vocavit et revelavit ipsi Filium suum, ipse eum prædicatorem et apostolum ordinavit? Quomodo igitur ab hominibus accepi et edoctus sum prædicationem? Confestim non declinavi ad remissionem et mollitiem : neque quasi magnum aliquid operatus essem, in otium et negligentiam recidi ; sed fortem ac rigidum Evangelii cursum prosecutus sum — *Aut hoc modo.* Non antiquius habui videre cognatos aut domum aut sodales aut patriam, sed omnibus relictis (neque enim in hoc Petro ac Joanne sum inferior), statim in Damascum et in Arabiam etiam ad prædicationem cucurri. « Non contuli cum carne et sanguine. Οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, » (Quod nos reliquos secuti interpretes vertimus : « Non acquievi carni et sanguini ; » nam et hunc sensum priora scholia indicarunt.) Non descendi, inquit, in sermone cum apostolis de prædicatione, contentus divina revelatione. Hoc autem dicit ostendens quod a discipulis prædicationem non didicerit, sed ad ipso Christo, Nam qui eum calumniabantur, dicebant ipsum hominum, non Christi esse discipulum.

A ἐκλογῆς ἐκλήθη· λέγει δὲ ἑαυτὸν χάριτι κεκλῆσθαι, ὡσεὶ εἶπεν. Ἀνάξιόν με ὄντα καὶ ἀνεπιτήδειον, χάριτι κέκληκεν ὁ Κύριος. « Ἀποκαλῦψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ. » Ὁ Πατήρ με, φησὶν, ἐκάλεσεν, ἐπὶ τῷ ἀνακαλῦψαί μοι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ. « Ἐν ἐμοὶ » δὲ εἶπε, δεῖξαι θέλων οὐ λόγῳ μόνον μαθόντα αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ νῷ καὶ βαρδίᾳ οἷον εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον τῆς γνώσεως ἐνιζησάσης. « Ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτόν. » Ὁρᾷς ὅτι ὁ καλέσας Πατὴρ καὶ ἀποκαλύψας αὐτῷ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, αὐτὸς αὐτόν κήρυκα καὶ ἀπόστολον ἐχειροτόνησε ; Πῶς οὖν, φησὶ, παρὰ ἀνθρώπων παρέλαβον καὶ ἐδιδάχθην τὸ κήρυγμα ; Εὐθέως οὐκ ἀπέκλινα εἰς ἄνεσιν καὶ ἡδυπάθειαν, οὐ δ' ὡς μέγα τι κατωρθωκὼς, εἰς ῥᾳστώνην καὶ ὀλιγωρίαν ἀνέπεσα, ἀλλὰ σύντονον τὸν τοῦ Εὐαγγελίου δρόμον ἐποιούμην. — Ἢ οὕτως. Οὐ προετιμησάμην ἰδεῖν συγγενεῖς, ἢ οἰκίαν, B ἢ συνήθεις, ἢ πατρίδα, ἀλλὰ πάντα λιπὼν (οὐδὲ γὰρ ἐν τούτοις τῶν περὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννην ἐλαττοῦμαι), εὐθέως εἰς Ἀραβίαν καὶ εἰς Δαμασκὸν καὶ εἰς τὸ κήρυγμα ἔτρεχον. « Οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι. Οὐκ ἦλθον εἰς λόγους, φησὶ, τοῖς ἀποστόλοις περὶ τοῦ κηρύγματος, ἀρκεσθεὶς τῇ θείᾳ ἀποκαλύψει. Τοῦτο δέ φησι, δεικνὺς ὅτι οὐ παρὰ τῶν μαθητῶν ἔμαθε τὸ κήρυγμα, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Οἱ γὰρ διαβάλλοντες αὐτὸν, ἔφασκον ἀνθρώπων εἶναι καὶ Χριστοῦ μαθητήν.

I. 17-19. « Neque redii Hierosolymam ad eos qui « ante me fuerant apostoli, sed abii in Arabiam, « ac denuo reversus sum Damascum, deinde post « annos tres redii Hierosolymam, ut viderem Pe- « trum, et mansi apud eum dies quindecim. 728 « Alium autem ex apostolis non vidi, nisi Jacobum « fratrem Domini. »

C Οὐδὲ ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους, ἀλλὰ ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν, καὶ πάλιν ὑπεστρεψα εἰς Δαμασκόν. Ἔπειτα κατὰ ἔτη τρία, ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Πέτρον, καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε. Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου.

Idem dixit manifestius, ostendens quod non fuerit ab apostolis edoctus, sed ab ipso Christo. Non redii, inquit, Hierosolymam ut viderem eos qui ante me fuerant apostoli, et aliquid ab eis dicerem Siquidem Damasco rediit Hierosolymam, ut indicant Acta apostolorum [1], at non ad discendum, sed prædicandum ipsum Christum et docendum fidem. Nam et eo modo quo in Arabiam abieram, inquit, D prædicaturus, rursumque Damascum : eodem modo et Hierosolymam. Post tres autem annos ab incepta prædicatione et doctrina mea redii ut viderem Petrum, non ut aliquid ab ipso discerem : jam enim Evangelium annuntiabam et prædicabam « Sed adii in Arabiam. » Narratis ad quas adierat, civitatibus, egregia opera silet quæ ibi facta ab ipso erant, quod magnæ erat animi modestiæ. « Ut viderem Petrum. » Considera animi modestiam. Post tot tantaque certamina abiit ut videret Petrum tanquam majorem. Ut autem etiam maneret, causa honoris quem Petro deferebat, actum est. Vide autem quomodo caute dicat : « Mansi apud eum, » non edoctus sum. « Alium autem ex apostolis

Σαφέστερον αὐτὸ εἶπε, δεικνὺς ὡς οὐ παρὰ τῶν ἀποστόλων ἐδιδάχθη, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Οὐκ ἀνῆλθον, φησὶν, εἰς Ἱεροσόλυμα, πρὸς τὸ θεάσασθαι τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους καὶ μαθεῖν τι ἐξ αὐτῶν. Ἀνῆλθε μὲν γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπὸ Δαμασκοῦ, ὡς δηλοῦσιν αἱ Πράξεις, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ μαθητεῦσαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καὶ αὐτὸν κηρύσσειν τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν πίστιν διδάσκειν. Καὶ γὰρ ὃν τρόπον εἰς Ἀραβίαν ἀπῆειν, φησὶ, κηρύξων, καὶ πάλιν εἰς Δαμασκὸν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ εἰς Ἱεροσόλυμα. Μετὰ δὲ ἔτη τρία τοῦ κηρύσσειν με καὶ διδάσκειν, ἀνῆλθον ἰδεῖν Πέτρον, οὐ μαθεῖν τι παρ' αὐτοῦ. Ἤδη γὰρ ἐγὼ εὐηγγελιζόμην καὶ ἐκήρυσσον. « Ἀλλὰ ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν. » Τὰς πόλεις εἰπὼν ἐν αἷς ἀπῆλθε, τὰ ἐκεῖ γενόμενα αὐτῷ κατορθώματα σιωπᾷ ὅπερ πολλῆς ἦν ταπεινοφροσύνης. « Ἱστορῆσαι Πέτρον. » Ὅρα ταπείνωσιν· μετὰ τοσούτους καὶ τοιούτους ἀγῶνας ἀπῆει ἱστορήσων Πέτρον, ὡς μείζονα. Καὶ τὸ προσμεῖναι δὲ, τῆς περὶ Πέτρον τιμῆς ἕνεκεν ἐγένετο. Ὅρα δὲ πῶς ἀσφαλῶς λαλεῖ· « Ἐπέμεινα, φησὶ, πρὸς αὐτὸν, » οὐ μὴν ἐδιδάχθην. « Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον. » Ὁ μὴ ἰδὼν

τινα, πως ἄν ἔμαθε παρ' αὐτῶν ; « Τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. » Οὐκ ἦν, ἀλλ' ἐνομίζετο, πλὴν ἵνα αὐτὸν ἐπάρῃ, ἀδελφὸν καλεῖ τοῦ Κυρίου.

Ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι. Ἔπειτα ἦλθον εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας. Ἤμην δὲ ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας ταῖς ἐν Χριστῷ. Μόνον δὲ ἀκούοντες ἦσαν, ὅτι Ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν ἣν ποτε ἐπύρθει, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἐν ἐμοί.

Λέγω ὑμῖν ἐνώπιον τοῦ Κυρίου ὅτι οὐ ψεύδομαι. Ὁρᾷς πῶς ἐπαγωνίζεται τούτῳ τῳ λόγῳ ; Καὶ γὰρ ἐκινδύνευε μὴ εἶναι ἀξιόπιστος πρὸς τὸ κήρυγμα, ὡς ἄνθρώπων καὶ οὐ τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς ὤν. « Εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας. » Μετὰ τὸ ἰδεῖν Πέτρον, πάλιν εἴχετο τῆς πρὸς τὰ ἔθνη ὁδοῦ. Πρὸς τὰ μέρη, φησὶ, Συρίας καὶ Κιλικίας· πρὸς αὐτὰ γὰρ ἀπέσταλτο. « Ἤμην δὲ ἀγνοούμενος. » Τοσοῦτον, φησὶν, οὐκ ἐκήρυξα τοῖς ἐκ περιτομῆς πεπιστευκόσι, τὸ δεῖν περιτέμνειν (τοῦτο γὰρ οἱ διαβάλλοντες ἔλεγον, ὅτι τοῖς ἐξ Ἰουδαίων πιστεύουσι, περιτομὴν κηρύσσει)· τοσοῦτον οὖν, φησὶν, οὐκ ἐκήρυξα, ὅτι καὶ ἠγνόουν μου τὸ πρόσωπον. — Ἢ οὕτως. [ΦΩΤ.] Παρὰ Πέτρου οὐκ ἔμαθον· μόνον εἶδον αὐτόν. Παρὰ Ἰακώβου οὐκ ἔμαθον· κἀκεῖνον γὰρ μόνον εἶδον. Ἄλλον τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον. Ἀλλὰ μὴ ἀπό τινος ἑτέρου ταπεινοτέρου καὶ οὐχ οὕτως ἐπιςήμου προσώπου ; Καὶ πῶς τοῦτο χώραν ἔχει, μαθεῖν ἐξ ἐκείνων, οἳ οὐδὲ τὸ πρόσωπόν μου ἑωράκασιν ; Ἀγνοούμενος γὰρ ἤμην τῷ προσώπῳ, ταῖς ἐν Χριστῷ Ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας. Οἱ γὰρ λοιποὶ ἐδέοντο διδασκαλίας, ἀλλ' οὐκ ἐδίδασκον. Οὐκοῦν, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπου ἔμαθον. « Ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας. » Ταῖς ἄμφι τὴν Συρίαν καὶ Κιλικίαν διακειμέναις Ἐκκλησίας, ταῖς ἐξ Ἰουδαίων ἐπιστρεψάσαις πρὸς τὸν Κύριον. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, « Ἐν Χριστῷ. » — « Καὶ ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν Θεόν. » Οὐκ εἶπεν, Ἐπῄνουν, ἢ, Ἐδόξαζόν με ἄλλα, « Τὸν Θεὸν, φησὶν, ἐδόξαζον. » Ὅλον γὰρ τὸ κατ' ἐμὲ, φησὶ, τῆς χάριτος ἦν τοῦ Θεοῦ. « Ἐν ἐμοὶ, » τουτέστι, Δι' ἐμέ. « Ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν Θεὸν, » οὐχὶ τὸν δεῖναι ἢ τὸν δεῖνα διδάσκαλον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Θεόν. Αὐτὸς ἦν ὁ ἀποκαλύψας ἐμοὶ, καὶ διδάξας τὸ κήρυγμα.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐπιμαρτυρήσεως εἰς τὴν ἐν πίστει ζωήν.

Ἔπειτα διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν, πάλιν ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ Βαρνάβα, συμπαραλαβὼν καὶ Τίτον. Ἀνέβην δὲ κατὰ ἀποκάλυψιν, καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσι. Κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι, μή πως εἰς κενὸν τρέχων, ἢ ἔδραμον. Ἀλλ' οὐδὲ Τίτος ὁ σὺν ἐμοὶ Ἕλλην ὤν, ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι.

Τοῦ μὲν τὸ πρωτον ἀνελθεῖν, Πέτρον εἶπε τὴν αἰτίαν· τοῦ δὲ τὸ δεύτερον, τὴν ἀποκαλυψιν. « Μετὰ Βαρνάβα συμπαραλαβὼν καὶ Τίτον. » Τούτους ἐπήγετο μάρτυρας τοῦ ἰδίου κηρύγματος. « Ἀνέβην δὲ

A non vidi. » Qui non vidit quemquam, quomodo ab ipsis didicisset ? « Fratrem Domini. » Non erat frater Domini, sed putabatur, attamen ut ipsum attolleret, fratrem Domini vocat.

I, 2u-24. « Porro quæ scribo vobis esse coram « Deo quod non mentiar. Deinde veni in regiones « Syriæ et Ciliciæ. Eram autem ignotus juxta faciem « Ecclesiis Judææ quæ erant in Christo. Sed tantum « hic rumor apud illos erat: Qui persequebatur nos « aliquando, nunc prædicat fidem, quam quondam « expugnabat : et in me glorificabant Deum. »

Dico vobis coram Deo quod non mentiar. Vides quantum pro hoc decertet sermone ? Periculum enim erat ne fide dignus non esset ad prædicationem, quasi hominum et non Christi discipulus
B fuisset. « In partes Syriæ. » Ubi Petrum vidisset, rursum ad gentes proficiscebatur. Ad partes, inquit, Syriæ et Ciliciæ : nam ad ipsas missus fuerat. **724** « Eram autem ignotus. » Adeo, inquit, non prædicavi his qui de circumcisione crediderant quod oporteret circumcidi (nam hoc dicebant calumniatores quod credentibus ex Judæis circumcisionem prædicaret,) adeo igitur non prædicavi, inquit, cum neque me de facie noverant. — *Aut hoc modo.* A Petro non didici, sed ipsum tantum vidi ; a Jacobo non didici, nam et ipsum solum vidi. Alium ex apostolis, ne vidi quidem. At num ab alio aliquo humiliore et non adeo insigni ex personæ aspectu ? Et quomodo hoc locum haberet ut ab aliis didicissem, qui neque meam faciem viderant ? Nam ignotus eram juxta faciem Ecclesiis
C Judææ quæ erant in Christo : cæteri vero doctrina egebant, non docebant. Nequaquam igitur ab homine didici. » Ecclesiis Judææ. » Quæ circa Syriam et Ciliciam sitæ erant congregationes, quæ ex Judæis conversæ erant ad Dominum, hoc est enim quod addit : « Quæ erant in Christo. » — « Et in me glorificabant Deum. » Non dixit, Laudabant, aut, Glorificabant me ; sed, « Deum, inquit, glorificabant ; » quidquid enim in me agebatur, gratiæ Dei erat. « In me, » hoc est, propter me. « Glorificabant in me Deum, non hunc aut illum præceptorem, sed ipsum Deum. Siquidem ipse mihi revelaverat, meque docuerat prædicationem.

CAPUT II.

De productione apostolorum in testes pro vita quæ est per fidem.

D

II, 1-3. « Deinde post annos quatuordecim rursum « ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto si- « mul et Tito. Ascendi autem juxta revelationem, et « contuli cum illis Evangelium quod prædico inter « gentes, sed privatim cum iis qui erant in pretio : « num quomodo in vanum currerem aut cucurri- « sem Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset « Græcus, compulsus fuit circumcidi.

725 Quod primum quidem ascenderit, Petrum in causam fuisse dixit : quod autem secundo, revelationem. « Cum Barnaba assumpto simul et Tito. » Hos secum ducebat testes suæ prædicationis. « Ag-

cendi autem juxta revelationem. » Et quare ab initio cum ipsis non contulit, sed post tot annos? Quoniam multi videntes Petrum ac cœteros qui cum eo erant apostolos permittentes circumcisionem, Paulum vero non permittentem, offendebantur quasi dissidens esset prædicatio. Revelavit igitur Spiritus sanctus, ut ascenderet Hierosolymam, quo persuaderentur ii qui offendebantur, nullam omnino esse in prædicatione dissonantiam, sed magis dispensatione quadam permitti circumcisionem. « Et contuli cum apostolis Evangelium.» Hoc est, communicavi, sumpsi cum eis consilium. « Quod prædico, » sine circumcisione. « Sed privatim. » Quoniam hi qui ex Judæis crediderant Hierosolymis, offendebantur si quis circumcisionem prohiberet, Pauli autem prædicatio ipsam tollebat : ut ipsos absque offendiculo servaret, privatim cum eis contulit prædicationem. Et quamobrem privatim? Ne per hoc quod prius omnia concessissem offenderem eos qui nuper ex circumcisione ad fidem venerant, et efficerem ut a Christi fide omnino discederent, perderemque cursum meum; ac vanum efficeretur certamen et studium meum. Nam quomodo non esset hoc in vanum currere aut cucurrisse, si currendo ut salvos facerem, rursum quosdam temeraria certitudine perderem? Quomodo igitur nunc etiam publice arguit? Quoniam magis promotum erat, et qui nonnulli dispensationem audebant facere dogma. Aut quod ait μή πως (num quomodo) potest per interrogationem dictum esse, tanquam magis confirmativum quod non in vanum curram, inquit, aut currebam, sed omnia cum firmitate ac providentia operabar. « Cum iis qui erant in pretio. » Quod ait, « Qui erant in pretio, » non est tollentis aut negantis Petrum cæterosque cum eo apostolos magnos fuisse; sed est veluti si quis dicat: Qui aliquid erant, nempe coryphæi. « Num quomodo in vanum currerem. » Non ut discerem num quomodo in vanum currerem aut cucurrissem: noveram enim ex revelatione Christi certitudinem prædicationis : 726 sed ut discerent qui inter me et Petrum cum cæteris suspicabantur esse dissidium, quod non in vanum currerem aut cucurrissem. « Sed neque Titus mecum erat, cum esset Græcus. » Qui mecum ascenderat Hierosolymam, inquit, Græcus, id est circumcisus. Igitur cum præputiatus esset, non est ab apostolis coactus circumcidi : quod argumentum erat neque Petrum cum cæteris prædicare circumcisionem, sed propter condescensionem Israelitarum fidelium concedere circumcisionem. — *Alio modo.* Neque Titum, inquit, licet manifestum esset Græco natum esse semine, ullo modo compulerunt apostoli circumcidi, quanquam præsentes viderent falsos fratres. Nam a communi sensu rursum subintelligendum est: « Sed neque, » ut sit sensus : Sed neque Titus compulsus fuit circumcidi, neque propter obiter ingressos falsos fratres. Quid ergo? Quare Timotheum circumcidit, si rationem non habet

A κατὰ ἀποκάλυψιν. » Καὶ τίνος ἕνεκεν μὴ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἀνέθετο αὐτοῖς, ἀλλὰ μετὰ τοσαῦτα ἔτη; Ἐπειδὴ πολλοὶ ὁρῶντες τοὺς ἀμφὶ Πέτρον συγχωροῦντας περιτομήν, τὸν δὲ Παῦλον μὴ συγχωροῦντα ἐσκανδαλίζοντο ὡς διαφωνίας οὔσης ἐν τῷ κηρύγματι, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπεκάλυψεν αὐτῷ τὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἄνοδον, ἵνα πεισθῶσιν οἱ σκανδαλιζόμενοι, ὅτι διαφωνία μὲν οὐδεμία ἐν τῷ κηρύγματι, οἰκονομία δὲ μᾶλλον τοῦ συγχωρεῖσθαι περιτομήν. « Καὶ ἀνεθέμην τοῖς ἀποστόλοις τὸ Εὐαγγέλιον. » Οἷον Ἐκοινωσάμην, συνεβούλευσα. « Ὃ κηρύσσω. » Δίχα περιτομῆς. « Κατ' ἰδίαν δέ. » Ἐπειδὴ οἱ ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντες ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐσκανδαλίζοντο, εἴ τις περιτομὴν κωλύει, τὸ δὲ τοῦ Παύλου κήρυγμα ἀνῄρει αὐτήν, ὅπως αὐτοὺς ἀσκανδαλίστους τηρήσῃ, κατ' ἰδίαν

B αὐτοῖς ἀνέθετο τὸ κήρυγμα. — [ΦΩΤ] Διὰ τί κατ' ἰδίαν; Ἵνα μὴ ἔμπροσθεν πάντων ἀναθεὶς, σκανδαλίσω νεοπαγεῖς ὄντας τότε τοὺς ἐκ περιτομῆς, καὶ ἀποστῆναι αὐτοὺς παρασκευάσω διόλου τῆς πίστεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀπολέσω τὸν δρόμον μου, καὶ κενὸς δειχθῇ ὁ ἀγών μου καὶ ἡ σπουδή μου. Πῶς γὰρ οὐκ ἔστι κενὸν τρέχειν καὶ δεδραμηκέναι, ὅταν τρέχων ἵνα σώσω, ἑτέρους πάλιν διὰ τῆς ἀπερισκέπτου ἀκριβείας ἀπολλύω; Πῶς οὖν νῦν, καὶ δημοσίᾳ ἐλέγχει; ὅτι προκοπὴ ἦν, καὶ ὅτι καὶ δόγμα τινὲς τὴν οἰκονομίαν ἐτόλμων ποιεῖν. Ἢ τὸ, μή πως, δύναται καὶ κατ' ἐρώτησιν εἰρῆσθαι, ὡς διαβεβαιωτικὸν ὂν τοῦ, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν τρέχω ἢ ἔδραμον, ἀλλὰ πάντα σὺν ἀσφαλείᾳ ἔπραττον καὶ προνοίᾳ. « Τοῖς δοκοῦσι. » Τὸ, « Τοῖς δοκοῦσιν, » οὐκ ἀναιροῦντός ἐστι τὸ εἶναι

C τοὺς περὶ Πέτρον μεγάλους, ἀλλ' ὡς ἄν τις εἴποι, τοῖς οὖσι τι, τοῖς κερυφαίοις. « Μή πως εἰς κενὸν τρέχω. » Οὐ γὰρ ἵνα ἐγὼ μάθω, μή πως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον (ᾔδειν γὰρ ἐκ τῆς ἀποκαλύψεως τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἀκρίβειαν τοῦ κηρύγματος)· ἀλλ' ἵνα μάθωσιν οἱ διαστασιάζειν με τοῖς περὶ Πέτρον ὑπονοοῦντες, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν τρέχω ἢ ἔδραμον. « Ἀλλ' οὐδὲ Τίτος ὁ σὺν ἐμοὶ Ἕλλην ὤν. » Ὁ σὺν ἐμοί, φησὶν, ἀνελθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα Ἕλλην, τουέστιν, ἀκρόβυστος. Τοιγαροῦν ἀκρόβυστος ὤν, οὐκ ἠναγκάσθη παρὰ τῶν ἀποστόλων περιτμηθῆναι, ὅπερ ἔλεγχος ἦν, μηδὲ τοὺς περὶ Πέτρον κηρύσσειν περιτομήν, διὰ δὲ συγκατάβασιν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ πιστῶν.

συγχωρεῖν τὴν περιτομήν. — Ἄλλως. [ΦΩΤ.] Οὐδὲ Τίτον, φησὶ, καίτοι ἐπίδηλον ὄντα ἐξ Ἑλληνικῆς σπορᾶς γεγενημένον, οὐδὲ τοῦτον ἠναγκασαν οἱ ἀπό-

D στολοι περιτμηθῆναι, καίτοι παρόντας ὁρῶντες καὶ τοὺς ψευδαδέλφους. Τὸ γὰρ, « Ἀλλ' οὐδὲ, » ἀπὸ κοινοῦ ἐκληπτέον, οἷον. Ἀλλ' οὐδὲ Τίτος ἠναγκάσθη, φησὶ, περιτμηθῆναι. οὐδὲ διὰ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους. Τί οὖν; Διὰ τί τὸν Τιμόθεον περιέτεμεν, εἰ λόγον οὐ ποιεῖται τῶν ψευδαδέλφων; Οὐδ' ἐκεῖνον διὰ τούτους περιέτεμε, μὴ γένοιτο! Ἀλλ' ἵνα κερδήσῃ τοὺς δι' ἀσθένειαν λογισμῶν σκανδαλιζομένους. Τοῖς μὲν γὰρ ἀσθενοῦσι, δεῖ συγκαταβαίνειν ἐπὶ θεραπείᾳ πρακείᾳ τοῦ ἀβίωστήματος, τοῖς δ' ἐκ κακουργίας καὶ πονηρᾶς γνώμης ὁρμωμένοις οὐδὲ τὸ ἐλάχιστον ὑπείκειν. Οὗτοι γὰρ, οὐ μόνον οὐ δέονται θεραπείας, κρείττονος ἁπάσης θεραπείας τοῦ

πάθους αὐτοῖς ἐνστηριχθέντος, ἀλλὰ καὶ τοὺς πλησίον ζητοῦσι τῆς οἰκείας νόσου ἀναπλῆσαι. Διὸ, « Οὐδὲ πρὸς ὥραν αὐτοῖς εἴξαμεν, καὶ ὁ θεῖος ἀποφαίνεται Παῦλος. A falsorum fratrum ? Neque illum propter ipsos circumcidit. Minime. Sed ut illos lucrifaceret qui infirmitate offendebantur. Infirmis siquidem condescendere oportet in miti medela ægritudinis : his vero qui ex malo conatu pravaque mente rem instituunt, ne in minimo quidem cedere. Nam hi non solum medelam non expetunt cum magis in malo firmatus sit ipsis affectus quam ut ullam admittat curam, verum etiam proximos cupiunt proprio replere morbo. Ideo, « Ne ad horam quidem cessimus ipsis ; » et sententiam hanc loquitur divus Paulus.

Διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα ἡμᾶς καταδουλώσωνται, οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ, ἵνα ἡ ἀλήθεια τοῦ Εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς.

II, 4. 5. « Sed propter obiter ingressos falsos fra- « tres, qui subintroierant ad explorandam liberta- « tem nostram, quam habemus in Christo Jesu, quo « nos in servitutem adigerent. Quorum ne ad horam « quidem cessimus subjectioni, ut veritas Evangelii « permaneret apud vos. »

Οὐδὲ ἐπειδὴ οἱ ψευδάδελφοι παρῆσαν, φησὶν, ἠνάγκασαν οἱ ἀπόστολοι Τίτον περιτμηθῆναι, ὅπερ ἦν δεῖγμα, τοῦ μὴ νομοθετεῖν τοὺς ἀμφὶ Πέτρον τὴν περιτομήν. Ψευδάδελφοι δὲ ἦσάν τινες ἐν σχήματι ἀδελφῶν Χριστιανῶν, περιτομὴν κηρύσσοντες, οὐχ ὡς οἱ περὶ Πέτρον, διὰ συγκατάβασιν καὶ οἰκονομίαν, ἀλλ' ὡς νόμον ἐκδικοῦντες τὸ πρᾶγμα. Καὶ οἱ μὲν ἀπόστολοι, παρ' Ἰουδαίοις τοῦτο μόνον συνεχώρουν, ἐκεῖνοι δὲ καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσι περιτομὴν ἐνομοθέτουν. Οὗτοι γὰρ ἦσαν οἱ Γαλάτας διαθορυβοῦντες. Οὐδὲ αὐτῶν οὖν, φησὶ, παρόντων, οἷς ἔργον περιτομὴν κηρύσσειν, ἠναγκάσθη Τίτος περιτμηθῆναι. « Οἵτινες παρεισῆλθον. » Οἱ ψευδάδελφοι, φησὶ, λαθραίως παρεισέδυσαν, κατασκοπῆσαι ἡμῶν ζητοῦντες τὴν ἐν Χριστῷ ἐλευθερίαν, ἵνα ἡμᾶς πάλιν τῷ ζυγῷ τοῦ νόμου ὑποβάλωσι, καὶ ταῖς Ἰουδαϊκαῖς παρατηρήσεσι. Τὸ γὰρ μὴ τούτοις ὑποκεῖσθαι, ἐλευθερίαν λέγει. Ὅρα δὲ πῶς ἔδειξεν αὐτοὺς πολεμίους, καὶ ἐπὶ λύμῃ τῆς πίστεως εἰσεληλυθότας, πρῶτον τῷ εἰπεῖν, « παρεισῆλθον, » τὴν λαθραίαν αὐτῶν καὶ ἐπίβουλον εἴσοδον δηλῶν, καὶ τῷ εἰπεῖν, « Κατασκοπῆσαι. « Ὁ γὰρ κατασκοπῶν, ἐπὶ βλάβῃ καὶ ἐπιβουλῇ κατασκοπεῖ. Καὶ, « Ἵνα ἡμᾶς καταδουλώσωνται, » φησίν. Οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ Πέτρον συνεχώρουν τὴν περιτομὴν, ἵνα κατὰ μικρὸν ὑποκλέψωσι τῆς δουλείας τοῦ νόμου· οὗτοι δὲ, ἵνα καταδουλώσωσιν. « Οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν. » Διὰ τοῦτο, φησὶν, οὐκ εἴξαμεν αὐτῶν τῇ ὑποταγῇ, ἵνα ἡ ἀλήθεια τοῦ κηρυχθέντος παρ' ἐμοῦ πρὸς ὑμᾶς Εὐαγγελίου, μείνῃ ἀσάλευτος καὶ βεβαία. Τίς δὲ ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ ; « Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, καὶ ἴδε τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. » Καὶ ὅτι τοὺς περιτεμνομένους, Χριστὸς οὐδὲν ὠφελήσει. « Τῇ ὑποταγῇ. » Οὐκ εἶπε, Τῇ διδαχῇ, ἀλλὰ, « Τῇ ὑποταγῇ, » δηλῶν αὐτοὺς σπουδάζειν ὑποτάξαι καὶ καταδουλῶσαι πάλιν τῷ νόμῳ.

Neque eo quod adessent falsi fratres, id est, ficti Christiani, compulerunt apostoli Titum circumcidi, quod signum erat Petrum cum suis non B sancire circumcisionem. Falsi autem fratres erant quidam in habitu fratrum sive Christianorum circumcisionem prædicantes : non sicut Petrus cum cæteris propter condescensionem et quamdam dispensationem, sed rem tanquam legem defendentes. 727 Et apostoli quidem apud Judæos hoc solum permittebant, illi vero inter gentes quoque circumcisionem lege statuebant ; hi enim erant qui Galatas turbabant. Neque his igitur præsentibus, inquit, quorum officium erat circumcisionem prædicare, compulsus fuit Titus circumcidi. « Qui subintroierant. » Falsi, inquit, fratres, clam irrepserant explorare quærentes nostram in Christo libertatem, ut nos rursum jugo legis subderent ac Judaicis observationibus. His enim non subdi, li- C bertatem dicit. Vide autem quomodo ipsos ostenderit esse hostes et ad corruptionem fidei subingressos. Primum per hoc quod ait, « Subintroierant, » latentem ac insidiosum ingressum significans : et per hoc quod dixit, « Ad explorandum. » Explorator enim ad documentum et insidias explorat. Præterea, ut nos, inquit, in servitutem adigerent. » Siquidem Petrus ac cæteri apostoli circumcisionem concedebant ut paulatim legis servitutem fallerent, hi vero ut in servitutem adigerent. « Quibus ne ad horam quidem cessimus » Propterea, inquit, non cessimus ipsorum subjectioni, ut veritas prædicati per me apud vos Evangelii maneret inconcussa ac firma. Quæ est autem veritas ipsius ? « Vetera transierunt ; si quis vivit in Christo, nova creatura D est [a], » et quod eis qui circumciduntur, Christus nihil prodest. « Subjectioni. » Non dixit, Doctrinæ, sed, « Subjectioni ; » significans ipsos ad hoc niti ut rursum subjicerent ac in servitutem adigerent sub lege.

Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ὁποῖοί ποτε ἦσαν, οὐδέν μοι διαφέρει. Πρόσωπον Θεὸς ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει. Ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες, οὐδὲν προσανέθεντο, ἀλλὰ τοὐναντίον, εἰδότες ὅτι πεπίστευμαι τὸ Εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας, καθὼς Πέτρος τῆς περιτομῆς. Ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη.

II, 6-8. « Ab iis autem qui videbantur aliquid esse « quales aliquando fuerint nihil mea refert. Perso- « nam hominis Deus non accipit. Nam mihi qui vi- « debantur esse in pretio, nihil contulerunt. Imo « contra, cum vidissent mihi concreditum fuisse « Evangelium præputii, quemadmodum Petro cir- « cumcisionis. Nam qui efficax fuit Petro ad apo- « stolatum circumcisionis, efficax fuit et in me « erga gentes. »

[a] II Cor. v, 17.

Si palam dixisset Paulus quod dispensatorie circumcisionem concederent, discessissent ab ipsis fideles ex Judæis qui circumcisione gaudebant, eo quod non in veritate **728** susciperent circumcisionem, sed dispensatione quadam et condescensione. Idcirco non detegit nunc Paulus dispensationem, sed alio modo tractat astute sermonem, tanquam bellum cum Petro ac cæteris susciperet; quia Deo, inquit, prædicationis suæ rationem dabunt. Hoc autem propter illorum imbecillitatem. « Esse aliquid. » Ab his qui magni esse videbantur, nempe Petro ac cæteris quales aliquando fuerint, sive Deo placeant sive non, eo quod circumcisionem permittant, nihil, inquit, mea refert, scio enim quod quisque Deo rationem reddet, et Deus nequaquam eos verebitur quanquam coryphæi sint; nam « Personam hominis Deus non accipit. » Hoc autem ut dictum est, superius manifestatum est. « Quales aliquando fuerint. » Ostendit ipsos quoque jam cessasse ne dispensative circumcisionem amplius concederent. Neque enim dixit, Quales sint, sed, « Quales aliquando fuerint. » — « Nam mihi qui videbantur esse in pretio nihil contulerunt. » Juxta hoc autem ait: Nihil refert de his quæ circa eos sunt: quoniam audita interim mea prædicatione, nihil aut addiderunt aut detraxerunt. Eos autem qui esse in pretio videbantur, id est vere magnos dicit, nempe Petrum et qui cum eo erant. « Imo contra. » Non solum, inquit, nihil correxerunt in mea prædicatione, sed contra etiam laudaverunt. Est autem litteræ ordinatio hujusmodi: « Imo contra: cum vidissent concreditum fuisse mihi Evangelium præputii, » post multa suo tenori redditur oratio, « Dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis. » Hoc igitur tantum abfuit, ut corrigeretur mei prædicatio, ut etiam dextras societatis acciperent, quod indicium est me eorum prædicationem suscipere. « Evangelium præputii, » id est, gentium præputiatarum sive incircumcisarum. Considera autem quomodo seipsum Petro æqualem faciat: nam hoc nunc opus erat quo Galatis fide dignus esse videretur. « Quemadmodum Petro. » Si dixisset Paulus Petrum et cæteros dispensatorie circumcisionem servare, visus fuisset ipse quoque eam concedere: et ita ostensus fuisset ad eos accurrere cum quibus opus erat decertare. Nam si Petrus recte agit concedendo, cur non similiter et tu agis? quare vero acerbe etiam indignaris ob id quod voces dispensationem? sine eos agere, nec reprehendas; et quasi tibi gratum esset, aut dispensationem nomina aut dogma sive cautelam. Hæc sane et cogitassent et dixissent adversus Paulum, si Petrum cum suis dixisset dispensatorie circumcisionem suscipere. **729** Animus enim quavis in re consternatus ac territus, modica occasione, quæcunque illa sit quæ se offerat, accepta, eam magis sibi vindicat et amplectitur. Ideo Paulus admodum sapienter sermonem quidem de dispensatione omnino reticet, imo factum aspere reprehendit; et tanquam transgressores certe

